CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XII.

S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIONIS III PARS I.

S. AVGVSTINI LIBER QVI APPELLATVR SPECVLVM
ET LIBER DE DIVINIS SCRIPTVRIS SIVE SPECVLVM
QVOD FERTVR S. AVGVSTINI
EX RECENSIONE FRANCISCI WEIHRICH.

VINDOBONAE
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE
MDCCCLXXXVII.

S. AVRELI AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

LIBER QVI APPELLATVR SPECVLVM

ET

LIBER DE DIVINIS SCRIPTVRIS SIVE SPECVLVM

QVOD FERTVR S. AVGVSTINI.

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

FRANCISCVS WEIHRICH.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXVII.

PRAEFATIO

IN S. AVGVSTINI LIBRVM QVI APPELLATVR SPECVLVM.

I.

Ante hoc triennium cum de S. Augustini libro, quem Speculum appellari uoluit, et de altero illo, cui iniuria hoc nomen inscriptum est, disputare instituerem[1], multae et magnae quaestiones, quae in hac re iam tum absolui uel proponi nequibant, fore sperabam, ut editione demum in publicum emissa melius expedirentur. quare ueniam peto, ne temeritatis a prudentibus arguar, quod iam hanc librorum illorum instituere conatus sim recensionem. quam nisi a multis tantopere optata ac paene flagitata esset, ante nonum annum in lucem non fui editurus.

Ac iam ad Speculi codices enarrandos et uerba instaurandi rationes exponendas accedam.

Codices igitur, quibus S. Augustini Speculum traditum est, neque multi sunt neque antiquitate insignes. quorum qui principem locum obtinet codex Monacensis lat. 14513 (olim bibliothecae S. Emerami Ratisbonensis F 16) membranaceus in 4° long. 0,22 *m*, lat. 0,14 *m* saeculo VIIII exaratus undeuiginti quaternionibus 147 foliis constat. singuli quaterniones numero in calce ultimae cuiusque paginae apposito numerantur, paginae singulae plerumque uicenis ternis lineis implentur. liber omissa inscriptione fol. 1ᵛ sic incipit *Quis ignorat scripturis* *M*

[1] Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien. CIII., 1883, p. 33.

scis, finitur fol. 147r his uerbis *Expl beati Agustini epi liber cuius nom Speculum appellauit. Do gra cias amen.* non ab uno librario codex scriptus est, de tribus autem uel quattuor librariis. qui in scribendo se exceperunt. certi quidquam definire nihil interest. alteram quidem manum et compendiorum generibus et scripturae mendis a priore differentem inde a fasciculo XIIII fol. 103r (*uos haec* . . . 210, 8) incipere facile diiudicatur. quae res etiam inde cognoscitur, quod ante nouum fasciculum librarius litteris maxime distentis ultimas paginas implere studet. quod idem factum est sub finem quaternionis XVII ubi fol. 129v (. . . *opus bonum paratum* 252, 9) lineis extenta scriptura quattuordecim scriptis reliqua paginae pars uacua est. inter fol. 121 et 122 tot uerba desunt quot duobus foliis comprehenduntur. sed fol. 127 et 128 in fasciculo XVII supplentur.

Correctus est liber non solum a prima quaque manu quae omissa uocabula uel litteras supra lineam addit, sed etiam a correctoribus et primae manui et inter se aetate fere aequalibus. quorum is qui uerba psalmorum et euangeliorum emendat nigro atramenti colore et scriptura distinguitur. quem cum prioris correctoris additamenta corrigere uiderem, signo M^3 notaui. emendantur autem aperta primi librarii menda. litterae permutatae restituuntur, compendia plene scribuntur, litterae abundanter positae delentur. quo munere correctores plerumque ita funguntur, ut Vulgatae lectiones sequantur. M^3 autem lacunas aliasque res uel ad intellegendum difficiliores uel sensu grauiores obseruauit et legentium animos signis quae sunt z, nт, dee, in margine appositis ad eas aduertere studuit.

Iam huius codicis quae sit indoles ac condicio paucis uerbis exponam. ac primum quidem uocales quae sunt *e* et *i* saepissime confunduntur, ut scripta legantur *putrido*, *racimos*, *aduliscens*, *contumilia*, *pertimiscat*, *rexati*, *sterelis*, *possedeas*, *dilegitis*, *detenuit*, *tradedit*, *inueneet*, *morear*, quo in genere frequentissima est syllabarum praefixarum *de* et *dis* mutatio uelut in *dispicio*, *discendo*, *disperatio*, *disponsata*, *distituimur*,

difficientes, deiudico, demitto, deripio, defertur, deinde uocales *o* et *u*: *furtuna, emulumentum, prumta, cognuscenda, furur, conflaturium, peccatur, tempos, cordibos, motuam, costodiunt, custudia, diabulus*, similiter nonnumquam *a* et *e*: *seperat, operem, lauauerit* (pro *leu-*), *a* et *i*: *griciam* (*grat-*), *a* et *u*: *mandabitur, facientiam* (*-um*), *extollentium* (*-am*), *exultans, exaltaui* (148, 9. 77, 19), *e* et *u*: *ut, melior* (*mulier*), *rectorem, uxorum*, *i* et *u*: *fugura, rebis, -is* et *-us*. in consonantium genere saepissime permutari uidemus *b* et *u*: *cadaber*, *c* et *qu*: *quoequalis, coram* (*quorum*), *inico* (*-iquo*), *c* et *t*, praesertim *ci* et *ti*: *gracias, distite*, *d* et *di*: *homicidum, custodet*, *di* et *zi*: *topadium*, *i* et *iz*: *agoniare, angarizare*, *d* et *t*: *illut, istut, aliut, aliquit, Dauit, inquid, reliquid, ad, adque, capud* (promiscue usurpantur *aput, set* et *apud, sed*). *b* pro *p* ponitur in *obtimum, obtanda, scribtum, parabsidis*, *g* pro *i* et *gi*: *magestatis, litigosum*, *s* pro *ps*: *salterium, sallam* (38, 20), contra *ipse psaluatur* (*saluator*), *consumserunt*, sed *condempnant*. tum *t* pro *st*: *miniterium*, *r* pro *l*: *creri*. *n* contra usum exhibetur uel neglegitur: *ageli, relinquerunt*. denique *m* finalis perperam additur uel omittitur et cum *s* finali confunditur.

Ita fit ut uerborum ac nominum formae maxime deprauatae uideantur. ac primum quidem coniugationes, tempora, modi, genera uerborum eiusmodi formis exprimuntur qualia sunt praesentia *habit, decit, moliet*, imperatiui *uidi, tribui, custode, frondite, silite, uidite, uouite, canete, conburete, confidete, uiuete*, coniunctiui praesertim in enuntiatis finalibus et adhortatiuis *claudet, negleges, adponetis, subuertet* (130, 18 M P[1] C S), *clamat, saturamini, seminas, conseruant, obseruatis, eradicatis* (?), futura *irascitur, diligit, ducimini, uident, uenit, commisceris* (12, 13), *eradicatis* (13, 14), *dicunt, comeduntur, obruunt, reputauit*, ita ut interdum indicatiuus praesentis uel futuri in coniunctiui, indicatiuus praesentis in futuri locum substitui uideatur, tum perfecta *nudabit, praecipit, acciperis*, infinitiui *occurrire, mentire, furare, imitare, pollicere*, inf. pass. *leuare, inuenire* (recte autem scribitur *operare* 106, 27 et fortasse *dare* 130, 4). sed latius grassatur haec uulgarium formarum

receptio, ut talia occurrant: *benedicebunt* 96, 4. *audebit* (pro *audiet*) 136, 6. sim. in declinationibus promiscue usurpantur terminationes *-is* et *-es*, *-os* et *-us*, *-e* et *-i* et *-em*, *-o* et *-u* et *-um* (*iudiciom* 71, 2), *-es* et *-is* et *-ibus*. saepissime autem accusatiuum pro ablatiuo et nominatiuo uel etiam datiuo (*frange esurientem panem* 93, 17) positum legimus. sunt autem nominatiui sing. *uiles, fines, mercis, seruos tuos, septimos annos, impios, tristitiam* (145, 10), genet. *sapientes, simplices, fratres*, nom. pl. *uecordis, patris, diuitis, similis, cogitationis, reperte* (*-i*), acc. pl. *increpationis, egenus*, acc. sg. *uerbo, nomen pessimo, terra* (89, 17), *scientia* (114, 2), dat. *principe, nomine, idolum* (12, 11), *dorsum* (67, 20), *stultum* (67, 20), ablat. *omne, forte, iniquitatem* (82, 14), *oculum* (54, 22), *multa labore, sino.* quare in praepositionum usu inueniuntur qualia sunt: *a dominum, a gentem, cum obsecrationes, de caritatem, de Hiesum, ex calumniam, in mandata adsiduus esto, constituite in portam,* (*eram*) *in carcerem, in sanguinibus et in iniquitatem, in foueam et in laqueo.*

Praeterea memoratu digna sunt haec. nonnumquam *ae*, quae in *faenus, caerimonia* formis recte scribitur, pro *e* ponitur: *extaendas, sapiaentia, diae, melioraem, prouocarae,* contra saepissime *e* inuenitur in *adhereo, adhesi, letantur, leserit, cecus.* peculiaria sunt *i* pro *oe* (*fide*), *o* pro *e* (*ostendere* pro *extendere*), *u* pro *au* (*cluso*), *au* pro *o* (*audiui*). postremo *i* fere ubique pro *y*, saepissime pro Graeca η ponitur (*peripsima, zelotis, Iohannis*, sed *Esaias* et *Aesaias*).

Consonantes saepe male geminantur, in primis *l, m, s*, geminandae non raro simplices scribuntur: *camellum, uellis, commedas, desserit, possuit, falax, promisa, redam, aceptabiles, apellantur, amonemus, oprimet, difert, eclesia*, sed recte *oportunus* semper, *repperiet, rennuerunt* (61, 13. 100, 9). uocalium geminatio neglegitur in *derat, manum* (*-uum*), contra *hii* est pro *hi*, *peduum* pro *pedum.* aspiratio falso additur uel omittitur: *habiciet, habundat, heregitis, hoboedientia, hodit, esitauerit, ostibus, orror, proibita, contraes.* interdum *ch* (etiam ante *i* et *e*) ponitur pro *c*: *sacchi, Machedonia, schoriam, uchariter*

(*acriter* 133, 16), uel *c* pro *ch*: *caracterem, moecatur, pulcra*, similia sunt *scorphionem, tymphanum, Soponiae.*

Ad pronuntiationem uel litterarum etiam ligaturam pertinere uidetur quod *t* et *ct*, *nt* et *nct* permutantur: *note, uindicto* (*nocte, uendito* sed *detratto* 68, 14), *recte* 70, 17; *succinti, cuntis, hyacinctus, et* et *e* confunduntur: *uadet, enarrabunt* (*et n.*), *at* pro *t* scribitur: *odiat, letiacia* (*laetitia*). *ent* pro *eant*: *habent*, *s* pro *r*: *morosum* (*murorum*).

Vocabula saepe inepte diremta uel coniuncta sunt ut: *cor deprae cepta, costo dilegem, adnuncia aciones, sepere petantur*, et in fine lineae: *cit|hara, praete|ribis.*

Compendia recepta sunt ut *scia* (*scientia*), *patia* (*paenitentia*), *uo* (*uero*), siglae autem a librariis neglectae: *aufetur, heditatem, dilege* (*diligere*), *erra* (*errare*). singulae syllabae interdum omissae sunt *susti⟨ne⟩bimus, ti⟨me⟩bit, do⟨ce⟩bo, prae⟨cep⟩ta, fraud⟨ul⟩enter, st⟨ult⟩us, diu⟨in⟩itus, ⟨in⟩famis, ⟨le⟩gem, bea⟨ti⟩, adteri⟨ti⟩s, ⟨a⟩gunt, ⟨e⟩quus, ⟨e⟩gressus.* quo in genere peculiaria sunt *⟨e⟩sto, ⟨e⟩stote, ⟨ae⟩stimatione, storiale igitur* (*historia legitur*). contra *estitote* (*scitote*), *estientes* (*scientes*), *expurcitiam, expectaculum* (*sp-*), [*in*]*scius.* litterae finales saepius omittuntur: *qui⟨d⟩, qui⟨a⟩, dilecti⟨o⟩*: *a⟨d⟩ dominum, a⟨d⟩ mandata, a⟨d⟩ testimonia*, quibus contraria sunt *a*[*d*] *dextris, a*[*d*] *sinistris* (52, 18, 19). syllabae etiam abundanter ponuntur *adten*[*di*]*te* 29, 5. *desider*[*ant*]*ium* 58, 13. *responde*[*re*]*tur* 5, 8. uocabula monosyllaba et disyllaba plurima interciderunt uelut *et, in, de* (76, 21 MCR, Amiat.), *a, ab, non, si, ego, uos, me, mei, meos, tibi, tuum, eum, ea, ei, suum, sui, qui, dei, deo.* consonantes praepositionum cum nominibus aut uerbis compositarum plerumque non adsimiles factae sunt, ut scripta legantur: *subplicia, subponamus, obprimit, adtendite, adfligitur, adrogantia, inpietas*, a quo usu nonnullae formae recedunt: *attinet* (199, 22), *ammirabitur, immolare*, saepissime autem praepositionis consonans euanuit *amonemus, oprimet.*

Codicem ipse contuli. nonnullos locos Guil. Meyer a me rogatus liberalissime et religiosissime inspexit, cui uiro doctissimo quam maximas gratias ago.

C Aetate proxime accedit codex Carnutensis 33 saeculi VIIII. membranaceus long. 0,29 *m*, lat. 0,21 *m*. qui foliis 102. fasciculis 13 constat. in principio folium membranaceum desectum est. quaterniones litteris insigniti sunt in margine inferiore modo primae modo ultimae cuiusque paginae uelut 7^v a, 8^r b, 16^r c, 24^r d, et sic deinceps 47^v, 55^v, 63^v, 72^r, 80^r, 88^r m. quinto, nono, tertio decimo litterae desunt. inscriptio litteris uncialibus rubris exarata est: *Speculum sci Agustini*, similiter subscriptum est: *Explicit beati Agustini epi lib cuius nom Speculum appellauit Deo gratias Amen.* codicem ex eodem fonte quo M fluxisse lacunarum et mendorum communione euincitur. sed quamuis melius diligentiusque scriptus sit, peculiari tamen mendositate propriisque interpolationibus ab illo differre eum apparet. compendia male scripta, uocabula saepius transposita (72, 14. 104, 3. 122, 28. 124, 7) ad scribarum oscitantiam referenda sunt, alia menda qualia sunt *scluptam scluptile*, *auferam* pro *offeram* a pronuntiandi ratione repetenda. praeter ea, quae librarius ipse leni manu pauca emendauit, correcturas codex perpessus est duas, quibus litterae permutatae uel omissae restituuntur, abundanter scriptae puncto supposito uel lineola perducta delentur, uocabula uel sententiae omissae supplentur. huius codicis lectionibus Benedictini usi sunt et scripta collatio adseruatur in bibliotheca nationali Parisiensi. codicem ipse contuli intercedente academia Vindobonam missum a. 1884.

S Saeculo decimo scriptus est codex Sangallensis 137 membranaceus formae quadratae paginarum 458. Speculum continet paginis 8—302 fasciculis septemdecim. p. 5 nihil legitur nisi a recenti manu scripta uerba *Flores siue Speculum sci Aug'*. p. 8 Speculum incipit litteris uncialibus inscriptum: *In nomine scae trinitatis. incipit liber sci Augustini episcopi. qui dicitur Speculum. ex omnib, diuinae auctoritatis uoluminibus defloratus.* p. 9 *Quis ignorat . .* finitur litteris rubris uncialibus *Explicit beati Augustini epi* p. 302 || *liber cuius nomen appellauit* | *Speculum.* paginae

303 et 304 uacuae sunt. p. 305: *Incipit Expositio sci Augustini quarundam propositionum ex epistola apostoli Pauli ad Romanos.* p. 360 *Incipit eiusdem sci Augustini expositio in epistolam ad Galatas.*

Librarii plures in scribendo se exceperunt iidemque modo nigro modo fusco atramento utuntur. fasciculus III et VII fusco colore exaratus est, IV, V, VI nigro, inde a nono fasciculi singuli litteris maioribus aut minoribus, atramento nigro aut fusco uel paene flauo, scriptura nitidiore aut peiore inter se discrepant. mendis illis notissimis e litterarum quarundam confusione natis codex S haud immunis est. in permutatis uocalibus *e* et *i*, *o* et *u* saepius *e* et *o* quam *i* et *u* occurrunt. uocabula saepissime inuerso ordine ponuntur (60. 14. 70, 20. 73, 7. 77, 5 al.), signa transpositionis nonnumquam adduntur (72, 9. 77. 10. 86, 3 al.).

Ceteris libris. a quibus et condicione et auctoritate discedit, codex S capitum numeris in margine rubro colore depictis praestat. numeri autem siue errore rubricatoris siue quod ueri similius est mendo uetustioris codicis nec satis recte scripti nec integri omnes traditi, sed ita positi sunt, ut tabula infra apposita demonstratur.

I.	*De libro Legis . .*	*XIIII.*	*de libro Ambacuc.*
II.	*de Leuitico.*	*XV.*	*de libro Sophoniae.*
III.	*de Numeris.*	*XVI.*	*de libro Zachariae.*
IIII.	*de Deuteronomio.*	*XVII.*	*de libro Malachiae.*
V.	*de libro Hiesu Naue.*	*XVIII.*	*de libro Esaiae.*
	de Psalmis.	*XVIIII.*	*de libro Hieremiae.*
	de Prouerbiis.	*XX.*	*de libro Ezechielis.*
VIII.	*de Ecclesiaste.*	*XXI.*	*de Sapientia.*
	de Cantico.	*XXII.*	*de Ecclesiastico.*
	de libro Iob	*XXIII.*	*de libro Tobiae.*
	(huc usque omnia minio).		*de eu. sec. Math.*
	de Oseae	*XXV.*	*. . Pater noster . .*
	(atramento scriptum, quae sequuntur minio).	*XXV.*	*sec. Marc.*
			sec. Lucam.
	de libro Iohel.	*XXVII.*	*sec. Iohannem.*
	de libro Amos.		*de libro actuum Apostolorum.*
	de libro Michae.		

itaque praeter capita VI et VII numeris carent sequentia inde a nono quod est de Cantico. sequitur numerus XIIII capiti de libro Ambacuc appositus, ubi exspectes XV. quod mendum unde natum sit facile dispicitur. nam cum inscriptio capitis de libro Oseae atramento scripta sit, ceteri tituli minio idque iam in codice uetustiore factum esse uideatur, rubricator neglecta illa inscriptione numerum quem huic capiti addere debebat omisisse putandus est. pergit autem numeros deinceps recto ordine ponere usque ad XXIII (uel potius XXIIII) de libro Tobiae. sequentis capitis quod est de euangelio sec. Matth. numerus deest, sed pag. 166 eo loco quo oratio dominica incipit (158, 23) additum in margine legitur XXV, qui numerus idem sequitur in principio capitis de euang. sec. Marcum. postremo legitur XXVII de eu. s. Iohannem. in ceteris paragraphis numeri desunt omnes. quam rationem cum non ab huius codicis librariis inuentam esse appareat, sed ex codice archetypo profecta esse uideatur, ita secutus sum, ut capitum numeros restituerem omnes unum et quinquaginta.

Ipse contuli. locos quosdam Idtensohn litteris a me rogatus qua est benignitate ac liberalitate denuo inspexit.

P Eodem fere saeculo uel etiam paulo post[1]) codex Palatinus 198, nunc Vaticanus, membranaceus in 4° foliorum 93 scriptus est. quaterniones 12, quibus liber constat, numeris a manu prima insigniti sunt. paginae singulae lineas trecenas binas habent. totum librum scriptura non sibi constanti unus librarius exarauit. fol. 1r manu prima litteris uncialibus scripta leguntur:

/// Redde ////////////////// lector care memento,
alterius domini ius quia nolo pati.
Liber sci Augustini
qui appellatur
Speculum.

[1]) Reifferscheid, Bibliotheca Patrum Latinorum Italica I 243.

Correxerunt praeter manum primam complures aliae eiusdem fere saeculi undecimi, quas cum neque a prima manu neque inter se facile distinguantur, quamquam longe diuersa auctoritate sunt, una nota P^2 indicaui. frequentissimum mendorum genus est e siglarum confusione natum ut permutata *post per, quod quia quoniam*, al. quorum pauca in adnotationem recepi, plurima silentio praeterii.

Librum u. d. Schwartz meum in usum Romae contulit.

Recentissimus omnium codex Regius Parisinus lat. *R*
2473 membranaceus saec. XIII long. 0,27 *m.* lat. 0,18 *m.* foliorum 166 miscellaneus post uaria Lanfranci, Guimundi, Pascasii, aliorum scripta Speculum S. Augustini continet a folio 100rb usque ad fol. 166. paginae binis columnis diuisae linearum sunt quadragenarum uel (inde a fol. 82) trecenarum septenarum. *Incipit liber sc̃i Augustini qui appellatur Speculum. Quis ignorat.* Subscriptio est: *Explicit liber sancti Augustini ẽpi qui appellatur Speculum. Script' p manū frīs Thome Zernemouth ordinis fratrū carmelitarum bē marie.* infra addita sunt haec: *Precedentia uolumina dedit huic librarie reuerendus mgr̃. nr̃ frater Laurentius Burelli de dmione Paris. Theologus doctor Prouincialis Narbone sanci ordinis beatissime matris dei de monte Carmeli. eo tempore quo angliam et cōuctū parisiensē uicarius ipse uisitauit. Teste suo chirographo h' apposito. Anno Dñi milleº. IIII nonagesimo quarto pridie Kalendas nouembres. L. Burelli.*

Etiam huius libri et tertii alicuius manu scripta collatio adseruatur in bibliotheca maxima Parisiensi. sign. 11652. codicem anno 1883 contuli Vindobonae quo eum rogante academia Leopoldus Delisle summa liberalitate transmisit, anno superiore Parisiis iterum inspexi.

Praeter eos quos modo enumeraui libros manu scriptos pauci eiusdem familiae ad hanc aetatem peruenerunt, uelut duo Monacenses, quos cum ipse contulissem nec fere quidquam profecturos ad emendanda Speculi uerba intellexissem, e su-

pellectile critica reiciendos existimaui. sunt autem primus codex Monacensis lat. 10047 in 4° saec. XII uel XIII, olim Palatinus 47 ex bibliotheca Mannheimiensi, foliorum 124, fasciculorum 16. „*Iste liber fuit domus Montisriui cart. ordinis Mass. dioc.*“ inscriptio est haec: fol. 1^{r} *Incip̄ plog’ sc̄i Augustini ep̄i in librum qui appellatur Speculum. Quis ignorat.* fol. 124^{r} *Explic̄ lib̄ sc̄i Augustini ep̄i qui dicitur Speculum.* alter est codex Monacensis 23603 membranaceus in 4° saec. XII (ZZ. 603 ex Ranzhofen). fol. 1^{r} *Liber Augustini ep̄i cuius nomen Speculum ecclesie appel.* fol. 98^{r} *Explicit lib’ Beati Augustini ep̄i cuius nomen appellatū Speculum. Amen.* | *Hec tria fecerunt opus et modo praemia quaerunt* | *Libri finiti: Penna, color, digiti.*

De codice Gemblacensi, cuius adiumento Theologi Louanienses Speculi recognitionem parabant, non comperi ubi nunc adseruetur, nec uiro clarissimo Goldbachero anno 1883 Belgarum ac Batauorum bibliothecas perlustranti, cum a me rogatus benignitate grato mihi animo recolenda librum quaereret, contigit, ut uestigia eius detegeret. neque uero magna de hoc codice sperare licebat. nam ex collatione quam Louanienses editioni suae in appendice adiecerunt, facile cognoscitur librum illum magna interpolatione deprauatum fuisse.

a Haud melioribus fontibus usi sunt quicumque hoc S. Augustini opusculum ediderunt. ac prima quidem Speculi editio in principe operum omnium recensione continetur in lucem edita Basileae anno 1506 a Iohanne Amerbachio qui ad congerendam ex bibliothecis Italiae Galliae Germaniae materiam opera usus erat Augustini Dodonis Frisii Basileae ad S. Leonardum canonici. in parando autem textu Basileenses codicibus ex Vulgata interpolatis usi in supplendis lacunis aliisque difficultatibus remouendis ipsi ad Vulgatam recurrisse uidentur, quam cum Speculi testimoniis collatam esse etiam inde colligitur, quod uersuum numeros codicibus optime

traditos, sed ab usitato uersuum numerandorum modo discrepantes maximam partem in textum recipere noluerunt remque difficilem incerta uoce *post aliquot* (uel *aliquos*) *uersus* reposita in dubio reliquerunt.

Qua editione tamquam fundamento nisi sunt qui postea in Speculum nouis curis incubuerunt. quorum primus Desiderius Erasmus Speculum recognouit in editionis operum omnium tertio tomo qui Basileae apud Iohannem Frobenium a. 1528 prodiit (p. 644—736). is cum primus ad S. Augustini opera instauranda sanioris doctrinae rationes excogitauerit, primus etiam quo erat ingenii acumine de Speculi auctore dubitauit summaque in textu struendo ingressus est cautione. nam quae prima editione e codicibus excussae erant lectiones difficiliores retinuit: *nudabit* 15, 18 — *praecepit* 22, 20 — *alio* 26, 7 — *surripiat* 21, 25 — *recordabuntur* 38, 11 — *exaltauit* 48, 7 — *exultationes* 48, 8 — *deducet* 52, 11 — *rectorum* 56, 1 — *peccata* 58, 5 — *in ruina* 61, 6 — *multa* 83, 7 — *erit* 87, 1 — *habitauit* 91, 16 — *Effraim* 99, 6 — *praedicatum* 111, 5 — *nati* 118, 23 — *alio* 141, 24 — *qui iudicas* 201, 22 — *fidem quam habes* 207, 19 — *ea contra* 222, 5 —. uerum etiam nouam lectionem proposuit: 14, 24 *matrique qui maledixerit* — 18, 15 *facias* — 30, 9 *despicit oculus eius improbos* — 123, 25 *comparatio* — 128, 12 *dei est. Non despicere* — 133, 22 *uercaris* — 149, 13 *uindex* — 268, 21 *negabunt* —, ingenii inuenta recepit: 10, 10 *a uero deo deuies* — 10, 15 *insontem et iniustum* — 55, 6 *peccatum*] *mendacium* — 254, 21 *mandatis*] *mendaciis* — 32, 4 *leones*] *diuites* — 49, 15 *sed et* — 279, 18 *suademus*] *dedimus* —, ueram lectionem restituit: 42, 3 *omni consummationi* — 48, 25 *colligemus* — 141, 19 *indulcabit.*

Memoratu digna argumenta sunt quae singulis paragraphis (usque ad XX de libro Hieremiae 93, 1) addidit. sunt autem haec: *Ex libro Exodi. de mandatis legis. Ex Leuitico. praecepta uiuendi. Ex libro Numerorum. de successione hereditaria. Ex Deuteronomio. de uno solo Deo colendo fugiendis-*

que idolis et de iudiciis. Ex Iosue. de uno Deo adorando. Ex Psalmis. quomodo uiuendum. Ex Prouerbiis ad filium Salomon de obseruandis patris praeceptis quaeque sint ea. Ex Ecclesiaste. quantum sapientia ceteris rebus praestet et quaedam uiuendi praecepta. Ex Canticis. allegoricus Christi et ecclesiae amor. Ex Iob. de caritate et patientia. Ex Osee. quomodo terra innumeris inquinata peccatis. Ex Ioele. adhortationes ad poenitentiam. Ex Michaea. hominum improbitas notatur. Ex Abacuc. contra idololatras. Ex Sophonia. minatur peccatoribus diem iudicii ut resipiscant. Ex Zacharia. ad iustitiam uocantur peccatores. Ex Malachia. de uno Deo colendo et amando proximo. Ex Esaia. comminatur et increpat impios. Ex Hieremia. adhortantur peccatores ad poenitentiam taxanturque falsi prophetae. Ex Ezechiele. deficit.

Ad codicis Gemblacensis fidem Theologi Louanienses Speculum recognouerunt in tertio tomo editionis a. 1577 Antuerpiae ex officina Christophori Plantini undecim tomis emissae. qua editione Louanienses etsi uix quisquam infitiari poterit non nihil ad uerba restituenda contulisse, tamen dolendum est quod e fonte tam turbato hauserint, ut saepius genuina uerba deprauarent. 9, 28 *urgebis* — 13, 14 *radetis* — 17, 18 add. *uel auium . . . in terra* — 21, 17 *subrepat* — 22, 20 *praecepi* — 23, 4 *ex decreto* — 26, 7 *alieno* — 31, 1 *iustitiam*] *misericordiam* — 32, 17 *uoluta* — 33, 8 *dominum*] *in deo* — 36, 17 *apparebunt* — 52, 11 *deludet* — 54, 13 *da sapienti occasionem* — 56, 1 *rectorum*] *iustorum* — 63, 17 *tribuentis* — 65, 25 *in conuiuiis peccatorum* — 83, 7 *muta* — 98, 10 *bene direxeritis* — 100, 20 *placent* — 108, 17 *pollutum et mundum* — 111, 5 *praedictum* — 115, 11 *ista*] *iusta* — 118, 23 *natio* — 126, 5 add. *et curua illos a pueritia illorum* — 127, 6 *de mortuo*] add. *inimico tuo* — 133, 2 *illis*] add. *retributionem* — 141, 24 *alii* — 178, 18 *iactaret*] add. *aes* — 201, 22 *quae iudicas* — 210, 16 add. *Satanae* — 222, 5 *e contrario* — 222, 23 *humiliamur sed non confundimur* — 229, 21 *pax patientia* — 237, 26 *laus disciplinae*

238, 22 *in Phil.* — 257, 19 *spei*] *fidei* — 275, 18 *thesaurizastis*] add. *uobis iram.*

Iterata est Louaniensium recognitio peculiari editione quae saeculo post hoc titulo prodiit *Diui Augustini episcopi Hipponensis Speculum . . . Romae ex typographia Iosephi Vannaccii 1679* in 8°. praefatus est tacito nomine Ios. Mar. Thomasius qui Louanienses secutum se dicit interpunctionibus interdum ad Latini Graecique sententias uariatis.

Qui postremi una cum reliquis operibus Speculum recensebant monachi S. Benedicti e congregatione S. Mauri in tomi tertii parte prima quae edita est Parisiis apud Franciscum Muguet anno 1680 duorum codicum Carnutensis et Regii Parisiensis auctoritate nisi sunt, quorum ope, etsi lectiones non ubique recte afferunt (128, 2 *ne despicias* R; 145, 16 *diripietur* R; 127, 6 *de mortuo inimico tuo* CR; 92, 24 *inminentes* C; 114, 17 *animarum* C, *aĩar ſcãr* R), plurimas priorum editionum corruptelas sanabant, sed melioribus fontibus destituti suisque nec satis confisi nec bene usi non solum multa menda intacta relinquebant, uerum etiam codicibus suis inducti nonnullos locos ex Vulgata ipsi interpolabant. 42, 3 *omnis consummationis* — 55, 9 *morientur* — 63, 10 *diues torquens* — 89, 8 add. *scribentes iniustitiam* — al.

Alias editiones praeter Maurinam a Migne repetitam ad manus non habui.

II.

Qua uia ad emendanda Speculi uerba ingredi deberem, e maioris rei inuestigatione sero didici. etenim cum Speculum illud, quale ad hanc aetatem peruenit, ita comparatum sit, ut testimonia scripturae sacrae non ex uetustiore ea interpretatione, quam S. Augustinus in ceteris operibus suis solam sequi solebat, excerpta, sed ex S. Hieronymi, quam ne probasse quidem Augustinum constat, sumpta sint, quaeritur utrum S. Augustinus hunc librum confecerit necne, uel potius num liber, qualis codicibus traditur, talis e S. Augustini manibus profectus sit.

Constat autem inter omnes S. Augustinum cum praestantissimum ingenium ad rerum diuinarum scientiam per maximum uitae tempus contulisset, quaestiones tam multas tamque uarias exposuisset, plurimos aduersariorum errores refutasset, sub uitae finem editis iam retractationum siue de recensione operum suorum libris praecepta uiuendi ex libris diuinis collecta in unum corpus conscripsisse et huic operi Speculum nomen dare uoluisse, tamquam diuini numinis iam interpres esse quam a se excogitata atque inuenta docere mallet. quem librum etsi incohatum reliquit, id quod ex Possidii[1]) uerbis luculenter apparet et ex praefatione tralaticia colligitur, sexto saeculo in legentium manibus fuisse testatur Cassiodorius[2]), qui magna cum intentione legendum esse dicit. ac iam praefationem eius libri, qui nobis est traditus, cum Eugippius[3])

[1]) *Imperfecta quaedam etiam operum suorum praeuentus morte dereliquit. quique prodesse omnibus uolens* . . . Possidius de uita S. Aug. c. 28.

[2]) Cassiod. de instit. diu. scr. c. 16.

[3]) Eugippii Exc. rec. Knoell c. 322. pag. 1021.

maximam partem a capite excerpserit, non possumus S. Augustino non uindicare. neque quicquam obstat, id quod huic rei consentaneum est, quominus singulorum capitum praefationes uel epilogos uera et genuina S. Augustini uerba continere censeamus.

Accedit quod auctor huius libri in uerbis, quae explicandi causa singulis paragraphis addidit, nonnulla dicit, quae mirum in modum congruunt cum eis, quae S. Augustinus aut in prioribus scriptis suis aut paulo ante in retractationum libris, quibus operum suorum errores corrigit, de eadem re proposuerat. ac primum quidem 197, 24 tres euangelistas, Matthaeum, Marcum, Lucam ideo plura praecepta uiuendi dedisse dicit auctor, quod eam maxime secuti sint partem, quae actiua dicatur, in Iohannis euangelio, quod contemplatiuam magis tenuerit, cum superemineat ceteris, multo tamen pauciora morum praecepta reperiri. quibus uerbis congruunt ea, quae S. Augustinus de consensu euangelistarum I 5, 8 exponit, cum dicit: *Proinde cum duae uirtutes propositae sint animae humanae, una actiua, altera contemplatiua: — — illa est in praeceptis exercendae uitae huius temporalis, ista in doctrina uitae illius sempiternae. — — ex quo intellegi datur, si diligenter aduertas, tres euangelistas temporalia facta Domini et dicta quae ad informandos mores uitae praesentis maxime ualerent, copiosius persecutos circa illam actiuam uirtutem fuisse uersatos, Iohannem uero facta Domini multo pauciora narrantem, dicta uero eius — — diligentius et uberius conscribentem, in uirtute contemplatiua commendanda suam intentionem praedicationemque tenuisse.* deinde quod in Speculo legitur 113, 5 non apparere quisnam sit auctor eius libri qui Sapientiae dicitur, monendum est haec conuenire cum retractata opinione, ex qua non esse Siracidem huius libri auctorem dixerat (Retract. 2, 4, 2), et quod auctor Speculi 154, 12 ad fidem codicum MPCR libros ueteris testamenti *libros canonicos ueteresque* appellat, mirum in modum respondet eis, quae S. Augustinus de retractanda appellandi consuetudine (doctr. chr. 2, 8, 13) his uerbis affert: *ubi autem dixi: his quadraginta quattuor libris testa-*

menti ueteris terminatur auctoritas, ex consuetudine, qua iam loquitur ecclesia, uetus testamentum appellaui: apostolus autem non uidetur appellare uetus testamentum nisi quod datum est in monte Sina (Gal. 4. 24). Retr. 1. 1.

Quare quamquam non habemus. quod de S. Augustino Speculi auctore dubitemus. in testimoniorum tamen fide non acquiescimus. quam quaestionem cum iam qui pridem huic rei operam nauarunt non sine causa posuissent, non defuerunt qui omnem dubitationem reicerent. celeberrimus quidem uir Latinus Latinius Viterbiensis[1]) contextus Hieronymiani patrocinium suscepit. falsamque inde conclusionem duxit a multis repetitam. ut diceret. ex hoc libro cognosci posse. iam tum Augustino uiuente Hieronymi uersionem non modo uulgatam. sed in manibus paene omnium ubique fuisse. cuius uestigia secuti Benedictini cum argumenta quaedam afferre uellent. quibus hanc opinionem probarent. S. Augustinum interpretatione Hieronymiana ideo usum esse dicebant, quod hanc demum comperisset illa uetustiore esse planiorem. cum hoc nomine eam in postremis libris quaestionum in Heptateuchum ac praesertim in quarto de doctrina christiana libro testimonium ex propheta Amos prolaturus laudasset. uerum enimuero ut taceam de eo. quod Phereponus[2]) haec infringere sciebat, etsi in explicandis singulis locis Augustinum quaecumque interpretatio ad sensum eruendum et exponendum ei uidebatur apta. eam potissimum in explicandi munere adhibuisse et laudasse concedendum est. tamen in conscribendo eo opusculo. quod ad uulgi usum comparauit, alia interpretatione usum esse nego quam usitata illa uetustiore. quam in sermonibus et epistulis ipse laudauerit, in lectionibus ecclesiasticis et canticis publicis populus solam admiserit.

Quae cum ita sint. a Maurinorum opinione recedere et de testimoniorum fide dubitare posse iure nobis uidemur.

---

[1]) Latinii Bibliotheca sacra et profana. Romae 1677. p. 9.

[2]) Appendix Augustiniana. Antuerpiae. 1703.

Ac iam Desiderius Erasmus[1]) hunc librum uix Augustino se fuisse ascripturum fatetur, nisi Possidius nominatim illi attribuisset, nec praefationem censet ab eius stilo abhorrere. postea uero quam Erasmus quae suspicatus est cautius protulit, bene iam Dupinius[2]) rem perspexit pauloque melius tractauit. qui quidem fieri potuisse arbitratus est, ut in testimoniorum genuinorum locum uerba interpretationis postea uulgatae substituerentur. tum Iohannes Phereponus (Leclerc) refutatis Benedictinorum argumentis non abiudicandum hoc opus Augustino, sed citationes scripturae olim esse a monacho quopiam mutatas iudicauit. denique Dupinius adsentientem nactus est Riccardum Simonem[3]), qui cum operum illius censuram ageret, re uera factum esse contendit hominumque doctorum sententiis esse probatum, quod ille fieri potuisse dixerat.

Qua in disputatione omni cum certiora argumenta desiderentur, librum ipsum reuoluamus. atque 49, 10 in epilogo capitis VI scriptum legimus uersum illum in uetustiore interpretatione celeberrimum: *Ab aqua aliena abstine te et de fonte alieno ne biberis* (*ἀπὸ δὲ ὕδατος ἀλλοτρίου ἀπόσχου καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας μὴ πίῃς* Prou. 9, 18), quae uerba in S. Hieronymi interpretatione frustra quaeruntur. sequitur, ut quicumque hunc librum confecit eum existimemus non S. Hieronymi uersione usum esse, sed uetustiorem bibliam ex Graeco uersam in manibus habuisse censeamus. Augustinum uero in sua uersione illud testimonium scriptum legisse ex locis, in quibus commemorat et explicat, luculenter apparet. Epist. 108, 1, 1. ib. 2, 6. In I Ioh. tract. 6, 3, 11. (Migne 33, 405. 408. 35, 2027.) cf. suspectum de unitate ecclesiae librum 23, 65 et infra 590, 5. porro ex eodem libro Pro-

---

[1]) Aug. op. III. Bas. 1528. p. 644.

[2]) Nouvelle Bibliothèque des Auteurs Ecclésiastiques, par Mre. L. Ellies Dupin. tome III. Des Auteurs du cinquième siecle. Paris 1689. pag. 686.

[3]) Critique de la Bibliothèque des Auteurs Ecclésiastiques et des Prolegomènes de la Bible, publiez par M. Elies Dupin avec des eclaircissemens ... par feu Mr. Richard Simon. tome I. Paris 1730. p. 143.

uerbiorum Speculi auctor affert: *Paupertas uirum humiliat, manus autem fortium locupletat* (πενία ἄνδρα ταπεινοῖ, χεῖρες δὲ ἀνδρείων πλουτίζουσιν 10, 4), postremo: *Non enim nascuntur filii malignis* (οὐ γὰρ μὴ γένηται ἔκγονα πονηρῷ 24, 20). accedit alius locus, quem Hieronymus etsi haud ignorat, aliis tamen uerbis expressit: 75, 5 *Maiorem hac caritatem* (*caritatem hanc* MPCR) *nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis* Ioh. 15, 13. quem uersum similiter laudat Augustinus in I Ioh. tract. 5, 12. 6, 13 bis: *Maiorem hac caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis* (Migne 25, 2018. 2028). Epist. 167, 3, 11: *Maiorem hac caritatem* (*hanc caritatem* Eugippii codices DMP[1]V. Knoell 42, 24) *nemo habet, quam ut animam suam ponat quis* (*quis ponat* Eug.) *pro amicis suis* (Migne 33, 757). sic etiam En. in ps. 56 (Migne 36, 661). En. in ps. 102: *Maiorem caritatem nemo habet q. u. a. s. p. p. a. s.*, in I Ioh. tract. 6, 1: *Maiorem hac nemo habet caritatem q. u. a. p. p. a. s.* (Migne 37, 1317. 35, 2019).

Quantum uero differant Augustiniana testimonia a suspectis huius Speculi testimoniis ex alio loco intellegitur, qui est 75, 9: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere* I Ioh. 3, 16. quae eadem leguntur apud Augustinum in Ioh. euang. tract. 47, 2. ib. 11: *Hinc autem ostendimus quod et alii fecerint, quia ipse apostolus Iohannes qui hoc quod audistis euangelium praedicauit, in epistola sua dixit*: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere*, deinde: *Ponere animam suam nisi posset homo, non diceret Iohannes apostolus*: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere* (Migne 35, 1733. 1735. cf. in I Ioh. tr. 6, 1 Migne 35, 2019), discrepant in interpolata Speculi parte ubi quae leguntur cum Vulgata congruunt 279, 12: *In hoc cognoscimus caritatem, quoniam ille pro nobis animam suam posuit*: *et nos debemus pro fratribus animas ponere.* uerum etiam uerba, quae auctor huius libri ad explicanda testimonia addidit, non consentiunt cum ipsis testimonii exponendi uerbis in conspicuo loco qui

est 199, 20: *Vbi uidemus apostolos eis qui ex gentibus crediderunt nulla uoluisse onera ueteris legis inponere nisi ut obseruarent ab his tribus, id est ab eis quae idolis immolarentur et a sanguine et a fornicatione. unde nonnulli putant tria tantum crimina esse mortifera, idolatriam et homicidium et fornicationem* . . . in testimoniis uero cum Vulgata S. Hieronymi et Graecis codicibus quattuor membra distinguuntur: 198, 13 *a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et suffocatis et sanguine.* 198, 17 *ab immolatis simulacrorum et sanguine et* (om. *et* MCSa) *suffocato et fornicatione.* 199, 16 *ab idolis immolato et sanguine et suffocato et fornicatione.* Act. 15, 20. 15, 29. 21, 25. consentit autem S. Augustinus in libro contra Faust. 32, 13: *Nam quod de effundendo sanguine antiquis in figura praeceptum est, id est ipsi Noe post diluuium — quod iam quid significaret ostendimus — plerique intellegunt et in actibus apostolorum hoc legi praeceptum ab apostolis, ut abstinerent gentes tantum a fornicatione et ab immolatis et a sanguine, id est ne quicquam ederent carnis, cuius sanguis non est effusus. quod alii non sic intellegunt, sed a sanguine praeceptum esse abstinendum, ne quis homicidio se contaminet* (Eug. Exc. 323, 8 Knoell. Migne 42, 504). et profecto tria haec membra in uetustiore interpretatione commemorata esse non solum ex aliis Augustini scriptis intellegitur, uelut Epist. 82, 2, 9 *de gentibus autem qui crediderunt nos mandauimus, iudicantes nihil eiusmodi seruare illos, nisi ut se obseruent ab idolis immolato et a sanguine et a fornicatione* Act. 21, 25 (Migne 33, 279), sed etiam codice Cantabrigiensi probatur qui exhibet Act. 15, 20 *a uanitatibus idolorum et a fornicatione et a sanguine* — Act. 15, 29 *sacrificatis et sanguine et stupris* — Act. 21, 25 *a sacrificato et sanguine et fornicatione.*

Quibus rebus ita comparatis facere non possumus, quin id quod in posteriorum temporum codicibus factum esse oculis cernimus, prima iam aetate fuisse censeamus, ut Vulgatae S. Hieronymi uerba pro antiquioris interpretationis contextu in libros Speculi manu scriptos intruderentur.

Quod quam recte disputatum sit, facilius apparebit, si codicum sacrorum lectionibus diligenter collatis inuenerimus, ex quo fonte sciolus et ignotus huius libelli interpolator textum diuinum hauserit. ac mirabili modo accidit, ut optimus uulgatae interpretationis codex Amiatinus conspicua quadam et optimorum lectionum et grauissimorum mendorum communione, uersuum et uocabulorum omissione, uario uerborum ordine, frequenti in maximis minimisque rebus similitudine cum Speculi codicibus ita cohaereat, ut a communi origine et interpolata testimonia et Amiatini uerba repetenda esse nemo non agnoscat. quae res tanta exemplorum multitudine euincitur, ut ad Amiatini textum comparandum legentes reuocare oporteat[1]), sed temperare mihi non potui, quin pauca huc apponerem. 11, 5 *offeres in domum* (MCRS Am.: *o. i. domo* av, locum om. P), Exod. 34, 26. — 37, 17 *sanctus* (*sanctum* a) Ps. 98, 5. — 38, 14 *in* Ps. 104, 2. — 41, 13 *cor meum* Ps. 118, 70. — 51, 24 *frugum tuorum* (MC[1]) Prou. 3, 9. — 54, 13 *da sapienti et* MP[1]CRSa Am. Erasm. (*d. s. occasionem et* P[2]v Gembl. Lou. Ben.) Prou. 9, 9. — 58, 11 *cuncta consilio* Prou. 13, 10. — 60, 11 *uocare* Prou. 15, 17 (suppl. Am.). — 61, 3 *saeculi* (*sacculi* v) Prou. 16, 11. — 61, 6 *dirigetur* (*diligetur* v) Prou. 16, 13. — 61, 24 *qui dispicit pauperem, exprobrat factorem* (M[1]P[1]) *eius, et qui in* (MPCRSa Er., om. *in* v Lou. Ben.) *ruina laetatur alterius, non erit inpunitus* Prou. 17, 5. — 64, 6 *fugit matrem* Prou. 19, 26. — 68, 12 *sagittas et mortem* (MP[1]CRSa Erasm.: *s. in mortem* P[2]v Lou. Ben.) Prou. 26, 18. — 76, 21 *et dentibus* (MCR) Iob. 29, 17. — 77, 6 *cum seruo meo et ancillae meae* Iob. 31, 13. — 77, 16 *obrizae* Iob. 31, 24. — 79, 8 *in iustitiam* Os. 10, 12. — 80, 4 *uendiderint argento* Amos. 2, 6. — 83, 22 *non faciat bene dominus et non faciat male* Soph. 1, 12. — 85, 17 *disperdat dominus uirum qui fecerit hoc* Mal. 2, 12. —

---

[1]) Biblia sacra Latina uet. testamenti ed. Tischendorf-Heyse. Lips. 1873.

Codex Amiatinus. ed. Tischendorf. Lips. 1854.

Thielmann, Beiträge zur Textkritik der Vulgata. Speier 1883.

87, 9 *egredimini* Mal. 4, 2. — 92, 3 *mementote istud et fundamini* (MP'S) *μνήσθητε ταῦτα καὶ στενάξατε* Es. 46, 8. — 113, 22 *maledictum* Sap. 1, 6. — 133, 22 *et non ueteris usque ad mortem iustificari* (*non uereris* a, *ne uerearis* v Erasm. Lou. Ben.) Eccli. 18, 22. — 135, 12 *Potius furem quam adsiduitas uiri mendacis* Eccli. 20, 27. — 137, 1 *Qui narrat uerbum non adtendenti* | *quasi qui excitat dormientem de graui somno,* | *qui enumerat stulto, et in fine dicit: qui* (MP', *quis* rell.) *est hic?* Eccli. 22, 8. — 140, 21 *pudorem honoris* Eccli. 27, 9. — 141, 5 *obripilationem capitis* (MPC, *capiti* RSav) *statuit* (*-et* av) Eccli. 27, 15. — 148, 11 *immolans* Eccli. 34, 21. — 151, 7 *sapientiam scribe* Eccli. 38. 25. — 173, 1 *colleximus* (M'P'S) Matth. 25, 38. — 173, 8 *collexistis* (M'PC) ib. 43. — 179, 10 *et ianitori praecipiat* (M'PS) Marc. 13, 33. — 198, 17 *et sanguine suffocato* (MC Sa) Act. 15, 29. — 204, 29 *persequentibus* (MP'S: add. *uos* rell.) Rom. 12, 14. — 206, 5 *proprior* M'P'C (*propior* rell.) Rom. 13, 11. cf. F. Neue, Lat. Formenlehre, II. p. 114. Schuchard, Vocalismus des Vulgärlateins, I. p. 21. — 209, 22 *manifestauit* I Cor. 4, 5. — 214, 4 *obseruandi* (*obsecrandi* Sav) I Cor. 7, 35. — 217, 23 *licent* (add. *mihi* av) I. Cor. 10, 23. — 245, 18 *parricidiis et matricidiis* I. Tim. 1, 9. — 249, 17 *superbus* I. Tim. 6, 4. — 257, 10 *admixtis* Hebr. 4, 2. — 267, 4 *coactos* I. Petr. 5, 2. — 273, 9 *superexaltat* Iac. 2, 13. — 276, 1 *adduxistis* (MP'CR, *addixistis* rell., *κατεδικάσατε*) Iac. 5, 6. — 276, 10 *oret aequo animo et psallat* Iac. 5, 13. — 279, 15 *necesse habere* (MP' CR) I. Ioh. 3, 17.

Iam uero quamuis artissimo cognationis uinculo cohaereat testimoniorum oratio cum Amiatini lectionibus, summa tamen cautione opus est, ne Amiatinum temere sequamur. nam et interpolata quaedam testimonia et nonnulla genuini textus uestigia a meliore et uetustiore fonte repetenda sunt. pauca afferam. 123, 13 *consiliarii sint tibi* MP'S, Sangerm. 15 ap. Sab. Eccli. 6, 6. — 126, 2 *seruus sensatus dilectus* MPS, Sang. 15. Eccli. 7, 23. — 141, 21 *audiui* Ms. S. Theod. Sab. Eccli. 27, 27. — 151, 15 *cinyris* Sang. 15, *κινύραις* Eccli.

39. 20. — 181, 6 *nihil desperantes* Corb. Cant. Sangerm. 1. *μηδὲν ἀπελπίζοντες* Luc. 6, 35.

Quam ob rem cum etiam in apertissimis uitiis Speculi codices cum Vulgatae libro Amiatino consentire uideamus, colligere licet testimonia ad eam quam idem ille liber praebeat recensionem mutata et mendosas lectiones ab homine parum erudito cum describendo textu in Speculum transpositas esse.

Cui rei consentaneum est etiam psalterii ex Hebraeo interpretationem qualis in Amiatino codice continetur in Speculo deprehendi, quamquam S. Augustinus neque in conscribendo ingenti illo opere quod enarrationes in psalmos inscribitur, eam adhibuit, neque sperare poterat fore ut plebecula illum psalmorum textum probaret. sciens autem praetermitto quod incerto anno S. Augustinus de hoc psalterio ad Audacem scribit Epist. 261, 5: *Psalterium a sancto Hieronymo translatum ex Hebraeo non habeo: nos autem non interpretati sumus, sed codicum Latinorum nonnullas mendositates ex Graecis exemplaribus emendauimus. unde fortassis fecerimus aliquid commodius quam erat, non tamen tale quale esse debebat. nam etiam nunc quae forte nos tunc praeterierunt, si legentes mouerint, collatis codicibus emendamus. ita illud, quod perfectum est, tecum nos quoque requirimus* (Migne 33, 1077).

Itaque testimonia quoniam interpolata esse constat, ut mos fert, uncinis criticis circumdare debebam. at uero uestigia quaedam ueteris textus in codicum lectionibus delitescere uidentur obruta. nam primum quidem praeter tria illa quae supra memoraui [1]) intacta ab interpolantium manibus duo integra testimonia nobis remanserunt in capite VIIII de Cantico 74, 22: *Adiuro uos, filiae Hierusalem, in uirtutibus et in uiribus agri, si leuaueritis caritatem, quoad usque uelit* (*ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, ἐν ταῖς δυνάμεσιν* (cod. Alexandrinus)

[1]) Vide p. XVII. sq. Prou. 9, 18. 10, 4. 24, 20

καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐὰν ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ Cant. 8, 4). et 75, 12 *Ordinate in me caritatem* (*τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην* Cant. 2, 4). passim autem etiam aliis locis melioribus codicibus conseruatae prioris contextus reliquiae uidentur, in quibus inuestigandis omnis quaestionis cardo uertitur. pauca exempla afferam. 56, 6 *et non conburentur plantae eius* M¹P¹S (*τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει* Prou. 6, 28). — 153, 22 *multa bona habemus, si timueris deum* MC (*φοβηθῇς* Tob. 4, 23). — 181, 6 *nihil desperantes* MP¹CS (*μηδὲν ἀπελπίζοντες* Luc. 6, 35 Corb. Sangerm. Cantabr.). — 229, 5 *dilectionem* cf. Clarom. Gal. 5, 6 (*caritatem* v Am. Corssen) — 262, 4 *ut probatum uestrae fidei multo pretiosius sit auro quod perit, per ignem* . . . (*ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολυτιμότερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου* . . . I. Petr. 1, 7), ubi fortasse fuit *proba⟨men⟩tum*.

Textum igitur tali modo iam antiquitus interpolatum posteriorum temporum homines ad alios Vulgatae codices hic illic denuo mutare non destiterunt. nam inde a nono saeculo usque ad tertium decimum libros quo magis doctorum hominum studiis tractatos ac tritos esse perspicimus uel quo recentiore aetate scriptos cognoscimus, eo maiore Vulgatae lectionis copia refertos uidemus.

Communem autem omnium quos noui codicum originem esse atque ex eodem archetypo omnes descendere, conspicua quadam in multis rebus omnium similitudine comprobatur. discedunt autem in duas familias, quarum altera libris MPC R efficitur, altera solo codice S repraesentatur. ac prioris familiae codex M principem locum obtinet propter paucissimam *M* interpolationem, multas et ueras interpolati textus lectiones, nonnulla uetustioris textus uestigia, quae in eo deprehenduntur uno: 35, 2 *fecisti, expectabo* M¹, Lagarde Ps. 51, 11. — 36, 17 *in fortitudine in fortitudinem* M¹ Amiat. Ps. 83. 8. — 155, 7 *lugunt* M, Cant. Brix. Clar. Harl. Matth. 5, 5. — 196, 15 *sum enim* M, Colb. Corb. Cant. Ioh. 13, 13. —

218, 1 *immolacium* M, *immolatium* Amiat. I Cor. 10, 28. — 254, 15 *turpilucrum* (*turpel.*) M, Claromont. αἰσχροκερδῆ (*turpis lucrum* CS^1, *turpens lucrum* P^1, *turpe lucrum sectantem* R, *turpis lucri cupidum* P^2av, *turpilucri cupidum* Am. Fuld.) Tit. 1, 7. — 275, 9 *deinde* M^1, Corb. Iac. 4, 17.

Saepius cum M in exhibenda uera lectione consentit primum
MP P, deinde C, nonnumquam uterque PC. atque MP quam arte cognati sint ex multis rebus apparet, bonitate autem lectionum superant reliquos 33, 1 *melius est paruum iusto* M^1P^1 Lagarde Ps. 36, 16. — 104, 8 *ipse impius iniquitate sua morietur* MP^1 Am. Ez. 3, 18. — 166, 19 *uno oculo* M^1P^1 μονόφθαλμον Matth. 18, 9. — 180, 15 *prophetis* M^1P Am. Fuld. Luc. 6, 26. — 181, 16 *erit sicut* MP ἔσται ὡς Luc. 6, 40 (*erit si est sicut* C, *erit si scit sicut* R, *erit si sit sicut* Sav). — 187, 20 *quod* MP Am. Luc. 12, 4. — 191, 18 *si habet* M^1P Am. Fuld. εἰ ἔχει (*si habeat* M^3CRSav) Luc. 14, 28. — 200, 13 *ex fide mea uiuet* MP (Habac. 2, 4) Rom. 1, 17. — 275, 13 *age* MP^1 Am. m. pr. Fuld. ἄγε Iac. 5, 1 (*agite* rell.).

MC Nonnumquam M et C uera exhibent uel mendosa Amiatini praebent, ut 51, 24 *frugum tuorum* MC, Am. Prou. 3, 9. — 200, 12 *ex fide in fide* MC, Am. Rom. 1, 17. — 223, 13 *gratia* MC. Am. II. Cor. 6, 1 — 259, 21 *obtemperauimus* Hebr. 12, 9. — 281, 1 *credimus* MC. Am. I. Ioh. 4, 16.

MPC Plurimis locis MPC genuinas lectiones communes habent (interdum uel inuito Amiatino) 37, 3 *indurare* MPC, Lagarde Ps. 94, 8. — 46, 11 *ad te* MP^1C, Sab. Ps. 142, 9. — 181, 4 *faenerant* MP^1C, Fuld. Sab. Luc. 6, 24. (cf. Aug. En. in ps. 36, 26. Rönsch, Itala u. Vulgata p. 481.) — 187, 23 *ueniunt* MP^1C Am. (*ueneunt* rell.), Luc. 12, 6. — 195, 26 *solo est deo* MPC Am. Colb. Corb. Fuld. Ioh. 5, 44. — 201, 12 *quae non conuenit* MPC Am. Rom. 1, 28. — 201, 22 *qui iudicas* MPC ὁ κρίνων Rom. 2, 1. — 203, 7 *mortificatis* MPC, Am. Rom. 8, 13. — 206, 3 *plenitudo ergo legis dilectio* MPC πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη Rom. 13, 10. — 207, 2

flectet MPC, Fuld. Boern. κάμψει Rom. 14, 11. — 207, 19 *fidem quam habes* πίστιν ἣν ἔχεις Rom. 14, 22. — 207, 22 *in eo quo probat* MPC ἐν ᾧ Rom. 14, 22. — 221, 10 *ut ego* MP^1C, Am. Boern. I. Cor. 16, 4. — 259, 17 *offert deus* M P^1C^1 Am. Fuld., Hebr. 12, 7. — 269, 13 *uoluntatem* MPC, Am. II. Petr. 2, 13

Codicis P correcturae, quas una nota P^2 comprehendi, ut *P^2*
ex diuersis fontibus natae ita et diuersae auctoritatis sunt. Nam P^2 primum glossas addit, uelut 88, 11 *confunditis* (*commolitis*). 162, 8 *mercede* (*cibo*), deinde ex Vulgata transposuit, denique etiam ex Amiatini fonte hausit 59, 2 *stultis inludet peccatum* P^2 Am. Prou. 14, 9. — 100, 24 *manuum* P^2 (*manum* Amiat.) Hier. 10, 3. — 115, 11 *iusta* (*ista*) P^2 Am. Sap. 6, 11. — 135, 3 *pauimentum* P^2 Am. Eccli. 20, 20. — 152, 12 *sine argento sapientiam* P^2 Am. Eccli. 51, 3. — 261, 3 *optimum enim* Hebr. 13, 9.

Rectam lectionem codex C saepius cum M communem *C*
habet, ut supra memoraui, solus fortasse uerum tradit 133, 11 *Misereatur excipiens* Eccli. 18, 14. — 265, 11 *de uobis* I Petr. 3, 16, sed plurimis locis et mendositate et interpolatione praecellit. leguntur autem uocabula transposita 72, 14. 104, 3. 122, 28. 124, 7 al. et hominum doctorum inuenta 94, 10 *uocaui*] add. *uos.* 122, 24 *differas*] add. *conuerti.* 107, 5 *uia mea*] *uia domini.* 107, 20 *morientis*] *peccatoris.* atque in hanc partem fortasse intellegendum illud quoque uidetur quod 88, 17 pro *terminum* scriptum legitur *extremum* (Ca, Er. Lou. Ben.)

Interpolationes autem Vulgatae C solus fere nullas per- *CR*
pessus est, eo plures cum R communes exhibet, quocum ex eodem fonte descendisse et lacunarum (31, 15. 39, 7. 140, 12) et mendorum uariorum communione cognoscitur. 31, 12 *loquitur* (*locuntur* MPS Lagarde). — 32, 25 *cogitabam* C^1R (*cogitabis*). — 35, 9 *in eum* M^3P^1CR (*in eo*). — 57, 10 *labia* C^1R (*labium*). — 58, 6 *et* C^1R (*est*). — 148, 13 *inimicorum*

CR (*inicorum* M, *iniquorum* rell.). — 31, 19 *gloriamini* CRv. — 40, 19 *loquebar* (*loquar*). — 42, 14 *iustificationes* (*iustitias* MPS Lagarde). — 120, 17 *maledicentis enim tibi.* — 126, 2 *sit tibi dilectus.* — 128, 7 *gloriatio.* — 128, 19 *exaltabit* P²CRv (*exaltat* MP¹Sa, Amiat.). — 138, 18 *indisciplinate* CR, add. *iuracioni uel loquele* R. — 179, 10 *praecepit.* — 266, 20 *parebunt.* — 276, 12 *sermo uester.*

R Recentissimus huius familiae et omnium quos enumeraui codicum R interpolatis scripturis scatet. primum enim larga manu Vulgatae lectiones insertae sunt, ut plus quam centum locis in solo R legantur. pauca afferam exempla. 30, 1 *qui iudicatis terram* (*iudices terrae*). 166, 16. 178, 18. 181, 6. 184, 3. 13. 186, 8. 23. 197, 10. 11. 207, 18. 215, 22. 232, 23. 248, 22. 249, 25. 26. 259, 17. 20. 261, 3. 262, 4. 272, 14. 283, 6. multa deinde uocabula, quae explicandi causa in margine uel inter lineas olim scripta fuisse uidentur, in genuinae lectionis locum substituta inueniuntur. 56, 1 *rectorum*] *iustorum.* 64, 6 *fugit*] *confundit.* 90, 22 *orbis*] *terrae.* 117, 5 *thesauros*] *sermones.* 118, 24 *audite*] *attendite.* 133, 25 *in omnibus*] *semper.* 143, 1 *uiritas*] *fortes.* 151, 2 *plorare*] *clamare.* 273, 12 *uerbo*] *lingua.* aliis locis etiam additae uoces sunt, quo facilius enuntiatorum sensus et uerborum significationes intellegerentur: 276, 12 *oleo* [*sancto*] Iac. 5, 14. 277, 9 *fidelis est* [*deus*]. 282, 14 [*sed*] *qui*, uel quo lacuna suppleretur 49, 22 [*bene uiuere ponemus dum*]. nonnulla quae corrigendi causa suprascripta erant, una cum mendis recepta sunt: 50, 1 *quae*] *quique.* 53, 9 *amica*[*bi*]*lis.* 77, 2 *ad ostium hostium amici.* 213, 26 *quia qui.* 285, 1 *penitenciam ac pacienciam* (*patiam* M). — silentio autem praetermitto quae turbato uerborum ordine uel compendiis confusis (*gratia gloria, per pro*) uel simili causa nata sunt. in libro hac ratione deprauato tamen speciosae lectiones exhibentur quae haud scio an genuinae sint, uelut 145, 16 *imprudens diripietur.* 221, 4 *sanctis* (Am.). ib. 12 om. *etiam* (Am.). 247, 24 *in omnibus.* 282, 12 *hoc mandatum est, ut quemadmodum audistis ab initio, ut in eo ambuletis* II. Ioh. 6, ubi altero loco

ut omittunt rell. de repetendae coniunctionis usu cf. 306, 12. 429, 15. Hartel in Archiv für Lexikographie III. 49. Kaulen. Handbuch der Vulgata. p. 258.

Codicum MPCR archetypus singulares duos locos habuit, quos tamquam pannos ex commentariis S. Hieronymi (in Esaiam et Hieremiam prophetas) petitos a sciolo quodam explicandi causa in margine primum appositos, post autem in uerborum genuinorum continuitatem casu inlapsos nemo erit quin indicet. nam quod 88, 17 ad testimonium de Es. 5, 8. additum est, apud Hieronymum in Es. 2, 5 ita scriptum legitur: *Pro eo quod nos diximus „usque ad terminum loci" LXX transtulerunt „ut auferatis proximo", Symmachus et Theodotio „donec deficiat" uel „non sit locus", ut deficiente terra nequaquam saturetur auaritia* (Migne 24, 80), et alterum quod 97, 14 ad uerba *non ulciscetur manus mea?* (Hier. 5, 29) adicitur, *hic exponit: supra dixerat* . . . in S. Hieronymi Comm. in Hierem. 2, 5 ita exhibetur: „— *quid ergo facietis in nouissimo" siue „post haec"? supra dixerat: „ibo ad optimates et loquar eis? forsitan ipsi cognouerunt uiam domini, et ecce hi magis pariter confregerunt iugum, ruperunt uincula". nunc describit qui sint optimates, prophetae uidelicet et sacerdotes: quorum alii futura praedicunt, alii ex lege facienda decernunt. et ecce, inquit, illis mendacium prophetantibus sacerdotes manibus applauserunt. et ut ostendatur nec populus esse sine culpa qui a talibus abducatur, scriptum est: „et populus meus dilexit talia": quondam meus, sed* (al. *et*) *postquam dilexit talia, meus esse desiuit. quid igitur facient, cum nouissimum iudicii tempus aduenerit siue captiuitatis necessitas? unde stupor et mirabilia sunt, quod nec in principibus, nec in populo inuentus sit qui recta sentiret.* (Migne 24, 720 sq.). atque simili modo nata sunt quae leguntur 86, 15 *legitimis heredibus* (Mal. 3, 7) et 271, 11 *tempestati* (pro *fluctui* Iac. 1, 6).

Singularis alterius familiae testis exstat codex S, qui etsi *S*
plurimis locis quibus alii codices intacti sunt ad Vulgatam mutatus est (e. g. 7, 1. 14, 3. 24. 25, 9. 24. 26, 9. 11. 28,

8. 32, 4. 41, 9. 10. 11. 44, 6. 56, 19. 94, 21. 129, 12. 144. 13. 181, 16. 190, 4. 13. 214, 4. 5. 228, 21 al.), multis tamen et rectis lectionibus ceteris omnibus praestat. 74, 7 *inscriptio* (*conscr.*). 113, 1 *in his* (*hi*). 30, 8 *fidite* (Amiat.). 31, 16 *intellegentia* (Lagarde). 34, 11 *quoniam iniquitates meas ego noui* (Lag. Ps. 50, 5). 36, 6 *cogitationum* (Lagarde, *-nem* rell.). 38, 6 *dolum* (Am. Lagarde, *malum* rell.). 44, 2 *te* (Am. Lag., *ea* uel *eam* rell.). 196, 11 *ministrabit* (Am.). 214, 15 *habeo* (Am.). 227, 14 *dominus* (Am.). 260. 7 *claudicans* (Am., *claudicans quis* rell.).

Summam uero auctoritatem codex S sibi uindicat in tradendis numeris uersuum eorum, qui inter testimonia in textu diuino intercedunt ab auctore praetermissi. quae numeratio non conuenit cum usitato uersuum numerandorum modo, sed ad antiquum morem referenda est, ex quo sacra uerba per stichos describi solebant. iam uero cum non satis appareat quomodo ueteres in scribendo stichos distinxerint, numeris restitutis sperare licet fore ut quaestioni difficillimae, de qua Martianay [1]) multa sagacitate disputauit, alii nonnulla adnotauerunt [2]), lucis aliquid afferatur. recte igitur S numeros exhibet 56, 4. 57, 3. 62, 15. 79, 2. 80, 11. 82, 16. 88, 9. 129. 8. 139, 22.

Huius codicis fide lacunae quaedam oculorum aberratione factae in MPCR explentur, quae exstant post *seruanda* 5, 21 *propter haec adipiscenda*, post *confusus est* 118, 4 *permansit in mandatis eius et derelictus est* (S, Am.), post *ministrat* 195, 19 *nonne qui recumbit? ego ... qui ministrat?* post *tui* 91, 7 *et uestimentum conflatilis auri tui*, quamquam non facile diiudicatur, utrum haec uerba, cum uno sticho comprehendantur, in communi codicum MP¹CR archetypo, an in scripturae sacrae exemplari eo quo usus est interpolator, exciderint. similiter 96, 16 post *dei sui* duo stichi (Hier. 5, 5):

---

[1]) Martianay, Prolegomena in S. Hieronymi opera. Migne 28, 101.

[2]) Tischendorf, Biblia Sacra Latina Veteris Testamenti. Lips. 1873. Proleg. p. XII sq.

ibo igitur ad optimates et loquar eis:
ipsi enim cognouerunt uiam domini, iudicium dei sui.

integrum praeterea unum stichum tradit S nulla oculorum aberratione in MPCR omissum 98, 11

aduenae et pupillo et uiduae non feceritis calumniam,


et lacunam codicum MP¹CR neque aberratione illa neque stichorum distinctione ortam 141, 13 (Eccli. 27, 21. 22) ita expletam habet SP²

... et non eum capies. |
non illum sequaris, quoniam ...

postremo rubricatoris culpa in MPCR codicum archetypo intercidisse uidentur prima primi capitis uerba, quae in decalogo desiderantur, codice S solo tradita 6, 6 *non habebis deos alienos coram me.*

Cum S nonnumquam P (uel P²) a cognatis suis MCR destitutus etiam bonitate lectionum consentit, uelut 33, 2 *quam diuitiae impiorum multae* P¹S — 34, 15 *dei* PS Lag. — 35, 8 *fluxerint* (Am.) — 39, 20 *timentes* (Am., Lag., *tim. autem* rell.) — 51, 2 *effodieris* P¹S Am. — 77, 1 *in manibus* P²S — 131, 14 *beatus uir qui sapientia sua morietur* P²S Am. (*morabitur* rell. Eccli. 14, 22). quare etiam horum codicum ope lacunae explentur quae sunt in MCR 46, 26. 83, 1. *PS*

Ac iam omnium rerum ratione habita, quamuis aegre plurima perspiciantur, codicum cognationem et interpolatorum tentamina hac tabula depingere poterimus:



In tanta igitur tamque antiqua non minus quam recenti interpolatione cum sperare non possimus fore ut sacra S. Augustini testimonia in integrum restituamus, satis habemus detectis ac sublatis posteriorum saeculorum mutationibus textum prima interpolatione mutatum enucleasse. qua in re plus profecturos nos arbitramur, si archetypi imaginem qualem meliores libri uel duorum ordinum codices consentientes exhibent paucis adumbrauerimus.

Atque praeter illa uitia, quibus interpolata testimonia cum Amiatino congruere cognouimus, similia alia archetypus fecit detrimenta, quae in testimoniorum oratione retinere non audebam. optimorum enim codicum consensu haec scripta leguntur: 70, 17 *recte expandit gressus eius* Prou. 29, 5 — 90,

12 *et reuelata est in auribus meis domini exercituum* (*καὶ ἀνακεκαλυμμένα ταῦτά ἐστιν ἐν τοῖς ὠσὶ κυρίου Σαβαώθ*) Es. 22, 14, ubi pro *est* scripsi *sunt* nescio an iniuria, *uox* addit Amiat., *uox* ante *domini* cum Vulgata inserunt a Er. Lou. Ben. — 141, 5 *obripilationem* Eccli. 27, 15 (de qua forma cf. Thielmann, Archiv für Lexikogr. I 71) — 141, 21 *multa audiui* Eccli. 27, 27 — 145, 16 *omnis inpudens diripiet in illo* Eccli. 31, 7, ubi fortasse cum R scribendum *omnis imprudens diripictur in illo* (*πᾶς ἄφρων ἁλώσεται ἐν αὐτῷ*) — 149, 15 duplici mendo et interpretis et librarii deprauatus est locus Eccli. 35, 17 et 18 qui optimorum codicum auctoritate sic traditur:

17 *Et non dispiciet preces pupilli nec uiduae, si effundat loquellam gemitus.*
18 *Nonne lacrima ad maxillam discendit,*
et exclamatio ad maxillam discendit propter illud quod discendit super illam?

uerba quae sunt *ad maxillam discendit* in altero uersus 18 sticho praebent MPCR (*ad maxilla* M, *a maxilla* P, *descendit* CR), in S uero ex Vulgatae uersu sequ. 19 mutata leguntur *a maxilla ascendunt*, sed uidentur resecanda, quoniam Graeca uerba haec sunt:

18 *οὐχὶ δάκρυα χήρας ἐπὶ σιαγόνα καταβαίνει,*
καὶ ἡ καταβόησις ἐπὶ τῷ καταγαγόντι αὐτά;

iam cum falsam interpretationem uerborum *ἐπὶ τῷ καταγαγόντι αὐτά* (*super deducentem eas* Vulgata) mutare non liceat, uersum sic scribendum puto:

nonne lacrima ad maxillam discendit,
et exclamatio propter illud quod discendit super illam?

lacuna quae aberratione oculorum orta est 175, 11 *qui dixerunt Moysi* facile suppletur, sed aliae, quae sunt singulorum uel binorum stichorum, num explendae sint, dubitari potest:

17, 18 *uel auium sub caelo uolantium atque reptilium quae mouentur in terra.* (Deut. 4, 17.)
35, 14 *et factum est in obprobrium mihi.*
et posui uestimentum meum saccum. (Ps. 68, 11. 12.)

84, 1 *antequam ueniat super uos ira furoris domini.* (Sophon. 2, 2.)

Voces, syllabae, litterae singulae interdum omissae sunt: *est* 19, 12. 95, 15. 176, 16. 187, 4. *et* (ante *eccles.*) 74, 10. 167, 2. *ego* 95, 18. *tui* 13, 1. *siue* 154, 17. *qui dedit* 14, 14. *bonam* 63, 7. *tribuet* 65, 4. *a deo* 132, 1. ⟨*in*⟩*coinquinata* 114, 16 al. singulares formae sunt pronominis *illum* pro *illud* 136, 7. *quisque* pro *quisquis* 280, 22. interrogatiui *qui* 191, 21. 195, 19. 273, 19 al. syllabae uel litterae perperam additae sunt 19, 15 *habebi*[*ti*]*s*. 19, 20 *habueri*[*ti*]*sque*. 22, 4 *e*[*r*]*go*. 78. 20 *reli*[*n*]*querunt*. 89, 8 *con*[*ten*]*dunt*. 112, 21 *b*[*e*]*atus*. al.

Frequens erat permutatio uocalium *e* et *i* 11, 2. 25, 23. 60. 1. 78, 7. 80. 21. 125. 23. 130, 4. 181. 17. 19. 21. 188, 1. 243. 22. 247, 21. al. — *ae* et *i* 11, 2. 267. 16. 271, 11. — *a* et *e* 91, 19. — *a* et *u* 48, 8. 101, 20. 112, 13. — *o* et *u* 68, 19. 21. 69, 5. 248, 10. — *i* fere semper pro *y* usurpatur 137, 13. 170, 15. 26. 210, 20. 22. 215, 3. 219, 23. 24. 245, 4. 246, 14. 247, 23. 248, 22. 25. 253, 6. — *at* scriptum uidetur pro *t* 111. 5 *praedicatum*. — ut ad consonantes progrediar, confunduntur *b* et *u* 79, 1 al. — *c* et *ch* 67, 2. 230, 12. — *ct* et *t* 101, 7. — *t* et *s* 141, 19. 150, 23. — *f* uel *ff* ponitur pro *ph* 99, 16. 147, 17. — uerbum *subripiat* pro *subrepat* exhibetur 21, 25 (cf. Hartel Ennod. p. LXXVI). coniugationes uel tempora mutata uidentur, cum pro futuro leguntur: *commisceris* 12, 12. *eradicatis* 13, 14. *seducit* 19, 5. *ascendit* 30, 22. *uident* 39, 15. *dirigitur* 70, 1. *locuntur* 84, 8. *dicitis* 101, 11. *dimittuntur* 276, 13. indicatiuus pro coniunctiuo positus uidetur, cum terminationes *et* pro *eat*, *ent* pro *eant*, *at* pro *et*, *unt* pro *int* scriptae sunt 31, 3. 49, 1. 183, 20. 211, 6. perfecti consonans est *b* 15, 18. 15, 23. 182, 4 (*cantabimus ... et non saltastis*). 222, 2. 225, 23. futuri *u* 190, 11. 198, 4. 209, 22 258, 13. 259, 21. al.

Tali igitur fundamento nisus multa rectius edere debebam et correcta uelim. 10, 25 *deus aemulator* — 13, 1 *Et post aliquantum* — 22, 20 *praecepit* (*προσέταξε*, *praecepi* P²v) —

22, 23 *ad portam* (ἐπὶ τὴν πύλην cod. Alex.) — 27, 12 *pupillo* — 31, 16 *equus et mulus quibus* — 35, 8 *fluxerint* — 44, 2 *diligunt te* (*te* S: *ea* MP²C, *eam* P¹Ra) — 44, 3 *loquebar* (MCRSav) — 44, 19 *bonum est* (MSa) — 47, 2 *narrabo* — 60, 12 *meditatur* — 65, 3 *operare* — 68, 8 *sub ascellas suas* — 71, 19 uerba *accipite non multum* (78, 13) libris tradita, quamquam dictantis quaedam adlocutio esse uideri possunt, recipere non dubitaui. neque enim speciosa codicis S lectio 78, 13 *a capite non multum* id est „ab initio libri" sensui apta est. — 76, 6 *pupillum* (S: *pupillo* MPCR, *pupillos* av) — 92, 3 *fundamini* (Es. 46, 8 στενάξατε, *confundamini* av) — 92, 4 *dominus* — 100, 26 *plasmae* (MPCa Er. Lou.: *palmae* RSv Ben.) — 118, 20 *in dei manus* — 123, 13 *consiliarii sint tibi* — 128, 11 *gloria diuitum, honoratorum et pauperum timor dei est. non despicias hominem iustum pauperem, non magnificare uirum peccatorem diuitem,* ubi sic post *dei est* distinguendum nec licet quicquam mutare (*non dispicias* MPC, *non despicias* Sa, *ne despicias* sic R, *noli despicere* v, *est non despicere* Amiat. — deinde *et non magnificare* PSav, *non magnificaueris* R) — 133, 11 *Misereatur excipiens doctrinam miserationis et qui festinat* (Eccli. 18, 19) — 134, 2 *uoluptate* (MPCSa: *uoluntate* Rv) — 137, 20 *pareant* — 143, 1 *ciciet et priuabit* — 145, 11 *minuet* (MP¹C: *minuent* P²RSa) — 151, 15 *cinyris* — 166, 7 *non intrabitis in regno* — 170, 23 *qui autem se exaltauerit, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur.* cf. 160, 27 *quis ex uobis homo quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei? aut si piscem petit* (MCRa, *petet* Amiat.), *numquid serpentem porriget ei?* cf. 203, 7. 205, 10. — 273, 7 *redarguiti.*

Haec fere nescire nolui omnes qui hac editione utentur. multa uero, quae praeterea dicenda sunt, alio loco exponam.

PRAEFATIO

IN LIBRVM DE DIVINIS SCRIPTVRIS SIVE SPECVLVM QVOD FERTVR S. AVGVSTINI.

I.

Praeter illum librum, quem modo tractaui, alterum opus [1]) ad hanc aetatem peruenit in codicibus quibusdam similiter inscriptum et S. Augustino uindicatum, quod, quoniam Speculi recensendi mihi munus oblatum est, facere non potui quin cum illo libro in hoc uolumine coniunctum ederem. iam uero postquam codices, quibus in paranda huius alterius libri editione usus sum, in commentatione, cuius supra (p. I) mentionem feci, plurimos enumeraui, ita nunc praesidiorum criticorum huic libro recensendo adhibitorum rationem reddam, ut quae ante copiosius exposui paucis repetam, alia quae postea contigit ut accederent quam breuissime suggeram.

S Atque codex Sessorianus 58 membranaceus saeculo [2]) VIII uel VIIII scriptus hoc opus foliis 1—154 continet. textum inde accuratissime ab Augusto O. Fr. Lorenz transscriptum Academia intercedente Hartelio mihi ad utendum concessit. quo quidem in codice scribendo duo eiusdem aetatis librarii ita se exceperunt, ut prior a folio 1^{v} usque ad fol. 34^{r} et a fol. 113^{r} usque ad fol. 128^{v} in singulis paginis uicenas senas (1^{v}—16^{v}) lineas aut uicenas nouenas nigro colore scriberet,

[1]) Mai, Nova Patrum Bibliotheca. Romae 1852. vol. I. part. II. — cf. Wiseman in Catholic Magazin. 1832. 1833.

[2]) Reifferscheid, Bibliotheca Patrum Italica. II. p. 129. — cf. Hartel, Corp. scr. eccl. lat. vol. III. Cypr. opera. Append. p. XXV.

alter atramento magis fusco gracilioribus et nitidioribus litteris a fol. 34^{v} usque ad fol. 112^{v} et a fol. 129^{r} ad finem uicenas nouenas in singulis paginis lineas exararet. iam quod ad libri titulum attinet, prima manus in codicis initio nihil aliud nisi haec scripsit fol. 1^{v} litteris uncialibus rubro colore: *In nomine dn̄i n̄i ihū xp̄i incp̄ ordo capitulorum de diuinis scripturis n CXLIIII sit.* saeculi autem undecimi scriptura tres manus, quas litteris a. b. c distinguendas significo, alios titulos adiecerunt. quarum prima (a) fol. 1^{r} haec scripsit:

de testimon. scripturarū aug̃.
contra donatistas

statim altera saeculi undecimi manus (b) addit:

libri de speculo

paulo infra tertia manus (c) graciliore scriptura adiecit:

Beati augustini de testimoniis scripturarum
contra donatistas & idola primus *hic liber esse dinoscitur.*

ceteri tres . . .

alia manus ab his tribus diuersa fol. 1^{v} in margine superiore adnotauit: *hic est liber ///////// q̃.* fol. 6^{r} finita capitulatione ad textum inde seiungendum manus prima lineolam exornatam depinxit et deinceps in linea sequenti inscriptionem primi capitis posuit quae est *I de uno deo.* iam uero supra lineolam artificiose pictam manus saeculi undecimi tertia (c) haec scripsit:

Iste est liber unus beati Augusti contra donatistas & idola.

infra hanc lineolam et supra capitis primi titulum eadem manus c interposuit: *de testimoniis scripturarum.* fol. 154^{v} liber hunc in modum finitur:

lin. 6 . . *uidebimus lumē.*
7 — — —
8 *explicit testimoniorum*
9 — — —
10 *incipit ad Quirinum*

inter lineas autem 8 et 9 manus illa c addidit:

Liber beati augusti cont̀ donatistas & ydola
inter lineas 9 et 10 scripsit:
Itē liber beati cypriani ep̃i ac martyris de sacram̃tis xp̃i.
nec latet, unde titulos illos manus a et c petiuerint. Possidius enim in indiculi cap. I inter Augustini opera contra paganos scripta commemorat librum, qui inscribitur „*de testimoniis scripturarum contra Donatistas et idola*“ et cap. III inter libros contra Donatistas rursus „*de testimoniis scripturarum contra suprascriptos et contra idola.* iam uero homo ille a, qui titulos hinc depromptos interposuit, ignorauit librum nunc deperditum a S. Augustino ipso accuratius definitum esse, qui (Retr. 2, 27) librum retractauit cui inscriptum esse dicit: *Probationum et testimoniorum contra Donatistas liber unus,* et de indole eius haec adiecit: *Post haec ut ad Donatistas peruenirent contra eorum errorem et pro catholica ueritate necessaria documenta curaui, siue de ecclesiasticis siue de publicis gestis siue de scripturis canonicis . . . Hic liber sic incipit*: „*Qui timetis consentire ecclesiae catholicae*“. itaque quod de titulo plane coniecerat manus a, tertia illa c accepit et tribus locis nitidioribus litteris denuo inscripsit. manus autem b ex eodem Possidio inscriptionem quae est „*de speculo*“ repetiuit, unde etiam noni uel iam octaui saeculi correctores et librarii titulum libris suis asciuisse putandi sunt, qui contra aliorum morem (Vα) inscriptione aliqua carere non posse ibi uiderentur. titulum uero scriptum a prima manu codicis Sessoriani recipere non dubitaui, cum tanta hic codex praestantia esse uideretur, ut in recensendo libro merito eo niti possem.

Codex S ter correctus est, primum a librario ipso, qui in notis meis putandus est ubique emendasse ubi nihil de m. 2 uel 3 additur, uoces uel syllabae uel litterae omissae supplentur *in, ad, enim, uos* supra lineam, *^{i}ob, ^{a}diob, ^{i}n ipso, ɩ^{n}cocupiui, er^{n}at, ill^{s}i, du^{p}plici, ^{u}arum, ex^{nde}tebantur, b^{ne}edictus, tribu-atio, ^{ne}tric^{ti}ū, desperant^{es}, diss^{im}ulastis, m^{si}it*, deinde ab altera manu similia *^{de}uia, hom^{ci}idio,* perperam *ne*, a m. 3 paucissima (348, 6).

Manus prima interdum uocabula inepte dirempta scripsit ut *quas iaxis*, *defecit ea mentes*, *si bolla* (*sub o.*), et litteras transpositas *sic ultimum* (*sicut limum*), *inulitem* (*inutilem*), quo in genere singularis est forma *padulę* 684, 9 (*palude*. Schuchardt I 29. III 8). siglarum usus in his corruptelis deprehenditur: *depręssę*, *praemit*, *pro eos*, *utinam*, *resurrectione* pro *dispersae*, *peremit*, *per eos*, *uti ne*, *respectione*.

Vocabula omittuntur saepius monosyllaba *in*, *et*, interdum alia 328, 4. 434, 2. 569, 20. 695, 13. syllabae singulae saepissime interciderunt *⟨in⟩iuste*, *ad⟨in⟩uentionibus*, *discept⟨at⟩ione*, *salt⟨at⟩rice*, *iudi⟨ci⟩o*, *homi⟨ci⟩dio*, *cili⟨ci⟩is*, *ce⟨ci⟩derunt*, *steteri⟨ti⟩s*, *necessita⟨ti⟩s*, *rapien⟨te⟩s*, *temptan⟨te⟩s*, *dinosce⟨re⟩tur*, *mor⟨er⟩etur*, *surrex⟨er⟩it*, *mittebant⟨ur⟩*, *⟨su⟩per*, *menti⟨end⟩um*, *disce⟨de⟩re*, *diui⟨di⟩t*, *ex⟨ec⟩rationem*. litterae singulae quaedam euanuerunt *dedi⟨t⟩ tibi*, *nesci⟨t⟩ thorum*, *produca⟨t⟩ terra*, *dimitte⟨t⟩*, *tribue⟨t⟩*, *mete⟨t⟩*, *congrega⟨t⟩*, *nequissimae* (*-ma et*), *oboedientiae* (*-tia et*), *et aeram* (*et terram*). *qui⟨a⟩* saepius ante uoces ab *a* incipientes, *diffus⟨a⟩*, *metatur⟨a⟩*, *adtent⟨i⟩*, *perfic⟨i⟩emini* (453, 2), *d⟨i⟩ei* (456, 2. Schuchardt II 445). uocabula non nulla interdum male adduntur *non*, *nomine*, quae fortasse ex *nota* in margine orta sunt, *et*. duobus locis numeri capitum testimoniis additi fuisse uidentur 350, 5. 496, 17. ubi *II* pro *si* scriptum et *V* ante *equi* positum ut sit *uae qui* in initiis testimoniorum Phil. 2, 1 et Hierem. 5, 8. syllabae et litterae abundanter nonnumquam scriptae sunt: *ordi*[*natio*]*ne*, *differa*[*ti*]*s*, *audieri*[*ti*]*s*, *a*[*ni*]*mę*, *iud*[*ic*]*a*, *domin*[*ic*]*orum*, *uer*[*b*]*um*, *ui*[*t*]*am*.

Vocales saepissime confunduntur *e* et *i*: *emitari*, *se* (*si*), *sede* (*fide*), *senestra*, *trea*, *susteneo*, *oppremere*, unde coniugationum et temporum formae uulgares receptae sunt: *effugire*, *fugirent*, *morirentur*, infin. *gratulare*, praes. *credet*, *bibetis*, *confundemus*, *respondit*, fut. *nascitur*, *dicis*, *uiuit*, *spernimus*, *uenit*, perf. *perficit*, *acciperunt*, *biberent*, *potuemus*, imperat. *lugite*, *miscite*, *exhibite*, *capete*, *praecipi*. uel declinationum terminationes mutatae: nom. sg. *mercis*, *sedis*, gen. sg. *uxores*, nom. pl. *fallacis*, *conmiscentis*, acc. pl. *prudentis*, *nubis*, *hominis*, abl. sg. *nationi*, syllabarum praefixarum *de*, *di*, *dis*

frequentissima permutatio: *delateris, demittere, detinguetis*, sed *dificere, dimergunt, disiecit, dispicio, distruam, discendit* (quamquam *descendi* 671, 3. *destruatur* 627. 11. *destruxisti* 667. 2). in permutatis *ae* et *e* contra usum saepius *ae* scribitur quam *e*. ut interdum legantur scripta *estimes, erugo, tenebre, edas, mestitia, precipio, demonia, hereticis, romfea, Mattheum*, saepissime uero *aecclesia, aepistula, aepiscopus, aebrietate, aegenus, aeduxi, caedrus, saepultura, reliquaeris, loquaere, praecatio, praehendo, misaericordia*. imperatiui *abluae, scribae, tacae, speratae*. uocat. *tyrannae*. ablat. *noctae, diae, paciae*. aduerbia *adsiduae, impiae*. particulae *nequae*, al. tum permutantur saepe *o* et *u*: *subrius, cognuscitur, adiucatu, pudente, consulatio, apostulus, diabulus, sedocebat, potes, colonia, uolocrum, ploat, augorans, arospicans, fractos, eus*. confunduntur *a* et *u*: *dammala, mandate, aahac, adlocatio, commune* (*cum mano*), *cholerum*: *a* et *o*: *contritia, lata* (*lota*), *orate* (*orote*), *fundamento* (*-ta*), *quo si* (*quasi*): *a* et *e* uel *ae*: *egentes* (*ag-*), *quidem, saxagenta, sine aquae, aeream*; *i* et *e*: *pedum* (*-em*), *uidentem* (*-tium*), *et* (*ut*), *meneribus, munuere*: *u* et *i*: *ostuorum*. *a* ponitur pro *e*: *satientes*, *i* pro *e* *dicendum, confirmare*, *i* saepius pro *y* quam *y* pro *i*: *azimi, misterium*. de consonantibus haec dicenda sunt. *m* in fine nominum saepius ponitur, ut singularis generum et casuum usus uariatur: *omnem delictum, lignum humilem, lignum uiridem, conformem corpus, sempiternalem nomen; cum uxorem, de ueritatem, a uiam*, quibus accedit *ab ioppen*. *n* in mediis uocabulis interdum desideratur *contigit, reliquens*, praesertim in participiis: *dubita⟨n⟩s, subporta⟨n⟩tes*. contra saepius est additum: *effunderit, finctus, dispona[n]s, singnaculum*, *m* et *s* in fine uerborum confunduntur: *stantem, regnes*. sibilans *s* in fine contra usum uulgarem rarius posita est quam neglecta. saepissime autem permutantur *b* et *u*, unde futura *amauit, propitiaueris*, perfecta *errabit, erudibit*. rarissime *b* pro *d* (*debitos*), *b* pro *p* in uerbo *scribendi* semper fere *scribtum, scribsi*, *b* pro *r*: *superbit erba* 458, 6 (*superbi⟨t⟩ terra*), *r* pro *b*: *iram* m. pr. 547. 17 (*ibam*), *c* rarissime pro *t*: 408, 3 *consura*, saepius *t* pro *c*: 347, 3 *taelare*, 400. 9 *ette*, quo

in genere notandum illud quod 684. 6 pro numero psalmi CV (uel CVI) scriptum legitur *tu*, ut Mai ediderit: *Tu posuisti desertum* ... raro mutantur *g* et *i* et *gi* ante uocales: *ie*nua*, *litigosum*, *uigiolatis*. interdum *g* ponitur pro *c*: *aguta*, *parge*, *simulagra*, *uatiginantur*. raro *c* pro *g* *sineulas*. *d* pro *t* saepius: *de*, *ad*, *adque*, *reliquid*, pro *n*: *quid*. *di* pro *ci*: *gladies*. *di* pro *ti*: *astudia*, *ti* pro *di*: *inuerecuntiam*, *d* pro *ti*: *silendi* (*-tii*), *inspirando* (*-atio*), *ti* pro *d*: *subuertentias*, *di* pro *s*: *misericordiaduos* (*misericors ad uos*), *s* pro *ti*: *sapiensa*. *t* pro *s*: *tuum*, *consparitio*. confunduntur *s* et *r*: *Orec*, *orases*, *sddet*, *omni se*. *-os* ponitur pro *-orum* (*superbos* 527. 14). *-is* pro *-ibus* et contra. *s* et *f* mutantur: *feruierunt*, *sede* (*fide*). in genere orthographico singularia sunt *uncxit*, *sexsennium*, *exsui*, *profeta*, *foenicium*, *blasfemia*, sim. aspiratio saepius posita est quam perperam neglecta, praesertim in *abundandi* uerbo, ut scriptum sit *habundo*, quod e. g. Phil. 4. 18 retinendum putaueram 410. 14 propter lusum uerborum (*habeo autem omnia et habundo*), sed ubique receptum malim. quo in genere memoratu digna sunt *macheria*, *Machedonia*, *Arcippo*, *caracter*, *palphebris*, *Galathas*, *Tessalonicenses*. uocales simplices geminantur in pronominis forma *hii* quam ab initio in textum (425. 3. 431. 13. al.) recepi, post in adnotationem reiciendam duxi. geminandae simplices scribuntur in *uarum* (pro *-uum*) genetiuo pluralis (407. 19. 423. 11. 488. 7. 489. 4. 623. 6). geminatio consonantium ita fluctuat, ut saepius contra usum *ff*, *uu*, *ss*, *cch*, *ll*, *nn*, *pp*, *tt* scripta sint: *Effesios*, *Soffonia*, *Leuui*, *euuangelium*, *dispossuit*, *bracchium*, *Zacchariae*, *uellit*, *fonns*, *cottidie*, *dupplex*, *dupplici* 374. 4 ubi delendum quod inter plagulas corrigendas errore huc aliunde irrepsit „*duplici* MVLC“ qui codices locum omittunt.

In coniugatione uero et declinatione memoranda sunt *cadebunt* 421. 10. 464. 7. *metuebit* 468. 6. *floriet* 648. 2. 650. 3. *neunt* 339. 7. *prode est* 290. 11. 349. 10. 390. 4. 5. 448. 8. imperatiui *fers* 563. 2. *aufers* 471. 13. *offers* 406. 19. *adfert* (pro *adfers*) 582. 10. — *plebis* nom. sg. 604. 8. *facies* gen. sg. 492. 3. *alio* dat. 470. 3.

Codicem S primus edidit Angelus Mai in Specilegio Romano tom. IX p. II, 1—88. et in Noua Patrum Bibliotheca. Romae 1852. uol. I. part. II, 1—117.

F Codicis Floriacensis fragmenta tria, quae continentur in codice a notissimo illo Libri ex uariis fragmentis composito, nunc in bibliotheca Comitis de Ashburnham sub signatura Librianorum codicum 16 adseruato [1]. folia membranacea long. 0,29 *m*, lat. 0,23 *m*, paginis bipertitis scriptura saeculi VIII exarata sunt. fragmentum primum (uel potius tertium ex eo ordine quo in codice Librii fragmenta se excipiunt) uno folio constat quod fasciculi sui folium sextum fuit, et incipit a uerbis (*cor-*) ‖ *rumpunt enim mores bonos* 427, 13: (Mai 39, 5), finitur uerbis *huius habitationis resoluatur* 429, 15 (Mai 39, 34). fragmentum alterum (uel potius primum) sequentem complectens fasciculum foliorum olim octo, nunc deperditis mediis duobus foliis 4 et 5 foliorum sex incipit a uerbis *metent. euntes ibant* 434, 2 (Mai 40, 29), pertinet usque ad uerba *patientia uero probatione* (sic cum M). *probatio autem spe* ‖ 439, 6 (Mai 42, 10), rursus incipit a uerbis *iniquitate. Item in esaia* 443, 13 (Mai 43, 17), deficit post uerba *melior est uir arguens quam uir* ‖ 450, 12 (non 11) Mai 45, 10. postremo fragmentum tertium (uel alterum) unius eiusdemque quaternionis media folia sex a uerbis *benedicant te caeli* 541, 7 (Mai 69, 19) . . . *uir mulieris* ‖ *petit, dabit* . . . Librii folia 14, 9, 10, 11, 12, 13 . . . usque ad *et ut ampliemus* 555, 10 (Mai 73, 7). nonnullas codicis proprietates, quas in adnotationibus silentio praeterii, nunc additas uelim. sunt autem hae: *scribtum* SF 429, 3. *uas* FML 435, 17. *symplicitate* F 438, 18. *probatione* FM 439, 6. *brebi* F 449, 9. quaternio finitur uerbo *uir* altero 450, 12 (non 11). fragmenta, quae nonnumquam laudat Sabatier (1,

[1] Delisle, L., Le plus ancien manuscrit du Miroir de S. Augustin. Biblioth. de l'Ecole des chartes XLV. 1884. p. 478—487.

Eighth Report of the Royal Commission on Historical Manuscripts. Appendix. P. III. London 1881. The mss. of the Earl of Ashburnham. p. 41. The Libri mss. no. 16.

736. 873. 3, 549. 942), nunc detecta debentur sagacitati et doctrinae uirorum illustrissimorum I. A. Hort Cantabrigiensis et Leopoldi Delisle Parisiensis, anno 1885 ipse contuli Londinii in Museo Britannico quo intercedente Academia et Legatione Caesarea uir amplissimus et celeberrimus Comes de Ashburnham summa liberalitate codicem depositum usui meo permiserat.

Codex Michaelinus 173, nunc Abrincensis 87, membranaceus saec. VIIII. foliis 132 Speculum complectitur [1]. contuli in bibliotheca Abrincensi anno 1882. *M*

Codex Lemouicensis 127, nunc Parisinus 2977 A, membranaceus saec. XI. uel XII. foliorum 143 librum hunc fasciculis septemdecim inde a fol. 11 usque ad 143 continet [2]. *L*

Codex Victorinus 906, nunc Parisinus 15082 membranaceus miscellaneus saec. XII foliorum 204. liber omni inscriptione caret. capita notantur inde a folio 152 [3]. *V*

Codex Parisinus 256 (nouv. acquis.) miscellaneus membranaceus saec. XII foliorum 146 [4]. hos tres libros anno 1881 Parisiis contuli. *C*

Accedunt denique breuiata illa Theodulfi episcopi Aurelianensis Specula, quae in codicibus duobus sacrae scripturae celeberrimis saec. VIIII nitidissime scriptis exhibentur [5].

---

[1]) Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. des departements. Paris 1849. I 467.

[2]) Bibliotheca insignis et regalis ecclesiae S. Martialis Lemouicensis. Paris 1730. p. 18. — Delisle, L., Le Cabinet des manuscrits. Paris 1868. I 387. — Miller, E., in Journal des Savants. Année 1853. Paris. p. 574—576.

[3]) cf. Miller l. l. — Delisle, Inventaire des mss. 3, 71.

[4]) Delisle, L., Mélanges de paléographie et de bibliographie. Paris. 1880. p. 366—369.

[5]) Delisle, L., Les Bibles de Théodulfe. Paris. 1879. (Biblioth. de l'Ecole des chartes. XL.) — cf. Gallia christ. II 692. — Histoire

α atque codex Theodulfi Aniciensis siue Podiensis a folio 338 usque ad 344 paginis bipertitis linearum 62 hoc Speculum continet omni titulo destitutum. codicis uerba in ecclesia
μ Aniciensi anno 1881 diligenter transcripsi. codex Theodulfi Mesmianus, nunc Parisinus 9380, textum quamquam magis mutatum, minus tamen decurtatum tradit foliis 338—346. inscriptio haec est: *Incipiunt capitula in Speculum domni Augustini.* anno 1881 textum ad codicis uerba Parisiis ipse transcripsi collatione quoque usus, quam ad editionem Parisinam [1]) multis ante annis Rudolfus Prinz fecerat. anno 1885 Parisiis iterum contuli.

littér. de la France IV 467. — Haenel, Catalogi. Lips. 1830. p. 388. — Pitra, Spicilegium Solesmense t. II. Paris 1855. p. XIX. p. 547. — Dümmler, Neues Archiv der Ges. für ält. deutsche Geschichtskunde. IV 239.

[1]) S. Aur. Augustini Hippon. episc. operum omnium ... Supplementum Hieron. Vignier ex codd. eruit. I Paris. 1654. p. 515.

II.

Iam huius operis orationem instauraturo summae difficultates obstant. testimonia enim, quibus hic liber compositus est, et ab auctore ex mendoso sacrae scripturae exemplari sumpta et iam antiquissimis temporibus, simulatque liber in uulgus prodiit, ab aliis hominibus adaucta et interpolata sunt. ea quidem, quae ex Prou. 1, 21 mendose laudantur 659, 14

Super cacumina m o n t i u m praedicatur,
in portis autem potentium adsistit:

ἐπ' ἄκρων δὲ τ ε ι χ έ ω ν κηρύσσεται,
ἐπὶ δὲ πύλαις δυναστῶν παρεδρεύει.

ita ab auctore scripta putanda sunt, quia in corruptela illa sententia nititur, qua testimonium ad paragraphi inscriptionem pertinet quae est *homines* ... *m o n t e s uocari.* similiter 463, 5 *patientia* pro *sapientia* (σοφία) Prou. 14, 33 scriptum legitur in capite quod est *de patientia.* al. uerum alia quoque menda ab eo librorum diuinorum exemplari quo auctor utebatur repetenda sunt. nam quod II Petr. 3, 11 scriptum est: τούτων οὕτως πάντων λυομένων ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν [ὑμᾶς] ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις προσδοκῶντας — et a S. Augustino de fide et oper. 14, 22 sic fertur: *his ergo omnibus pereuntibus quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus et pietatibus exspectantes* (Migne 40, 212. cf. Ciu. D. 20, 24. Dombart 2, 468), in hoc libro 422, 2 prorsus corruptum legitur, ita tamen, ut e uersione genetiui absoluti *eorum omnium pereuntium* colligatur, hoc testimonium ita comparatum in sacrae scripturae codice exstitisse. cf. 399, 9 Es. 43, 25. al. plurima autem menda ad falsam uerborum Graecorum interpretationem referenda sunt, uelut 545, 5 *quod*

adiectum fuerit τὸ ἐπίπεμπτον (*quintam partem*) Leu. 27, 31. sim., alia menda a uerborum Graecorum structura male intellecta repetere licet 615, 11 *uita inmaculata, quae placita deo facta dilecta est . . . raptus est*: Sap. 4, 9 . . βίος ἀκηλίδωτος. 10 εὐάρεστος τῷ θεῷ γενόμενος ἠγαπήθη . . nonnulla testimonia etiam ex paraphrasi quadam iusto liberius uersa sunt, ut Thren. 3, 40 : 336, 9 = 401, 22. Dan. 3, 18 : 493, 6., alia stichos orationis genuinae transpositos exhibent, ut 668, 7: Eph. 2, 14

et legem mandatorum sententiis euacuauit,
ut duos conderet in semet ipso in uno nouo homine,
et medium parietem consepti soluens inimicitiam in carne sua.

679, 4: Prou. 5, 17

fons aquae tuae sit tibi proprius,
et nemo extraneus communicet tibi.

aperta autem uitia quaedam ita nata sunt, ut mendosa uerba Graeca in Latinum sermonem uerterentur, ut 600, 10 *aequitati* Prou. 9, 7 ἑαυτῷ. 377, 13 *ipse coepit retinere* Eccli. 28, 5. αὐτὸς σὰρξ ὢν διατηρεῖ uel etiam menda textus Graeci lacunis orta Latine exprimerentur 399, 8 *propter uocem timoris tui*, Es. 33, 3 διὰ φωνὴν ⟨τοῦ φόβου ἐξέστησαν λαοὶ ἀπὸ⟩ τοῦ φόβου σου. postremo etiam auctor uersus male dissectos ex biblia transcripsit, ut

Os. 7, 3 . . . ἄρχοντας.
4 πάντες μοιχεύοντες . . .

497, 8 *Principes adulteria committentes* . .

Eccli. 22, 6 . . . σοφίας.
7 συγκολλῶν ὄστρακον ὁ διδάσκων μωρόν . . .

600, 6 *Sapientiam qui docet fatuum* . .

Eccli. 20, 8 . . καὶ ὁ ἐνεξουσιαζόμενος μισηθήσεται.
9 ἔστιν εὐοδία ἐν κακοῖς ἀνδρὶ . .

520, 4 *et qui potestatem sibi adsumit iniuste similiter processus est in malis.* 451, 12 *Viro indisciplinato* . .

423, 11 Iob. 14, 15 *obaudiam opera manuum tuarum.*

528, 5 Eccli. 31, 39. 40. — 345, 5 Eccli. 10, 25.

Quae cum ita sint, corruptelas, quas in codice archetypo exstitisse ex optimorum librorum consensu apparet, fortiter tollere et lectionem quamuis ingeniose fictam substituere nefas puto. nihil igitur mutandum uidetur in mendis quae scripta legimus 636, 3 *probationes* (*κλαυθμοί plorationes*) Mich. 7, 4. — 368, 10 *cruciantes* (*κεκράξαντες clamantes*) Ex. 22, 23. — 366, 6 *paupertatis* (*ἀσχημοσύνης turpitudinis*) Ex. 22, 27. — 459, 7 *maestitia* (*κακίᾳ malitia*) Es. 29, 21. — 471, 14 *adnuntient* (*νευέτω adnuant*) Prou. 4, 25. — 693, 2 *uocabis* (*ὑμῖν uobis*) Es. 33, 21. quare haud scio an temere emendauerim 547, 10 *armenti* (*argenti* SFMLC) et 547, 15 *decimationis* (*dominationis* SFMLC). Tob. 1, 6—9.

Verum etiam in minoribus rebus archetypi proprietates considerandae uidentur, quamquam mendosa uel omissa uerba interdum testimoniis repetitis corriguntur. huius generis sunt uocales *e* et *i* mutatae 449, 15 *diligit* .. *conloquitur*, *m* finalis omissa 450, 7. 466, 4. 467, 1, aspiratio neglecta 460, 3 *omnis* SMLC pro nominatiuo *hominis* uel *homo* (570, 8), uoces uel syllabae omissae ⟨*in*⟩*sensati* 599, 11 (452, 2. 561, 3), ⟨*fontes*⟩ 680, 5 (cf. 534, 6), ⟨*ueniet*⟩ 547, 3 al., uoces et syllabae perperam additae 466, 4 [*in*]*mortalis θνητός*.

Magna uero in supplendis lacunis, quae singulis stichis omissis natae sunt, cautione opus est, ut 589, 13 et 679, 2 (Prou. 5, 15—17), praesertim cum integros stichos saepissime consilio omisisse auctor uideatur. 298, 11. 432, 14. 442, 19. 471, 6. 490, 1. 534, 3. 675, 12. 684, 9. 687, 7.

In archetypo autem iam duo genera interpolationum dispiciuntur. primum enim uerba eiusdem testimonii alio loco iterum laudati ad lectionem uetustioris cuiusdam interpretationis mutata leguntur ut 394, 8 et 566, 12 Hier. 9, 23. 24, uel etiam lectio uarians iuxta priorem posita inuenitur 601, 15 *θυμώδης animosus uel iracundus* Prou. 11, 25. deinde etiam lectiones multae e Vulgata transpositae et in iteratis locis sunt insertae. 441, 6 *occidere* v: 597, 5 *interficere* — 557, 3 *stultus*: 599, 12 *fatuus* v — 376, 6 *cauete*: 517, 8 *adtendite uobis* (Matth. 7, 15).

Sed non solum uerba genuina mutauerunt posteriorum temporum homines, uerum etiam noua testimonia addiderunt, cuius rei dilucida indicia cognoscuntur. 530, 12 (626, 3). 610, 10. 635, 14. 643, 10. 648, 8. 649, 12. 15. 668, 7. 10. 669, 9.

Iam in tanta rerum ambiguitate quaeritur, quae singulorum quos supra memoraui codicum sit auctoritas quoue propinquitatis uinculo teneantur. ac primum quidem codex S ita comparatus est, ut et testimoniorum integritate et interpolationis immunitate reliquis libris praestet. ceterorum autem codicum princeps iudicandus est M (uel F fragmenta) cum cognato V, qui cum S coniuncti ad archetypum reformandum satis in se habere uidentur adiumenti.

Iam ex archetypo tantis mendis inquinato, tali interpolatione deprauato, tot locis adaucto duo apographi descripti sunt, quorum alter archetypi imaginem melius expressit conseruauitque, alter iam e S. Hieronymi aliorumque uersionibus uariatus a genuina libri forma magis magisque recessit. atque ex priore descendit S, ex altero codices Gallici FMVLC fluxerunt omnes. suis autem uterque apographus propriis interpolationibus tentatus est quamquam et numero et genere diuersis.

S Nam in S quidem interdum fit, ut idem testimonium, quod intactum alio loco legitur, alio interpolatum inueniatur, quae mutatio modo ad uetustioris cuiusdam interpretationis lectionem (374, 2 : 642, 8), modo ad Vulgatam (394, 11 : 566, 12. 498, 9 : 656, 21. 527, 5 : 533, 4) facta est.

FMV LC Multo latius grassata est interpolatio in alterius ordinis archetypo, qui primum uetustioris cuiusdam interpretationis lectiones cum codicis S lectione coniunctas exhibet uelut 673, 1 *stagna arefaciam et paludes siccabo* Es. 42, 15 (S. Hieronymi Comm. in Es.), deinde in alterius lectionis locum substitutas 643, 1 *repleta est terra*, 645, 15 *turrem in medio eius*, tum lectionem Vulgatam iuxta priorem positam uelut Matth. 8, 20 κατασκηνώσεις 687, 2 *ubi requiescant* S: *nidos ubi requiescant* MVL, *nidos* Cv, denique etiam solam receptam 674, 8 *ubi requiescant* S: *nidos* MVLCv, interdum autem alieno loco in textum inlapsam 609, 2 *linguam habet*.

Decurtatus codex V e meliore quidem huius familiae exemplari fluxit, sed non solum plus quam centum locis testimonia singula uel plura quaeque praeterit, sed etiam maxime sub finem libri singulas uoces et syllabas omittit. quarum loco saepius spatia uacua relinquit, ut colligere liceat codicem illum, e quo V descriptus est, non fuisse lectu facilem. quae uero manus 2 (V^2) in eiusmodi spatiis uacuis uel inter lineas interposuit, ubi non cum Vulgata congruunt, partim ex alia interpretatione petita, partim a codice quodam cognato quaesita, partim etiam a doctis hominibus explicandi uel corrigendi causa excogitata esse uidentur. discrepant enim et a Vulgata et a lectione huius libri correcturae quales sunt: 370, 13 *in ciuitatibus tuis.* 376, 5 *iudicate.* 378, 3 *uocem.* 422, 11 *sulphuris.* 423, 3 *uirides.* 446, 6 *sepe quaesitus est.* 463, 2 *de bono opere.* 484, 7 *exercitus.* 526, 12 *siceram et.* 536, 14 *deum.* 550, 5 *iocunditatem.* 616, 7 *homines longae uitae.* 682, 11 *etenim.* 608, 8 = 696, 6 *facite.* 697, 6 *ecce paratus sum respondere.* 698, 2 *quoniam manus istae parauerunt quae.*

Singularis condicio est codicum Theodulfi α et μ, qui testimoniis simili consilio breuiatis e diuersis tamen fontibus fluxerunt. nam μ, quem multarum rerum similitudine apparet cum reliquis Gallicis codicibus FMVLC propinquitatis uinculo teneri, integritate tamen propius ad S accedit, α lacunarum communione (cf. 494, 4 *non potestis mensae* usque ad 497, 13 *Omnis*) cum FMVLC artius coniunctus est. atque α ex codice iam breuiato descendit, sed uariis compendiis scripto (*nostris, prophetare, uiri, operios, multi sunt, sic est, karissimi* pro *numeris, propterea, uestri, operarios, multis utitur, sanctae, in nomine* 660, 19. 513, 17. 518, 13. 537, 20. 587, 18. *sps a deo* pro *spado* 308, 20), uulgari librariorum sermone deprauato (*diligi, sub planta, caedi, e, clamar* pro *diligit, subplantat, caedit, et, clamare* 449, 19. 598, 16. 681, 18. 555, 18. 399, 21), scripturae mendis inquinato (513, 7 MV^1. 542, 13. 624, 14 M. 681, 14 S), correcturis inter lineas emendato (*post* .. ÷ 440, 19. *capiete* 686, 14. *te* 595, 15. *domini* 604, 17). utriusque codicis α et μ uerba quam accuratissime

imprimenda curaui. hoc ideo dicendum mihi uidetur, quod Hieronymus Vignier in excutiendo codice μ [1]) tam non diligenter uersatus est, ut nullo modo textus a me editus ad eius editionem iudicari possit. in imprimendis autem uerbis typographi uolebant ea quae de codicis mendosa lectione, de rasuris, de correcturis adnotanda uidebantur uncinis angulatis hisce ⟨ ⟩ inclusa in textum inseri, cum infra adnotationem illa non posse sine summa difficultate poni dicerent. quod me admisisse paenitet, quamquam quae in α et μ supplenda uidebantur litteris ad dexteram inclinatis descripta sunt.

In constituendis testimoniorum uerbis cum tantis difficultatibus implicarer, non potuit non uideri optimum rem ita instituere, ut codicem S ubicumque fieri potuit ducem eligerem eiusque uestigia premerem. qua in parte tam fideliter uersatus sum, ut ne in eis quidem testimoniis, in quibus Vulgatae lectio agnoscitur, ab illo me recedere posse putarem. ubicumque uero codicem S aut propter lacunas librariorum neglegentia ortas deficere aut perspicuis librariorum mendis deformatum esse uidebam, reliquos codices in auxilium uocaui. quod e. g. factum est 307, 7—17. 320, 11. 326, 5. 328, 4. 333, 3—19. 365, 14. 414, 8. 428, 4. 431, 13. 434, 2. 436, 11. 437, 16. 444, 1. 473, 13. 540, 6. 590, 5. 592, 3. 592, 10. 610, 10. 614, 9. 630, 8. 631, 3. 638, 5. 648, 11. 660, 10. 662, 3. 662, 8. 670, 11—671, 1. 674. 5. 691, 3. in rebus autem orthographicis consentaneum erat uulgarem latinitatis deformitatem qualis in sacrorum librorum codicibus antiquissimis agnoscitur seruari, sed cum plurimis periculis implicitus rem persequi non posse intellexissem, ab hac mihi ratione recedendum putabam. quidquid uero in hoc genere alicuius momenti esse uidebatur, id in adnotationem recepi.

Numquid de auctore huius libri iam disputandum est? quod pridem demonstraui S. Augustinum non esse auctorem, hoc iam tanta argumentorum multitudine euincere possum,

---

[1]) S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi operum omnium ante annum M. DC. XIV. editorum Supplementum Hieronymus Vignier ex codicibus eruit. t. I. Paris. 1654. in fol. p. 515—546.

ut quid hoc mihi loco faciendum, quid non faciendum sit, paene ignorem. declarant testimonia sexcenta cum Augustinianis collata, e quibus unum laudo ab omni interpolatione tutum Prou. 9, 18 *Recede ergo ab aqua aliena* ... cuius quae fuerit Augustiniana forma supra didicimus[1], declarat epistula ad Laodicenses e canone S. Augustini seclusa (doctr. christ. 2, 8, 13), declarat ordo euangelia enumerandi a S. Augustino refutatus (de consensu euangel. I, 2, 3), declarat denique uersus ille I Ioh. 5, 7 quibusdam locis ubi eum laudatum exspectes S. Augustino ignotus. et profecto ut hunc librum a S. Augustino confectum putem, tantum abest, ut ab aduersariorum partibus stare auctorem potuisse aut certe sacrarum scripturarum codice a S. Augustino non probato usum esse censeam. nam de testimonio illo ex Eccli. 34, 30 optimorum codicum consensu sic laudato: 592, 3 *Qui baptizatur a mortuo quid proficit lauatio eius?* anno 427 S. Augustinus (Retr. I 21, 3) haec dicit: *Nec de libro Ecclesiastici ipse (Donatus) abstulit de media sententia uerba ad rem necessaria, ubi cum scriptum sit: „Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius?" iste sic posuit tamquam scriptum esset: „Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lauatio eius?" nos autem et antequam esset pars Donati sic habuisse codices plurimos, uerum tamen Afros, ut non esset in medio „et iterum tangit illum", postea didicimus. quod si tunc scissem, non in istum tamquam in furem diuini eloquii uel uiolatorem tanta dixissem.* cf. Epist. 108, 6. 173, 8. (Migne 32, 618. 33, 408. 756.)

Quae omnia quo melius appareant, peculiari me commentatione, qua etiam indices congerentur, uberius tractaturum spero.

Restat ut gratias agam omnibus opellae meae fautoribus, primum uiris illustrissimis qui in materia congerenda mihi succurrere noluerunt, Archiepiscopo Nicaeensi et Nuntio Apostolico Seraphino Vannutelli, Episcopo Aniciensi Lebreton, Comiti de Ashburnham, ministeriis publicis, bibliothecarum

[1]) cf. pag. XVII. et 49, 10 et 590, 5.

praefectis, deinde uiris doctissimis qui in edendo Speculo me scriptis suis uel litteris ad me datis adiuuabant et exhortabantur, in primis Odil. Rottmanner O. S. B. Monacensi. nec minus grato animo deuinctus sum Iacobo Schlenger Moguntino. atque si quid hoc opere profecisse uidebor, hoc totum debetur cum illustrissimae Academiae Vindobonensi quae mihi officiosissime plurima subsidia critica suppeditauerit, tum summis atque amplissimis duumuiris Guilelmo de Hartel, qui non solum in adornanda hac editione qua est humanitate et benignitate semper mihi adfuerit, sed etiam, cum mora interponeretur, Luciferum suum substituerit, et Leopoldo Delisle de eruendis codicibus optime merito. qui et consilio et exemplo haec studia subleuauerit. quibus uiris clarissimis gratias ago tantas quantas animus meus capere potest maximas.

Scribebam Vindobonae autumno anni 1886.

Franciscus Weihrich.

Hic autem aptissimus locus uidetur quo Addenda et Corrigenda ponam. In textu igitur scripta uelim haec: 32, 20 *noli contendere aduersus eum* — 35, 10 *operuit* (pro *operuerit*) — 41, 3 *quia* (pro *qui*) — 79, 18 *reddemus* — 85, 13 *deus unus* — 94, 24 *laetitia* — 100, 14 comma post *uisitabo* — 121, 8 *hos* (pro *eos*) — 121, 18 *tradet illum* (pro *tradet eum*) — 133, 11 *misereatur excipiens* — 166, 13 *uerum tamen* — 207, 5 *iudicemus* — 207, 27 *inproperantium* — 232, 28 *subditae sint sicut* — 264, 4 *circumdationis* — 335, 8 distingue post *interficientes* — 347, 8 *homine* — 354, 11 *speculatur* — 381, 12 *fuerit* — 383, 16 *non enim erunt nati maligno* — 409, 7 *deus* (pro *des*). — 517, 5. 6 *haue.*

In commentario haec: 9, 7 *ab hostibus*] *a bestiis* a — 10, 5 *in domo* av (pro Pav) — 16, 11 *fiet* M[1]PSv (Am.), *fiat* M[2]CRa — 19, 1 *contra te* om. MP[1]C — 19, 3 *loqueretur* S: *loquitur* MPCRa — 19, 12 *est* M[2]P[2]Cav, om. M[1]P[1] — 22. 20 *praecepi* P[2]v — 49, 1 *habent* MP[1]CS — 49, 15 *et*] *sed et* Erasmus — 51, 10 *et*] om. MP — 51, 15 *relinquit* CSv — 52, 24 *absintium* M[2]C — 53, 2 M[2], ita 53, 6. 23 — 55, 3 *IIII* C — 56, 3 *et* pr.] om. M, expung. P — 56, 4 *est corde* R — 57, 24 *sui* om. MPCR — 58, 5 *peccatorem* C[2]v, *peccatores* P[1] — 58, 15 *sapientis* P[2]v — 59, 2 *stultis* P[2] (Am.) — 59, 18 *est*] om. MP[1] — 60, 12 *meditatur* MPCSv: *meditabitur* R — 61, 24 *in* om. v — 63, 7 *bonum* om. MP[1]CS — 64, 1 *est* om. MC — 65, 25 *potatorum*] *peccatorum* R — 68, 6 *leo est in uia et leaena* av — 71, 9 *fures* MC — 71, 20 *sapientes* MC — 75, 13. 14 *pulcra* MRS — 76. 7 *spicas* om. MCR — 77. 6 *ancille meae* M — 78, 12 *libro* om. MPRa — 79, 8 *et*] om. S (Amiat.) — 79, 11 *conuertere et* R — 81, 5 *uersus L*] — 86, 20 *quia ambulauimus*] *qui ambulauimus* MCS — 90, 22 *terrae* Ra — 106, 3 *fecit*] *fecerit* P (non 4) — 108, 10 *filii* edd. — 112, 21 *beatus* MCRSa — 113, 8 *scripsit* MP[2]CR — 114, 5 *ad*] *et* MCR, fortasse *et ad* — 114, 24 *in cogitationibus* a — 115, 3 *in* om. edd. — 115, 8 *autem*] — 115, 16 *adsedentem* — 116, 13 *religiositas* alt. om. MC — 117, 9 *et* alt. om. M — 118, 20 *in dei manus* MSa — 119, 9 (non 8) uerba: *Et post III uersus* — 120, 12 *dispexeris* MPCS — 121, 18 *illum* alt.] — 120, 22 *ne accipies* M — 124, 12 delenda sunt: „(cod. Sangerm. ap. Sabat.)" — 128, 14 *est* pr. — 128, 15 Rav — 129, 1 *ne* MP — 133, 2 *capite* MPCa — 133, 6 *refers te*] *reuertere* av — 133, 12 *festinat* MPSav — 134, 2 *uoluptate* MPCSa — 134, 22 *homo*] om. MCR — 141, 6 *capitis* MPC — 145, 11 *minuet* MP[1]C — 147, 22 *uerborum*] — 152, 20 *credimus* MC — 153, 9 *est pedum eius* MP[1]Sv — 161, 1 *petit* MCRa — 167, 2 *et* pr. om. MPCS — 177, 25 *ei* om. MC — 187, 11 et 14 adde

M — 198, 17 *sanguine suffocato* (om. *et*) MCSa — 206, 26 *spernas* M[1] — 238, 16 *habundo* MC (et ita fere semper) — 241, 2 *uiuemus* R — 253, 6 *Iconii* S[2] — 257, 10 *quae* Rav — 262, 6 (non 5) *qui* S — 264, 5 *quia* R — 264, 14 *unanimes* CRSav — 269, 13 *diei*] *dei* R — 272, 14 *factor*] *fatur* M — 300, 7 *cum deo*] — 300, 16 *istrahel* S — 338, 1 om. hoc loco, sed supplent in fine huius capitis p. 342, 6 MVLC — 354, 11 *speculator* M, *σκοπεύει* — 374, 4 dele: „*duplici* MVLC" — 430, 3 *superindui* MLCv — 520, 10 *εμβαλει* cod. Alex. — 542, 9 (non 8) *qui* ante *facio*. —

Testimoniorum denique numeri corrigendi sunt quos stellulis in indice insigniui: 354, 10 Prov. 5, 21 — 363, 11 Hier. 22, 3 — 367, 10 Ezech. 18, 12 sq. — 368, 2 Tob. 4, 6[b] — 371, 8 Tob. 4. 14 — 371, 16 Tob. 4, 15 — 373, 2 Iob. 36, 19 — 384, 5 Tob. 4, 6[c] — 408, 10 Tob. 4, 6[b] — 408, 14 Tob. 4, 6[d] — 459, 11 Amos 6, 8 — 460, 11 Tob. 4, 14 — 474, 14 Tob. 4, 6[a] — 501, 2 Ezech. 34, 7. 3—6 — 536, 3 Hier. 10. 12—14 — 541, 2 Hier. 10, 12. 13 — 616, 16 Iob. 3, 23 — 642, 2 Hier. 22, 3. —

S. AVRELI AVGVSTINI
SPECVLVM.

M = codex Monacensis 14513, saeculi VIIII.
P = codex Palatinus 198, saec. X uel XI.
C = codex Carnutensis 33, saec. VIIII.
R = codex Regius Parisinus 2473, saec. XIII.
S = codex Sangallensis 137, saec. X.
a = editio Amerbachii quae prodiit Basileae 1506.
v = uulgata Bibliae sacrae Latinae lectio iuxta recensionem Clementis VIII. ex editione Romana anni 1861.

S. AVRELI AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI LIBER QVI APPELLATVR
SPECVLVM.

Quis ignorat, in scripturis sanctis, id est legitimis, propheticis, et euangelicis, et apostolicis, auctoritate canonica praeditis, quaedam sic esse posita, ut tantum scirentur et crederentur, ut est quod in principio fecerit deus caelum et terram et quod in principio erat uerbum, et quaecumque facta diuina uel humana tantummodo cognoscenda narrantur: quaedam uero sic esse iussa, ut obseruarentur et fierent, uel prohibita, ne fierent, ut est: honora patrem et

7 Gen. 1, 1 et Ioh. 1, 1

Inscriptionem om. M, LIBER SCI AVGVSTINI QVI APPELLATVR SPECVLVM· Incipit prologuſ in librum qui appellatur ſpeculum auguſtini *P,* SPECVLVM SCI AGVSTINI *C,* Incipit liber sci auguſtini qui appellatur ſpeculum *R,* IN NOMINE SCAE TRINITATIS INCIPIT LIBER SCI AVGVSTINI EPISCOPI · QVI DICITVR SPECVLVM· EX OMNIB· DIVINAE AVCTORITATIS VOLVMINIBVS DEFLORATVS: *S* 'hoc opus uoluit speculum appellare' *Possidius de uita S. Augustini c. 28.* 'hoc ex speculo Sancti Augustini. Quis ignorat — — aperta fastidiunt' *Eugippius Excc. ex opp. S. Augustini c. 322 (Corp. scr. eccl. lat. VIIII. Eug. Excc. rec. Knöll p. 1021 sq.)* 'liber eiusdem Augustini quasi philosophiae moralis, quem pro moribus instituendis atque corrigendis ex diuina auctoritate collegit speculumque nominauit, magna intentione legendus est' *Cassiodorius de instit. diu. script. c. 16*
3 in] *om.* MC^1a ſcripturis in *R* legitimis] *om. S* 4 & proph&iciſ *s. lin. add. al. m. S* et *ante* euangelicis *om. CRa, del.* P^1, *ras. M*
5 auctoritate diuina editiſ (te diuina editiſ *in ras. ab al. m.*) *S*
7 fecit *Ca* 8 quodcūque M^1 facta ſunt *S,* facta* *M* 9 cognuſcenda *M*

matrem et: non moechaberis? horum autem quae iubendo et uetando scripta sunt alia sunt sacramentorum uelata mysteriis, quae multa ueteris testamenti populo illi facienda mandata sunt neque a populo christiano nunc fiunt, sed tantummodo intellegenda requiruntur atque tractantur, sicuti est sabbatum ad uisibilem uacationem, sicut azyma in pane sine fermento, pascha in ouis occisione, sicut tot genera sacrificiorum ciborumque uitandorum et neomeniae et annuae sollemnitates, quas obseruant nunc usque Iudaei, et illae iustificationes, quae non ad opera iustitiae proprie pertinent, sed aliquid significare intelleguntur. quis enim christianus septimo anno cogitur seruum reddere libertati et, si discedere ille noluerit, eius auriculam subula pertundere ad postem, et cetera huiusmodi? alia uero etiam nunc facienda sunt, si facienda praecepta sunt, nec facienda, si prohibita, qualia sunt illa quae dixi: honora patrem et matrem et: non moechaberis. de his igitur quae ita sunt posita in litteris sacris uel iubendo uel uetando uel sinendo, ut etiam nunc, id est tempore noui testamenti, ad uitam piam exercendam moresque pertineant, hoc opus, quod in manus sumpsi, conponere adgressus

1 Ex. 20, 12 et 14 Matth. 15, 4 et 5, 27 6 cf. Deut. 5, 12 7 cf. Ex. 12, 3—20 14 cf. Ex. 21, 2 et 6

1 mechaberiſ *PR* 3 miſteriſ *M*[1]*R* multa (a *in* o *mut. al. m.* tempore u&eriſ *S* 4 illi] *s. lin. add. al. m. S* neque] itēq, *S* 5 nunc] non* (o *ex* u *ab al. m.*) *S* 7 azima *MPCR*, azimū (y *s. i*) *(corr. m. al.) S* 8 & paſcha *S* tota (a *in ras.; in marg.* ł tot *al. m.*) *S* 9 ſacrificiorū faciendorū *S* 10 ſolemnitateſ *S* ſeruant *R* 12 ptine*nt *C* 14 ſeruum ſuū *S* 15 ille] *om. R* aurē *S*, auricula *a* 16 ei'modi *S* 19 mechaberiſ *PR* 20 literiſ *S* 21 uitando *M*[1]*P* uel *ante* sinendo *om. S* 22 ut &iā u&eriſ ac noui *S* 23 *om.* exercendam moresque pertineant, *add.* expertineant *al. m. S* 24 manu *P* agreſſuſ *M*[1], ingreſſuſ *P*[1]

sum, ut, quantum me deus adiuuat, omnia talia de canonicis libris colligam atque, ut facile inspici possint, in unum tamquam speculum congeram. oportuit enim sic ea poni ab auctoribus nostris, quemadmodum posita sunt, ut praecepta narrationibus uel disputationibus, propriis figurata et figuratis propria miscerentur, dum rerum gestarum ordo seruatur aut respondetur aduersis aut qui docendi sunt instruuntur aut occultorum inuentione quodammodo renouantur hi qui promta et aperta fastidiunt. nos autem in hoc opere nec infidelem uel adducimus uel aedificamus ad fidem, nec exercemus quibusdam salubribus difficultatibus ingenium intentionemque discentium, sed eum qui iam credens oboedire deo uoluerit, ut hic se inspiciat, admonemus, quantumque in bonis moribus operibusque profecerit et quantum sibi desit, adtendat. sic enim potest et de his quae habet gratias agere et de his quae non habet, ut habeat, satis agere ac propter illa seruanda, propter haec adipiscenda curam precesque fidelis pietatis adhibere. in his autem omnibus quae inspicienda ponere institui, quaecumque inter se uidebuntur esse contraria, postea propositis quaestionibus exponenda atque soluenda sunt. sane supplicia male factorum et praemia recte factorum, quamuis nonnulla commemoranda existimauerim, tamen in nouo testamento dissimilia ueteribus esse quis nesciat? ab ipsa igitur lege, quae data est

3 ſpecolũ *C* 5 queãmodũ *C* 6 propriis figurata] *om. S* 7 si figuratis *cod. Vat. Eugippii,* si figurata, figuratis *coniecit Knöll* 8 reſponderetur MP^1 9 oculτorum *MC* 10 hıı *CR,* hıſ *P,* hı* *M, om. S* prũτa *M,* prumpτa *P* 14 ınτen**τıonẽq; *M* 15 *iã *M* 16 amonem' M^1, ammonemuſ PM^2C 17 openb, monb,q, *S* pficerıτ *MPCS* 18 adτendıτ S^1 19 de ea quę *S* 20 abeaτ M^1 ſeruanda* (m *ras.*) *M,* ſeruandam̄ *P* 21 ppτ̄ hęc adıpıſcenda *S, om MPCRa* fideı *R* 22 adhıbeaτ *R* 28 u&enſ M^1P^1S

per Moysen, diuinorum praeceptorum, qualia nos commemoraturos esse promisimus, adgrediemur exordium.

I.

HAEC DE LIBRO LEGIS, QVI EXODVS NOMINATVR.

Non habebis deos alienos coram me. non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem quae est in caelo desuper et quae in terra deorsum nec eorum quae sunt in aquis sub terra. non adorabis ea neque coles. Item: Non adsumes nomen domini dei tui in uanum. nec enim habebit insontem dominus eum qui adsumpserit nomen domini dei sui frustra. Et paulo post: Honora patrem tuum et matrem, ut sis longaeuus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. non occides. non moechaberis. non furtum facies. non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quae illius sunt. Item post decalogum aliis in locis haec in eodem libro reperiuntur praecepta uiuendi: Non facietis mecum deos argenteos, nec deos aureos facietis uobis. Et aliquanto post: Qui percusserit hominem uolens occidere, morte moriatur. qui autem non est insidiatus, sed deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum quo fugere debeat. si quis de

6 Ex. 20, 3—5 9 ib. 7 12 ib. 12—17 19 ib. 23
20 Ex. 21, 12—36 et 22, 1—29

1 moſen *P* 2 ꝓmı*ſımuſ (ſ *ras.*) *M* adgredıamur (aggr. *Ra*) *M²CRa* 3 FINIT PROLOGVS *S*, EXPLICIT PROLOGVS *PR* 5 *uerba:* haec d. l. l. q. e. nom. *om. S* 6 | non habebıs deos alıenos coram (*lin. rubr. unc.*) | me . non facıeſ *S* *uerba:* non h. d. a. c. me *om. MPCRa* 6 facıaſ *P* 8 ſub terram *M¹P¹* 10 uano *M¹P¹* 13 mechaberıſ *PR* 15 concupıſcıſ *M¹* 18 ın locıſ precepta (*in ras.*) . . . . repperıuntur uıuendı *P* 19 mecum] *om. Rav* 20 alıquando *M¹* 21 mortem *P¹* 22 manu *M¹P¹* 23 ſibi *a*

industria occiderit proximum suum per insidias, ab altari meo euelles eum, ut moriatur. qui percusserit patrem suum et matrem, morte moriatur. qui furatus fuerit hominem 'et uendiderit eum, conuictus noxae morte moriatur. qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. si rixati fuerint uiri et percusserit alter proximum suum lapide uel pugno et ille mortuus 'non fuerit, sed iacuerit in lectulo, si surrexerit et ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percussit, ita tamen ut operas eius et inpensas in medicos restituat. qui percusserit seruum suum uel ancillam uirga, et mortuus fuerit in manibus eius, criminis reus erit: sin autem uno die superuixerit uel duobus, non subiacebit poenae, quia pecunia illius est. si rixati fuerint uiri, et percusserit quis mulierem praegnantem, et abortiuum quidem fecerit, sed ipsa uixerit, subiacebit damno, quantum expetierit maritus mulieris et arbitri iudicarint: sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore. si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillae et luscos eos fecerit, dimittet liberos pro oculo quem eruit. dentem quoque si excusserit seruo aut ancillae suae, similiter dimittet eos liberos. si bos cornu petierit uirum aut mulierem, et mortui fuerint, lapidibus obruetur: et non comedentur carnes eius, dominusque bouis innocens erit. quod si bos cornupeta fuerit ab heri et nudiustertius, et contestati sunt dominum eius, nec reclusit eum, occideritque uirum ac mulierem, et bos lapidibus obruetur, et dominum illius occident. quod si pretium ei fuerit inpositum, dabit pro anima sua quic-

1 & ꝑ ınſıdıaſ *Sv* alτarıo *P* 3 morτem *M*¹ 4 uınderıτ *M*¹, uıderıτ *P*¹ conuıncτuſ *M*¹ noxię *M* morτe* *(uirg. ras.) M* 5 morτem *M*¹ 7 sed] ſı *C*¹ 9 ut] eτ *P*¹ opera *P*¹ 10 ſeruū ł ancıllā ſuā *S* 13 penę *C*, pene *R* 14 auorτıuū *P*¹ 16 arbıτrıı *C* ıudıcauerınt *MPv*, ıudıcauerıτ *C* 17 reddaτ *Ca* 21 eoſ lıberoſ *Sv* 22 aut] ł *Sv* 24 cōmedunτ̃ *C*, *comedunτ̃ *M*, comed(e)unτur *P*, comederenτ̃ *S* 25 dominus quoque *Rv* cornuppeτa *P*¹, cornıpeτa *M*²*S* 26 hab erı *M*¹ 29 ei] eı' *S*

quid fuerit postulatus. filium quoque et filiam si cornu percusserit, simili sententiae subiacebit. si seruum ancillamque inuaserit, triginta siclos argenti dabit domino, bos uero lapidibus obruetur. si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam, cecideritque bos aut asinus in eam, dominus cisternae reddet pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. si bos alienus bouem alterius uulnerauerit et ille mortuus fuerit, uendent bouem uiuum et diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispertient. sin autem sciebat quod bos cornupeta esset ab heri et nudiustertius et non custodiuit eum dominus suus, reddet bouem pro boue et cadauer integrum accipiet. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem et occiderit uel uendiderit, quinque boues pro uno boue restituet et quattuor oues pro una oue. si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus et accepto uulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit et ipse morietur. si non habuerit quod pro furto reddat, uenundabitur. si inuentum fuerit apud eum quod furatus est uiuens, siue bos siue asinus siue ouis, duplum restituet. si laeserit quispiam agrum uel uineam et dimiserit iumentum suum, ut depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo uel in uinea, pro damni aestimatione restituet. si egressus ignis inuenerit spinas et conprehenderit aceruos frugum siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit. si quis commendauerit amico pecuniam aut uas in custodiam et ab eo qui susceperat furto ablata fuerint, si inuenitur fur, duplum reddet: si latet, dominus domus adplicabitur ad deos et iurabit quod non ex-

2 ſimile *S* 3 xxx *S* 4 obr.] opprimetur *Sv* apparuerit *P*[1] 7 boue *M*[1] 8 uiuum] *om.* *MCR* 9 et 12 cadaber *M*[1] 10 cornu*-peta *P*, cornip&a *SM*[2] 13 uinderit *M*[1] v *S* 14 reſtituat *S* IIII *MS* effrangenſ *P* 16 ſanguiniſ reuſ *S* 17 pp&rabit *M*[1]*P*[1], pp&rat *C* ſi autem *a* 18 inuentuſ *P*[1] 21 di*miſerit *C* 22 obtimū *C* damniſ *P*[1] ſtimacione *M*[1] 23 ſpicaſ *P*[2]*Ra* *(errauerunt Maurini)* 24 ſegetes ſtantes *R* ſegiteſ *M* 25 ſuccendit *R* 26 ſuſceperit *MPC*, ſuſcepit *R* 27 inuenieт̃ *Sa* fur] *om.* *MPC*

tenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem, tam in boue quam in asino et oue ac uestimento, et quicquid damnum inferre potest: et ad deos utriusque causa perueniet: et si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. si quis commendauerit proximo suo asinum, bouem et ouem et omne iumentum ad custodiam et mortuum fuerit aut debilitatum uel captum ab hostibus nullusque hoc uiderit, iusiurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui: suscipietque dominus iuramentum, et ille reddere non cogetur. quod si furto sublatum fuerit, restituet damnum domino. si comestum a bestia, defert ad eum quod occisum est et non restituet. qui a proximo suo quicquam horum mutuum postulauerit, et debilitatum aut mortuum fuerit domino non praesente, reddere conpelletur. quod si in praesentiarum fuit dominus, non restituet, maxime si conductum uenerat pro mercede operis sui. si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam et dormierit cum ea, dotabit eam et habebit uxorem. si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quam uirgines accipere consuerunt. maleficos non patieris uiuere. qui coierit cum iumento, morte moriatur. qui immolat diis, occidetur, praeter domino soli. aduenam non contristabis neque adfliges eum: aduenae enim fuistis in terra Aegypti. uiduae et pupillo non nocebitis. si laeseritis eos, uociferabuntur ad me, et ego exaudiam clamorem eorum et indignabitur furor meus percutiamque uos gladio et erunt uxores uestrae uiduae et filii uestri pupilli. si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urges eum quasi exactor nec usuris opprimes. si pignus

1 manuſ *S* 3 potest] putē *C* ad eoſ *P*¹ 5 et *erasum P* 6 omnem *P*¹ 7 hostibus] beſtiis *a* 8 manū ſuā *R* ad] in *S* 10 cogitur *M*¹ furtum *P*¹ 11 meſtū *M*¹, cōmeſtū *R* a beſtia fuerit *a* defert *MPS*, defret *C*¹, deferet *C*²*Ra (cod. Am.)* 16 si quis ſeduxerit *a* 17 diſponſatā *M*¹*P* 18 habebit eam *MPCRav* dare] donare *P* reddat *MCRa* 19 cenſuerunt *P*¹, conſueuerūt *Rv* 20 qui coierit *in ras. ab al. m. P* iumentum *P*¹ 21 morietᷣ *S*, mori *M*¹ immol& *S* 22 adfligiſ *M*¹, affligiſ *P*, afligeſ *S* &enim *S* 23 aegipti *C* nocebiſ *MP*¹*C* 24 audiā *Sv* 27 mutuo*R* 28 urgebiſ *Rv*

a proximo tuo acceperis uestimentum, ante solis occasum redde ei: ipsum enim est solum quo operitur indumentum carnis eius. nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. diis non detrahes, et principi populi tui non maledices. decimas tuas et primitias non tardabis offerre. primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. Et paulo post: Non suscipies uocem mendacii, nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimonium. non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum adquiesces sententiae, ut a uero deuies. pauperis quoque non misereberis in negotio. si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum. si uideris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. non declinabis in iudicio pauperis. mendacium fugies. insontem et iustum non occides: quia auersor impium. ne accipias munera, quae excaecant etiam prudentes et subuertunt uerba iustorum. peregrino molestus non eris: scitis enim aduenarum animas, quia et ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Et post quaedam interposita, cum de alienigenis loqueretur: Non adorabis deos eorum, neque coles eos. non facies opera eorum, sed destrues eos et confringes statuas eorum: seruietisque domino deo uestro. Et post multa in eodem libro de diis gentium: Sed aras eorum destrue, confringe statuas lucosque succide. noli adorare deum alienum. dominus zelotes nomen eius, deus est aemulator. ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum diis suis et adorauerint simulacra eorum,

7 Ex. 23, 1—9 20 ib. 24 et 25 23 Ex. 34, 13—17

1 ocasũ *S* 2 operıeт˜ *S (cod. Amiat.)* 3 habıт *M*¹ 4 deтrahıſ *M*¹ 5 prıncıpe *M*¹*P*¹ maledıcıſ *M*¹*P* 7 et p. post] *om. R* ıungıſ *M*¹, ıungaſ (e *supra* a) *S* 10 paupereſ *M*¹*P*¹ 11 mıſerebıſ *C*¹ negotio] ıudıcıo *P*¹*Rav* 12 erranтe *S* ad] *ex corr. add. PS* hodıenтeſ *P*¹, odıenтı∗ſ *M* 15 quia au. imp.] *om. R* auerſoſ *C*¹ 19 ınpoſıтa *P*¹ 20 loquır&˜ *M*¹ nec colaſ *S* 24 ſтaтuaſ confrınge *S* alıenũ dm̃ adorare *S* 25 zeloтıſ *MPCS* est] *om. PCRS* 26 ınıaſ *M*¹

uocet te quispiam, ut comedas de immolatis. nec uxorem de filiabus eorum accipias filiis tuis, ne postquam ipsae fuerint fornicatae, fornicari faciant et filios tuos in deos suos. deos conflatiles non facies tibi. Et paulo post: Primitias frugum terrae tuae offeres in domum domini dei tui.

Haec de libro legis, qui Exodus nominatur, colligenda existimaui. nunc eodem modo inspiciamus in sequenti Leuitico.

II.

DE LEVITICO.

Omnis homo, inquit, ad proximam sanguinis sui non accedet, ut reuelet turpitudinem eius. ego dominus. turpitudinem patris tui et turpitudinem matris tuae non discooperies: mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. turpitudinem uxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est. turpitudinem sororis tuae ex patre siue ex matre, quae domi uel foris genita est, non reuelabis. turpitudinem filiae filii tui uel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. turpitudinem filiae uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, et est soror tua, non reuelabis. turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui. turpitudinem sororis matris tuae non reuelabis, eo quod caro sit matris tuae. turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad uxorem eius, quae tibi adfinitate coniungitur.

4 Ex. 34, 26 11 Leu. 18, 6—24

1 com*edaſ *(uirg. eras.) M* uxorū M^1 2 accipieſ M^2CRav ipſe M^1, ipſi M^2PCRS 3 fornicaτi *MPCRS* fornicare *MPCRS* 4 et p. post] *om. R* et p. post: primitias — — dei tui] *om. P* 5 in domum *MCRS (cod. Am.)*, in domo *Pav* 8 in] *om.* M^1P^1S ſequenτe *MPCR* 10 de leuitico] *om. S* 12 accediτ M^1, accedaτ M^2P^2 13 diſcoperieſ *MPC* 15 diſco*perieſ *P*, diſcoperieſ *MC* enim] *om. S* 19 eſτ τua *P; om.* tua *a* 21 tui] *om. R* diſcoperieſ *MC*, diſco*perieſ (o *ras.) P* 23 patrui] paτriſ $CRM^{2}a$ 24 accedeſ *MCv*, accedaſ *PRSa*

turpitudinem nurus tuae non reuelabis, quia uxor filii tui est, nec discooperies ignominiam eius. turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. turpitudinem uxoris tuae et filiae eius non reuelabis. filiam filii eius et filiam filiae illius non sumes, ut reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, et talis coitus incestus est. sororem uxoris tuae in pelicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuente. ad mulierem, quae patitur menstrua, non accedes, nec reuelabis foeditatem eius. cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis commixtione maculaberis. de semine tuo non dabis ut consecretur idolo Moloch, nec pollues nomen dei tui. ego dominus. cum masculo non commisceberis coitu femineo: quia abominatio est. cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. nec polluamini in omnibus his. Et post aliquantum: Vnusquisque matrem et patrem suum timeat. Et post I uersum: Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis uobis. ego dominus deus uester. Et paulo post: Nec remanentes, inquit, spicas colliges, neque in uinea tua racemos et grana decidentia congregabis, sed pauperibus et peregrinis carpenda dimittes. ego dominus deus uester. non facietis furtum. non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum suum. non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui. ego sum dominus. nec facies calumniam proximo tuo, nec ui opprimes

16 Leu. 19, 3 17 ib. 4 19 ib. 9—19

1 noruſ *M*[1] 2 dıſcoperıeſ *MC*, dıſcooperıeſ (o *alt. delet.*) *P* 3 frĩſ ẽ τuı *S* 4 filıam filıe *M* 5 filıã filıı**** (i *ult. in ras.*) *C* illius] eıuſ *M*[1] ſumıſ *M*[1]*P*[1] reuelıſ *M*[1] eius] *om. C* 7 nec] ñ *S* 9 accedaſ *Ma* fodıτaτẽ *M*[1], fedıτaτẽ *R* 10 cõmıxτıonẽ *a* maculauerıſ *P* 11 ıdolum *MPC* 12 dei] dñı dĩ *S* non] ne *P* commıſcerıſ *MPCS* 13 omne *M*[1] 14 maculauerıſ *P* 15 nec *alt.*] ne *Sa* 16 et p. aliqu.] *om. R* 17 paτrem eτ maτrem *PR* ſuã *R* et p. I u.] *om. R* uno uerſu *S* 18 ıdolũ *C* facıeτıſ *RS* 19 poſτ paululum *a* 21 ſ& *M*[1]*R* 22 dımıττıſ *M*[1], dımıττıſ (*corr. al. m.*) *P* 23 nec***** *P* decipiat *a* non] nec *R* peıerabıſ *S* 25 nec] non *MP* *uerba:* nec f. c. — — oppr. cum *om. R* facıaſ *Sa* opremıſ *M*[1], oppremıſ *P*[1]

eum. non morabitur opus mercennarii tui apud te usque in mane. non maledices surdo, nec coram caeco pones offendiculum: sed timebis dominum deum, quia ego sum dominus. non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. nec consideres personam pauperis, nec honores uultum potentis. iuste iudica proximo tuo. non eris criminator et susurro in populis. non stabis contra sanguinem proximi tui. ego dominus. ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. non quaeres ultionem, nec memor eris iniuriae ciuium tuorum. diliges amicum tuum sicut te ipsum. ego sum dominus. leges meas custodite. Et paulo post: Non comedetis cum sanguine. non augurabimini, nec obseruabitis somnia. neque in rotundum adtondebitis comam, nec eradicetis barbam. et super mortuo non incidetis carnem uestram neque figuras aliquas et stigmata facietis uobis. ego dominus. ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra et impleatur piaculo. Et post I uersum: Ego dominus. ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. ego dominus deus uester. coram cano capite consurge, et honora personam senis, et time deum tuum. ego dominus. si habitauerit aduena in terra uestra et moratus fuerit inter uos, ne exprobretis ei, sed sit inter uos quasi indigena, et diligetis eum quasi uosmet ipsos: fuistis enim et uos aduenae in terra Aegypti. ego dominus deus

12 Leu. 19, 26—29   17 ib. 30—37 et 20, 1—21

1 tui] *om. PSa*   in] *om.* M^1RS 2 malediciſ *M*, malediciſ (a *supra*) *(corr. al. m.) P*   ponaſ MCS^1 ſ& M^1 3 dm̄ (τuum *add. al. m.) P*   4 nec iniuſτe (nec in *ex corr. add. al. m.) P*   5 nec] ne *M*   8 abeaſ M^1 9 illum M^1Pa 10 iniuriā M^1 11 sum] *om. S*   custodite] *om.* S^1 e. p. post] eτ poſτ aliquanτum *MP, om. R*   12 commediτiſ M^1 carnē cū ſanguine *a*   auguremini *R*, auguriabimini P^2S^2 obſeruaτiſ MP^1C^1, obſerueτiſ *R*   13 adτundebiτiſ M^1 nec] non MP^r, ne *S*   14 eradicaτiſ MC^1, radaτiſ *RP:Sa (cod. Amiat.)*   morτuum *S*   n̄* *S*   inciditiſ M^1P^1 16 ne *pr.*] non *R*   17 e. p. I u.] *om. R*   18 ſciſciτimini M^1, ſciſ*ciτimini *(ras.* ſ*)* P^1, ſciſciτamini C^1S^2a 19 ut] eτ *CR*   20 dn̄m dm̄ *S*   21 ego ſum *Sav*   abiτaberiτ M^1 22 *** moraτuſ *P*   exprobeτiſ *Ca*   23 dilegiτiſ M^1, diligiτiſ *P*   24 et *om. P*

uester. nolite facere aliquid iniquum in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. statera iusta et aequa sint pondera: iustus modius, aequus sextarius. ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti. custodite omnia praecepta mea et uniuersa iudicia, et facite ea. ego dominus. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: haec loqueris filiis Israhel: homo de filiis Israhel et de aduenis qui habitant in Israhel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus terrae lapidabit eum: et ego ponam faciem meam contra illum succidamque eum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch et contaminauerit sanctuarium meum et polluerit nomen sanctum meum. quod si neglegens populus terrae et quasi paruipendens imperium meum dimiserit hominem, qui dedit de semine suo Moloch, nec uoluerit eum occidere, ponam faciem meam super hominem illum et cognationem eius succidamque et ipsum et omnes qui consenserunt ei, ut fornicarentur cum Moloch de medio populi sui. anima, quae declinauerit ad magos et ariolos et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam et interficiam illam de medio populi sui. sanctificamini et estote sancti: quia ego dominus deus uester. custodite praecepta mea et facite ea. ego dominus qui sanctifico uos. qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. patri matrique maledixit, sanguis eius sit super eum. si moechatus fuerit uir cum uxore alterius et adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur et moechus et adultera. qui dormierit cum nouerca sua et reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super

2 ſunt *S*[1] 3 aequuſque *P*[2]*C*[1]*Sav* 5 iudicia mea *MP* loquutuſque *P*, loqut' *R* 7 habitat *S* 8 hiſrahel *M*[1] 11 de ſemine ſuo dederit *a* 14 hōiem illũ *R* qui dedit] *om. PS* qui ded. d. s. s. M.] *om., sed est rasura 16 litt. C* moloch *ex corr. add. P* 15 ne *C*[1] eum] *om. R* 17 conſenſerint *RS (cod. Am.)* 20 ſtote *M*[1] 21 ego ſcſ *R*, ego ſanctuſ ſum *Ca* 23 aut] & *S* 24 qui maledixerit *R*, qui maledixit *a* mechatuſ *R* fuerit uir] quiſ fuerit *Sv* 25 pp&rarit (a *in ras.) S* coniuge] uxore *S* 28 patri ſuo *M*[1]

eos. si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriantur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. qui dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur: sanguis eorum sit super eos. qui supra uxorem filiam duxerit matrem eius, scelus operatus est: uiuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio uestri. qui cum iumento et pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. mulier, quae succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. qui acceperit sororem suam, filiam patris sui uel filiam matris suae, et uiderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi, eo quod turpitudinem suam mutuo reuelauerint, et portabunt iniquitatem suam. qui coierit cum muliere in fluxu menstruo et reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. turpitudinem materterae et amitae tuae non discooperies. qui hoc fecerit, ignominiam carnis suae nudauit: portabunt iniquitatem suam ambo. qui coierit cum uxore patrui uel auunculi sui et reuelauerit ignominiam cognationis suae, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit inlicitam: turpitudinem fratris sui reuelauit: absque filiis erunt. Et alio in loco: Vir siue mulier, in quibus pythonicus uel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super eos. Itemque alio in loco, cum de summo sacerdote loqueretur: Virginem, inquit, ducet uxorem:

23 Leu. 20, 27 27 Leu. 21, 13—15

1 si quis] qui *S* nure *M¹P¹* moriatur *av* 7 monantur *R* 8 ſubcubuerit *MPCS* 11 conſpexerat *C¹* 13 reuelarint *S (cod. Am.)* 17 turpit. m. e. a. t.] *om. spatio uacuo relicto, add. ab al. m. P* mat̃ t̃re & ami*t&ue *(ras. ſ) M* diſcoperieſ *MC* 18 nudabit *MPCRSa (cod. Am.)* 19 ambo iniquitatem ſuam *Sav* 23 reuelabit *M¹PS* in alio *CRa*, alio[in] *S* 24 [in]quib, *S* pytonicuſ *M¹P¹*, phitonicuſ *R*, phytonicuſ *P²Sa* 25 sit] *om. P*, erit *S* 26 eos] illoſ *P²Cav* itē *S* in alio *Ca*

uiduam et repudiatam et sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo: ne commisceat stirpem generis sui uulgo gentis suae: quia ego dominus qui sanctifico eum. Et post multa: Homo, qui maledixerit deo suo, portabit peccatum suum. et qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille ciuis siue peregrinus fuerit. qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur. qui percusserit animal, reddat uicarium, id est animam pro anima. qui inrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, fiet illi: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. qui percusserit iumentum, reddet aliud. qui percusserit hominem, punietur. aequum iudicium sit inter uos, siue peregrinus siue ciuis peccauerit: quia ego sum dominus deus uester. Et post aliquantum: Non facietis uobis idolum et sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra uestra, ut adoretis eum. ego enim sum dominus deus uester.

Haec de Leuitico. nunc de libro, cuius nomen est Numeri, quae uisa sunt commemoranda ponemus.

III.

DE NVMERIS.

Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas. si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. quod si et fratres non habuerit, dabitis here-

4 Leu. 24, 15—22 16 Leu. 26, 1 24 Num. 27, 8—11

1 ſordıdatã *S* 2 ne] nec *R* 6 oprım& M^1, obruet *R* ıllı M^1 | 11 fecit] *om* S^1 fı& *MPSv (cod. Am.)*, fiat *CRa* illi] ei *av* 14 reddat *RS* punıatur CRM^2 16 e. p. aliq.] *om. R* 17 heregıtıſ M^1, eregıtıſ *P* 18 ın ſignum *a* ponıtıſ *S* 20 cuius nom. est] *om. S* 23 de numero *MPCR, om. Sa* 24 tranſııt M^1P^1 26 quod et ſı *R* habuerit] fuerınt *Sv* dabıt MC^1R dabıt̃ hereditaſ C^2

ditatem fratribus patris eius. sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his qui ei proximi sunt: eritque hoc filiis Israhel sanctum lege perpetua, sicut praecepit dominus Moysi. Et post multa: Ad unius testimonium nullus condemnabitur. non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis. Haec de Numeris inuenimus, quae inspicienda putauimus. Deuteronomium deinceps considerabimus.

IIII.

DE DEVTERONOMIO.

Nulla erit distantia personarum: ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam: quia dei iudicium est. Et plurimis interpositis, ubi decalogum repetit: Custodite igitur sollicite animas uestras. non uidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est dominus uobis in Horeb de medio ignis: ne forte decepti faciatis uobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi uel feminae, similitudinem omnium iumentorum quae sunt super terram uel auium sub caelo uolantium atque reptilium quae mouentur in terra siue piscium qui sub terra morantur in aquis: ne forte oculis eleuatis ad caelum uideas solem et lunam et omnia astra caeli et errore deceptus adores et colas quae creauit dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus. quae sub caelo sunt. Et paulo post: Caue, inquit, ne quando obliuiscaris pacti domini dei tui, quod pepigit tecum, et facias tibi sculptam similitudinem eorum quae fieri dominus prohibuit: quia

4 Num. 35, 30 et 31 11 Deut. 1, 17 13 Deut. 4, 15—19 24 ib. 23 et 24

4 condempnabιτur *M^1CR* 6 haec] *om. P* numero *R* inu. q i. put.] *om. a* 7 deuτronomιū *R* conſideraυιmuſ *M^1P*, consıderemus *S* 10 de deuτronomιo *R*, deuτero nomιū *M^1P*, haec de deuτero nomιo *M^2*, *om. CSa* 11 ιτa erιτ *MPC^1*, ιτa enιm *C^2* 13 et] *om. P* 16 oreb *M^1PRa* 17 femιnιnę *P* 18 uel auium s. c. u. a. r. q. m. i. terra] *om. MP^1CRSa, in marg. add. P^2* 20 oculoſ *C^1* 21 uιaſ (de *add. al. m.*) *C* 25 facιeſ ſculpτā τιbι *S* ſcalpτā *M^1*, ſcalτā *P^1*

dominus deus tuus ignis consumens est, deus aemulator. Et alio loco: Non habebis deos alienos in conspectu meo. non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quae in caelo sunt desuper et quae in terra deorsum et quae uersantur in aquis sub terra. non adorabis ea et non coles. ego enim sum dominus deus tuus, deus aemulator, reddens iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me et faciens misericordiam in multa milia diligentibus me et custodientibus praecepta mea. non usurpabis nomen domini dei tui frustra: quia non erit inpunitus qui super re uana nomen eius adsumpserit. Et post paululum: Honora, inquit, patrem tuum et matrem, sicut praecepit tibi dominus deus tuus, ut longo uiuas tempore et bene sit tibi in terra, quam dominus deus tuus daturus est tibi. non occides. neque moechaberis. furtumque non facies. nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, et uniuersa quae illius sunt. Et alibi in eodem libro: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua. Et paulo post: Cum comederis et saturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiscaris domini, qui eduxit te de terra Aegypti de domo seruitutis. dominum deum tuum timebis et ipsi soli seruies ac per nomen illius iurabis. non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quae in circuitu uestro sunt: quoniam deus aemulator dominus deus tuus in medio tui: ne

2 Deut. 5, 7—11 12 ib. 16—21 19 Deut. 6, 5 21 ib. 12—16

1 *et* 6 emulatur M^1P^1 2 in alio *R* d̃ſ M^1 5 et non] neque *CRa* colaſ *S* 7 in filios] ſup filioſ *MPRv* 8 his] *om.* M^1 et] *om. R* 10 nomen] *om.* M^1 11 ſup uana re *R* paulolũ *M* 12 *uerba:* sicut p. t. d. d. tuus *om. R* matrem tuam *P* 13 tibi] *om. M* longe P^1 15 neque] non *PS* 16 loquariſ *S* concupiſciſ M^1 18 ancilã *C* 19 diligiſ M^1 20 tuum] *om.* P^1 21 cõmederiſ M^1 22 caue] **** *(ex corr. add.:* uide *ab al. m.) C* domini] deũ *R* duxit P^1 24 ipsi] illi *P* illius] eiuſ M^1 iurauerif C^1, iuraberiſ MP^1C^1, non iurabiſ P^2 25 d̃ſ M^1 26 emulatur M^1 tuus] lauſ *MPCR*

quando irascatur furor domini dei tui contra te et auferat te desuper facie terrae. non temptabis dominum deum tuum. Item paulo post, cum de alienigenis loqueretur: Neque sociabis cum eis coniugia. filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur me et ut magis seruiat diis alienis: irasceturque furor domini et delebit te cito. quin potius haec facietis eis: aras eorum subuertite, confringite statuas, lucosque succidite, et sculptilia conburite. Et post aliquantum: Sculptilia eorum igne conbures. non concupisces argentum et aurum, de quibus facta sunt, neque adsumes ex eis tibi quicquam, ne offendas, propterea, quia abominatio est domini dei tui. nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut et illud est: quasi spurcitiam detestaberis et uelut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est. Et alio in loco: Obserua et caue, ne quando obliuiscaris domini dei tui et neglegas mandata eius atque iudicia et caerimonias, quas ego praecipio tibi hodie: ne postquam comederis et satiatus fueris, domos pulchras aedificaueris et habitaueris in eis, habuerisque armenta et ouium greges, argenti et auri cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, et non reminiscaris domini dei tui. Et post paucos

3 Deut. 7, 3—5 10 ib. 25—26 16 Deut. 8, 11—14

1 contra te] *om.* CP^1 2 deſup faciẽ&re *M*, deſup faciẽ τ̃re C^1, de ſuperficie (ſupefici& P^1) τerrae PSC^2Rav non t. d. d. tuum] *om., add. in marg.* *S* 3 loquıτur *MPCR* 4 ſociabiſ* *M* 5 accipies filiã illius *a* accıpıaſ *S* ſeducıτ MP^1CSa filiã τuã S^1 6 ıraſcıτ̃que M^1P^1 7 haec] ec M^1 8 ſub uerτıce confrıngıτ M^1 9 ſuccıdıτe lucoſ *S* conbur&e M^1P^1 al̃quõ *M*, alıquã CM^2, alıquıd *R* 10 ıgnı *S* c̃bureτıſ C^1, ɔburıτe *R* non] eτ non *S* concupıſcıſ M^1 aurũ & argenτũ *S* 12 est] *om.* M^1P^1 dñı dĩ τuı eſτ (÷ *S*)*RS* 13 ınferaſ *Sa*, auferaſ *R* quıcquã*R* 13 fias] facı ** (acı *in* ıaſ *mut. al.*) *C* 14 expurcıτıam M^1P^1 15 abomıne *S* habebıτıſ MP^1S 16 ın alıo *R* in] *om.* S^1 17 neglegeſ *MC* 19 cõmederıſ *MPC* ſaτuraτuſ *S* domuſ *MP* pulcraſ *MR* aedıficaberıſ$M^1PC^1S^1$ 20 habıτaberıſ S^1 habuerıτıſque MC^1 21 aurı & argenτı *P* 22 remınıſcerıſ (a *supra*) *(corr. m. 1)* *M* pauca uerba *P*

uersus: Ad extremum, inquit, misertus est tui, ne diceres in corde tuo: fortitudo mea et robur manus meae haec mihi omnia praestiterunt, sed recorderis domini dei tui, quod ipse tibi uires praebuerit. Et post aliquantum: Vt ipsi comedatis ac saturemini. cauete, ne forte decipiatur cor uestrum et recedatis a domino deo seruiatisque diis alienis et adoretis eos, iratusque dominus claudat caelum. Et post aliquantum: Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos et colles et subter omne lignum frondosum. dissipate aras eorum et confringite statuas, lucos igne conburite et idola comminuite: disperdite nomina eorum de locis suis. Et quibusdam interpositis, cum de alienigenis loqueretur: Caue, ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersae, et requiras caerimonias earum, dicens: sicut coluerunt gentes istae deos suos, ita et ego colam. non facies similiter domino deo tuo. omnes abominationes, quas auersatur dominus, fecerunt diis suis offerentes filios et filias et conburentes igni. quod praecipio tibi, hoc tantum facito domino: nec addas quicquam, nec minuas. Si surrexerit in medio tui prophetes aut qui somnium uidisse se dicat et praedixerit signum atque portentum et uenerit quod locutus est et dixerit tibi: eamus et sequamur deos alienos, quos ignoras, et seruiamus eis, non audias uerba prophetae illius aut somniatoris: quia temptat uos dominus deus uester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in toto corde et in

1 Deut. 8, 16—18 4 Deut. 11, 15—17 8 Deut. 12, 2—3 14 Deut. 12, 30—32 et 13, 1—10

1 eſ *CR* dıcerıſ P^1S 2 robor MPC^1 3 dei] *om.* *MP* 4 alıquã *C*, al·quanta P^2, alq̃uõ (o *in* a *mut. al. m.*) *M*, alıqua *R* cõmedatıſ M^1 5 ſaturamını MP^1C^1 forte] *om.* S^1 6 dñm M^1 deo] *om.* *MPCv* 7 dñſ * (& *ras.*) *M* claud& M^1 alıquanta P^1 10 coleſ M^1 ſup MP^1CSa *uerba:* dissipate — — de locis suis *om.* *R* 11 eorum] *om.* MP^1C, earum'' SP^2 conbur&e M^1P^1 12 suis] ıllıſ S^2av 13 loquẽ M^1, loquetur P^1 15 requıre S^1 ceremonıaſ *MC* 18 auertat̃ S^1, adu'ſat *R* au. dom.] *rasura 12 litt.* *C* 19 filıa M^1 22 p̃dıxıt *R* 24 audıeſ *PSv* pph&ıe M^1 26 fı**at (ı *in ras.*) *M*

tota anima uestra. dominum deum uestrum sequimini et ipsum timete: mandata illius custodite et audite uocem eius: ipsi seruietis et ipsi adhaerebitis. propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est, ut uos auerteret a domino deo uestro, qui eduxit uos de terra Aegypti et redemit de domo seruitutis: ut errare te faceret de uia, quam tibi praeceperat dominus deus tuus: et auferes malum de medio tui. si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius matris tuae, aut filius tuus uel filia siue uxor, quae est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens: eamus et sequamur deos alienos, quos tu ignoras et patres tui, cunctarum in circuitu gentium, quae iuxta uel procul sunt ab initio usque ad fines terrae, non adquiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis et occultes eum: sed statim interficies. sit prius manus tua super eum, et post te omnis populus mittat manum. lapidibus obrutus necabitur, quia te uoluit abstrahere a domino deo tuo. Et post paululum: Non uos incidetis nec facietis caluitium super mortuo: quoniam populus sanctus es domino deo tuo. Et alio loco: Si unus, inquit, de fratribus tuis, qui moratur intra portas ciuitatis tuae in terra, quam dominus deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem uenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum: sed aperies eam pauperi et dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. caue, ne forte subrepat tibi impia cogitatio et dicas in corde tuo: adpropinquat septimus annus remissionis, et auertas oculos a paupere fratre tuo nolens ei quod postulat mutuum commodare, ne clamet contra te ad dominum et fiat tibi in

18 Deut. 14, 1 et 2 20 Deut. 15, 7—11

3 et] ut *M*[1] 7 p̀cepit *Sv* 9 uel] *om. R* 11 feruiamuf dnf alienif *PSv* 14 audeaf *M*[1], audief *P* mifere*rif (a *ras.*) *P* 15 primū *P*[2]*v* 16 post te] pofte *C* 17 obru*tuf *P* quia] qui *MP*[1]*CSa* 18 inciditif *M*[1]*P*[1], incidatif *CRM*[2]*P*[2] 19 mortuū *RS* 20 inquid· fi unuf *M*[1]*P*, inquit. si un' *S* 21 intra] iuxta *R* 22 tuus] *om. M*[1] 23 fet *M*, & *C* 24 quo] quod *M*[1]*P*[1] profpexerif *C* 25 fubripiat *MPCS*, furripiat *Ra* (obripiat *cod. Am.*) inpia *M*[1] 26 feptimof annof remifionif *M*[1] 28 clamat *M*[1] adn̄m *C*

peccatum: sed dabis ei, nec ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuandis, ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore et in cunctis ad quae manum miseris. non deerunt pauperes in terra habitationis tuae: idcirco ego praecipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi, qui tecum uersantur in terra. Et aliquanto post: Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio nec in alteram partem declinent. non accipies personam nec munera: quia munera excaecant oculos sapientium et mutant uerba iustorum. iuste quod iustum est persequeris, ut uiuas et possideas terram, quam dominus deus tuus dederit tibi. Et post pauca: Nec facies tibi atque constitues statuam, quae odit dominus deus tuus. Item post pauca: Cum reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum, quas dominus deus tuus dabit tibi, uir aut mulier, qui faciant malum in conspectu domini dei tui et transgrediantur pactum illius, ut uadant et seruiant diis alienis et adorent eos, solem et lunam et omnem militiam caeli, quae non praecepi, et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter et uerum esse reppereris et abominatio facta est in Israhel: educes uirum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuae, et lapidibus obruentur. in ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. nemo occidatur uno contra se dicente testimonium. manus testium prima interficiet eum, et manus

6 Deut. 16, 18—20 13 Deut. 16, 22 15 Deut. 17, 2—7

1 agiſ M^1P^1 3 ad quae] atq; C^1 4 ego] ergo MP^1C 5 manũ tuã *R* 6 uerſatur *av* poſt aliquantum P^1a, poſt aliquanta P^2 7 omniſ MC^1, omneſ P^1 8 ut] et *R* 9 populo *MCRa* 10 non] nec *P* accipiaſ *Ra* 12 t̃ra M^1 13 nec] ñ *Ca* faciaſ *R* 14 conſtituaſ CRM^2Sa quã *S*, *in marg.* ł quae *m. al.* 15 reperte M^1P^1 apud te *om.* S^1 una M^1 16 tibi *om. S* 17 faciũt *R* 18 tranſgrediunt̃ *R* 20 p̃cipit MP^1C, p̃cepit *RSa (c. Am.)* 21 inqueſieriſ MC^1 repereref M^1, repperireſ P^1, repereriſ M^2C^1RS 22 educiſ M^1P^1, educens *R* 23 portam *MPR* 24 aut] uł *R* 26 interficiat CRM^2a

reliqui populi extrema mittetur, ut auferas malum de medio tui. Item post aliquantum: Qui autem superbierit nolens oboedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, et decreto iudicis, morietur homo ille: et auferes malum de Israhel: cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Et post quaedam interposita, cum de alienigenis admoneret: Caue, inquit, ne imitari uelis abominationes illarum gentium. nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur et obseruet somnia atque auguria, ne sit maleficus, ne incantator, nec pythones consulas nec diuinos et quaeras a mortuis ueritatem. omnia enim haec abominabitur dominus. Et post aliquantum: Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati et facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum. si steterit testis mendax contra hominem accusans eum praeuaricationis, stabunt ambo quorum causa est ante dominum in conspectu sacerdotum et iudicum, qui fuerint in diebus illis: cumque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo reddere cogitauit, et auferes malum de medio tui: ut audientes ceteri timorem habeant et nequaquam talia audeant facere. non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Et

2 Deut. 17, 12 et 13   7 Deut. 18, 9—12   14 Deut. 19, 15—21

1 mittatur *CRM²a*   auferes *P*   2 aliqũ *MC*, aliqua *R*, aliquanta *P²*   3 sacerdotis obẹdire *S*   4 et *ante* decr.] ex *C²*   moriatur *CRM²a*   5 ut] et *P²*   6 nulli *C¹*   supbiã *C*   7 de] *om.* *M¹P¹*   ammoner& *S¹*   8 imitare *MPC¹*   uellis *M¹*   9 in te inueniat˜ *S*   qua *R*   lustrent *M¹*   9 dicens *S¹*   10 ariolus *MP*   11 ne . . ne] nec . . nec *a*   fis *R*   incantatur *M¹P¹*   nec] ne *MPCR*, neq; *a*   phytonis *M¹*, fytonis *P¹*, phitones *CR*, phytones *SM²a*   12 consulat *C²*   nec] ne *MCR*   13 deus *R*   aliquanta *P²*   14 stabis *C*   testis] *om.* *R*   16 steteri* *C*   17 quorum] corã *M¹P¹*   est causa *R*   18 deũ *R*   21 cogitabant *R*   22 c&eri* (*ras.* s) *M*   25 exigis *M¹P¹*

alibi in eodem libro: Si genuerit homo filium contumacem et proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium et coercitus oboedire contempserit, adprehendent eum et educent ad seniores ciuitatis illius et ad portam iudicii dicentque ad eos: filius noster iste proteruus et contumax est, monita nostra audire contempsit, comissationibus uacat et luxuriae atque conuiuiis, lapidibus eum obruet populus ciuitatis, et morietur, ut auferatis malum de medio uestri et uniuersus Israhel audiens pertimescat. Et post pauca: Non uidebis bouem fratris tui aut ouem errantem et praeteribis, sed reduces fratri tuo, etiamsi non est propinquus tuus frater nec nosti eum, duces in domum tuam, et erunt apud te, quamdiu quaerat ea frater tuus, et recipiat. similiter facies de asino et uestimento et de omni re fratris tui, quae perierit: si inueneris ea, ne neglegas quasi aliena. si uideris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in uia, non despicies, sed subleuabis cum eo. non induetur mulier ueste uirili, nec uir utetur ueste feminea: abominabilis enim apud dominum est qui facit haec. Item post pauca: Cum aedificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua et sis reus labente alio et in praeceps ruente. Item paulo post: Si duxerit uir uxorem et postea eam odio habuerit quaesieritque occasiones quibus dimittat eam obiciens ei nomen pessimum et dixerit: uxorem hanc accepi et ingressus ad eam

1 Deut. 21, 18—21 9 Deut. 22, 1—5 19 ib. 8 21 ib. 13—30

2 ac] eτ *R*, aut *v* 4 et educent] educenτq; *R*, et deducent *a*, et ducent *v* 6 audire] *om.* *S* conτempnıτ RP^1 comeſſaτıonıb; CP^3, come*ſacıonıb; *M*, cõmeſſacıonıb; *R*, commeſſaτıonıb, S^1, comeſaτıonıb, P^1S^2a 7 luxorıe M^1C, luxorıae P^1 obruıτ M^1P^1, obruaτ CRM^2 P^2a 8 morıaτ̃ M^2C auferaſ S^1 9 pauca ũr M^1, pauca uerba *P*, paucıſſımoſ uerſuſ *S* 11 reducıſ M^1P^1 12 τuũ *M* 13 facıaſ *P* 14 omne M^1P^1 perıeraτ *C* 15 ea* *M*, eam *Sv* alıenam M^1PSv si] ſed M^1 16 deſpicias *a* 17 ınduıτur M^1P^1 uırıle M^1P^1 18 hec facıτ *R* 19 nouam] cauam P^1 20 τuo *P* 21 labenτı M^1 alio] alıquo *R* p. post] poſτ pauca *P* 22 uir] *om.* *S* eam] *om.* *R* quıſıerıτq; M^1 23 occanſıonıſ M^1, occanſıoneſ PC^1 eã dımıττaτ *S* peſſımo M^1P^1

non inueni uirginem, tollent eam pater et mater eius et ferent secum signa uirginitatis eius ad seniores urbis, qui in porta sunt, et dicet pater: filiam meam dedi huic uxorem, quam quia odit, inponit ei nomen pessimum, ut dicat: non inueni filiam tuam uirginem: et ecce haec sunt signa uirginitatis filiae meae. expandent uestimentum coram senioribus ciuitatis: adprehendentque senes urbis illius uirum et uerberabunt illum, condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellae: quoniam diffamauit nomen pessimum super uirginem Israhel: habebitque eam uxorem et non poterit dimittere omni tempore uitae suae. quod si uerum est quod obicit et non est in puella inuenta uirginitas, eicient eam extra fores domus patris sui et lapidibus obruent uiri ciuitatis eius, et morietur: quoniam fecit nefas in Israhel, ut fornicaretur in domo patris sui: et auferes malum de medio tui. si dormierit uir cum uxore alterius, uterque morietur, id est adulter et adultera: et auferes malum de Israhel. si puellam uirginem desponderit uir et inuenerit eam aliquis in ciuitate et concubuerit cum illa, educes utrumque ad portam ciuitatis illius, et lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate, uir, quia humiliauit uxorem proximi sui: et auferes malum de medio tui. sin autem in agro reppererit uir puellam, quae desponsata est, et adprehendens concubuerit cum illa, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum et occidit animam eius, ita et puella perpessa est: sola erat in agro, clamauit, et nullus adfuit qui liberaret eam. si inuenerit uir puellam uirginem, quae non habet sponsum, et adprehendens concubuerit cum ea et res ad iudicium uenerit, dabit qui dormiuit cum ea patri puellae centum siclos ar-

3 dıcıт M^1P^1S, dıcaт CRM^2P^2a 5 et] *om.* *S* 8 conтemnanтeſ P^1, condem∗nanтeſ (p *ras.)* *M*, condempnanтeſ *CR* 9 dıffă mauıт *M* 10 habebıт M^1 uxorem eam *R* 12 inuenta] *om.* *R* uırgınıſ M^1 eıcı∗ınт *M* 13 forıſ M^1P^1 obruunт M^1P 15 domũ *S* 16 morıaтur M^2CRa id est] ıdem P^1 18 dıſponderıт *MPC* 19 illa] ea *Sv* educeſq, *S* ed. a. p. ciu. ill. utr. *R* 20 obru&˜ *C*, (n *eluta supra* &) *M* 23 dıſponſaтa *MPCS* 24 illa ea *Sv* 25 ɔſurg& *S* 30 ſıcloſ frum̃тı argenтı (frum̃тı *elut.)* *M*

genti et habebit eam uxorem, quia humiliauit eam: non poterit dimittere cunctis diebus uitae suae. non accipiet homo uxorem patris sui nec reuelabit operimentum eius. Et post paululum: Non erit meretrix de filiabus Israhel neque scortator de filiis Israhel. Et post paululum: Non faenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alio. Et post paucos uersus: Cum uoueris uotum domino deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud dominus deus tuus et, si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. si nolueris polliceri, absque peccato eris: quod autem semel est egressum de labiis tuis, obseruabis et facies sicut promisisti domino deo tuo et propria uoluntate et ore tuo locutus es. Et paulo post: Non accipies loco pignoris inferiorem et superiorem molam, quia animam suam adposuit tibi. si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israhel et uendito eo accipiens pretium, interficietur: et auferes malum de medio tui. Et post paucos uersus: Cum repetes, inquit, a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius, ut pignus auferas, sed stabis foris et ille tibi proferet quod habuerit. sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, ut dormiens in uestimento suo benedicat tibi et habeas iustitiam coram domino deo tuo. non negabis mercedem indigentis et pauperis fratris tui siue aduenae, qui tecum moratur in terra et intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum: quia pauper est et ex eo

3 Deut. 23, 17 5 ib. 19 et 20 7 ib. 21—23 13 Deut. 24, 6 et 7 17 ib. 10—16

1 eam] *om. S* non] nec *R* 3 reuelauit M^1P paulolū *M* paulo p' *S* 4 neque] nec *a* 5 paulolū *S* foenerabis *S*, fenerabis *MPCR* 7 alio] alieno P^2C^2v paucissimos *S*, paucis M^1P uer̃ *MP* 9 illut *M*, illū *C* reputauit *MC*, reputabitur *RSv* 10 pollicere M^1PS 11 egressum est *Sav* 12 tuo] *om.* S^1 16 uindicto M^1, uendit*o *C* al: & uendit eũ *in marg. add. m. al. S* et *ante* auf.] *om.* C^1 accipiet *a* 17 pauca uerba *P* repetis *MP* 18 a] da *C*, de *a* debit *M*, dabit *P*, d& *S* 24 morant˜ C^1 25 est] *om. R* sed] *om. PCRS* reddis M^1

sustentat animam suam: ne clamet contra te ad dominum, et reputetur tibi in peccatum. non occidentur patres pro filiis nec filii pro patribus, sed unusquisque pro suo peccato morietur. Et post paucos uersus: Quando messueris segetem in agro tuo et oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris, ut tollas illum, sed aduenam et pupillum et uiduam auferre patieris, ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuum tuarum. si fruges colliges oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuerteris, ut colligas, sed relinques aduenae, pupillo et uiduae. si uindemiaueris uineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus aduenae, pupilli et uiduae. memento, quod et tu seruieris in Aegypto, et idcirco praecipio tibi, ut facias hanc rem. Si fuerit causa inter aliquos et interpellauerint iudices, quem iustum esse perspexerint, illi iustitiae palmam dabunt, quem impium, condemnabunt impietatis. sin autem qui peccauit dignum uiderint plagis, prosternent et coram se facient uerberari. pro mensura peccati erit et plagarum modus: ita dumtaxat, ut quadragenarium numerum non excedant, ne foede laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Et post paululum: Si habuerint inter se iurgium uiri et unus contra alterum rixari coeperint uolensque uxor alterius eruere uirum suum de manu fortioris miserit manum et adprehenderit uerenda eius, abscides manum illius nec flecteris super eam ulla misericordia. non habebis in sacculo diuersa pondera, maius et minus: nec erit in domo tua modius maior et minor. pondus habebis

4 Deut. 24, 19—22 et 25, 1—3 20 Deut. 25, 11—15

1 contra] coram *a* ad dm̄ *S*, adn̄m M^1 4 pauc'ſ (ı *in* o *mut. al.*) *M*, paucıſſımoſ *Sa* paucıſ uerbıſ *P* segetem] meſſem *R* 5 relı∗querıſ (n *ras.*) *M*, relınquerıſ *P* 7 patıarıſ S^1 9 relınquenſ *CP*, relınque *Sa* 10 et] ac *Sav* 12 pupıllo M^1Sa et *ante* uid.] ac *Sav* 13 p̄cıpıam M^1a, precıpıam *P* 15 condē∗|nabunt (p *ras.*) *M* 16 ımpı&atı M^1 17 fecıſſent P^1 19 fıde MC^1, fede *PR* C^2 20 habeat MC^1, abıat *S*, obeat P^2a paulolū M^1S 21 uırı ıurgıū *R* rıxare *R* 22 coeperunt P^1, coeperıt SP^2, cepınt *R* 23 uerecund∗a *M*, uerecundıa P^1S, uere∗∗nd∗a *C*, uerecunda *R* 24 ſup ea *MP*, ſup eū S^1

iustum et uerum, et modius aequalis et uerus erit tibi. Et post pleraque: Maledictus homo, qui facit sculptile et conflatile, abominationem domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito. et respondebit omnis populus et dicet: amen. maledictus qui non honorat patrem suum et matrem. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui transfert terminos proximi sui. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui errare facit caecum in uia. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui peruertit iudicium aduenae, pupilli et uiduae. et dicet omnis populus: amen. maledictus omnis qui dormit cum uxore patris sui et reuelat operimentum lectuli eius. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui dormit cum omni iumento. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui uel matris suae. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui dormit cum socru sua. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui clam percusserit proximum suum. et dicet omnis populus: amen. maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis. et dicet omnis populus: amen.

Huc usque de libris Moysi quae uisa sunt ponenda posuimus. in his uero quae secuntur et appellantur Hiesu Naue, Iudicum, Regnorum, Paralipomenon, rerum gestarum potius historia legitur quam praecepta uiuendi. haec tamen paucissima de libro Hiesu Naue praetereunda in hoc opere non putaui.

2 Deut. 27, 15—25

1 modiof equalef *S* 3 manū M^1R 4 ponitque CRM^2a refpondit MC^1, refpondet PC^2 5 dicit *P* 6 dicit *MC* *uerba:* maledictus q. t. t. p. s. e. d. o. p. amen *om.* *MPCR* 8 caecum] co&ū *S* uia] itinere *Sav* dicit MP^1C 9 puert& *Sa* 10 pupillo *a* 10, 12, 15, 16, 17, 19 dicit MP^1C 11 dormierit *P* *(cf. cod. Am.)* patris] *p**** (atri superscr.) (p *ex parte et* ximi *eras.)* *M* sui] *om.* *R* reuelauit *P* 12 ei' lectuli *S* 13 dicit MP^1C^1 14 uel] siue *P* *(cod. Am.)*, siue filia *R* 18 accepit M^1 ut] & *P* percutiet *P* 19 fanguine *S* 20 libro *S* 21 apellan̄t M^1 22 paralypomenon CM^2 25 hist. leg.] ftoriale igit̄ M^1

V.

DE HIESV NAVE.

Reuertimini et ite in tabernacula uestra et in terram possessionis, quam tradidit uobis Moyses famulus domini trans Iordanen: ita dumtaxat, ut custodiatis adtente et opere conpleatis mandatum et legem, quam praecepit uobis Moyses seruus domini, ut diligatis dominum deum uestrum et ambuletis in omnibus uiis eius et obseruetis mandata illius adhaereatisque ac seruiatis ei in omni corde et in omni anima uestra. Et in alio loco: Ne postquam intraueritis, inquit, ad gentes, quae inter uos futurae sunt, iuretis in nomine deorum earum et seruiatis eis et adoretis illos: sed adhaereatis domino deo uestro, quod fecistis usque in diem hanc.

De libro autem Psalmorum multa ponenda sunt, quamuis eadem saepe repetantur: sed habebo modum, quantum potero, ne hoc opus, quod memoria maxime tenendum est, in nimiam longitudinem pergat.

VI.

DE PSALMIS.

In psalmo primo: Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra derisorum non sedit: sed in lege domini uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte. In psalmo II: Nunc ergo, reges,

3 Jos. 22, 4 et 5 10 Jos. 23, 7 et 8 21 Ps. 1, 1 et 2 24 Ps. 2, 10—13

2 de] de libro *S* hieſum M^1 naue *om.* M^1 3 et *alt. om.* *P* t̃ra M^1P 5 iordanem *Ra* adtendite MP^1C^1 6 p̃cipit *M* 9 adhereatiſque ei ac ſeruiatiſ *Sv*, adh. ei ac seru. ei *a* in *alt. om. a* omni *alt. om. MPCRa* 10 in] *om. S* 12 illaſ M^1P 13 hanc diem *S* 16 in memoria *R* 17 memoriae maximae *P* 20 de psalmis] *om. MPCRa* 21 In] de *Ra (sic infra semper)* concilio *Ra* 22 et *alt. om. S* deris.] deſideriorũ *S* 24 ſecundo *P*

intellegite: erudimini, iudices terrae. seruite domino in timore et exultate ei cum tremore. adorate pure, ne forte irascatur. et pereatis de uia. cum exarserit post paululum furor eius. beati omnes qui sperant in eum. In psalmo IIII: Filii uiri. usquequo, incliti mei, ignominiose diligitis uanitatem quaerentes mendacium? Et paulo post: Irascimini et nolite peccare: loquimini in cordibus uestris super cubilia uestra et tacete. sacrificate sacrificium iustitiae et confidite in domino. In psalmo V: Quoniam non es deus uolens iniquitatem tu. nec habitabit iuxta te malignus: non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum. odisti omnes operantes iniquitatem. perdes loquentes mendacium. uirum sanguinum et dolosum abominabitur dominus. In psalmo XIIII: Domine, quis peregrinabitur in tentorio tuo? et quis habitabit in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam loquiturque ueritatem in corde suo. qui non est facilis in lingua sua neque fecit amico suo malum et obprobrium non sustinuit super uicino suo. despicitur oculis eius inprobus, timentes autem dominum glorificat. iurat, ut se adfligat. et non mutat. pecuniam suam non dedit ad usuram et munera aduersus innoxium non accepit. qui facit haec non mouebitur in aeternum. In psalmo XXIII: Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundo corde, qui non exaltauit frustra animam suam et non iurauit dolose. accipiet benedictionem a domino et

4 Ps. 4, 3 6 ib. 5 et 6 9 Ps. 5, 5—7 13 Ps. 14, 1—5 22 Ps. 23, 3—5

1 iud. terrae] qui iudicatis ẗram *Rv* domino] *om. S* 2 ei in tremore *S* irascaẗ dñs *Rv* 3 uia iusta *Rv* 4 sperant] confidūt *Rv* eo *S*[1] psalmo] *hic et infra semper om. S* quarto *P* 6 et p. post] *om. MPCR* 7 in] *om. Ra* 8 confid&e *M*, fidete *S (cod. Am.)* 9 quinto *P* es] ẽ *MC*, es* *P*, est *a* tu] tu* *P*, *om. a* 10 habitauit *M*[1] 11 operantes] qui opanẗ *Rv* 14 habitauit *C* 16 ueritate *M*[1] facili*s (u *ras.) M* 18 oculus *MC*[1] *Ra* 19 autem] *om. P* glorificant *MPC* 21 accipit *MPCR* mouet~ *R* 22 XXII *R* ascendit *MPCS*[1] 23 aut] et *P*[1]*S* 24 corde *om. M*[1] et non] & *(om.* non) *MC*, nec *R* 25 iurat *P*

iustitiam a deo salutari suo. In psalmo XXVI: Dominus lux mea et salutare meum, quem timebo? dominus fortitudo uitae meae, quem formidabo? Et post IIII uersus: Si steterint aduersum me castra, non timebit cor meum. si surrexerit contra me bellum, in hoc ego confidam. unum petii a domino, hoc requiram, ut habitem in domo domini omnibus diebus uitae meae: ut uideam pulchritudinem domini et adtendam templum eius. Et alio loco: Tibi dixit cor meum: quaesiui uultum eius: faciem tuam, domine, requiram. Et postea: Expecta dominum, confortare, et roboretur cor tuum, et sustine dominum. In psalmo XXVII: Ne tradas me cum impiis et cum operantibus iniquitatem: qui locuntur pacem cum amicis suis, et est malum in corde eorum. In psalmo XXX: Confortamini, et roboretur cor uestrum, omnes qui expectatis dominum. In psalmo XXXI: Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellegentia. in camo et freno maxillas eorum constringe, qui non adproximant ad te. multi dolores impii, confidentem autem in domino misericordia circumdabit. laetamini in domino et exultate, iusti, et gaudete, omnes recti corde. In psalmo XXXII: Laudate, iusti, dominum: rectos decet laudatio. Et alio loco: Beata gens cuius dominus deus eius, populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. In psalmo XXXIII: Benedicam domino in omni tempore: semper laus eius in ore meo. in domino

1 Ps. 26, 1 3 ib. 3 et 4 8 ib. 8 10 ib. 14 11 Ps. 27, 3 14 Ps. 30, 25 15 Ps. 31, 9—11 20 Ps. 32, 1 21 ib. 12 23 Ps. 33, 2—4

1 lux mea dñſ *Sa* 3 IIII] τres *R*, tertius *a* ſτeτerunτ *M^1P^1S* 4 eτ ſı *MP^1R* 5 unam *MPCv* peτı *M^1P^1*, p&ııı *SP^2* 6 hanc *Cv*, et hoc *a* ınhabıτem *PRv* 7 pulcrıτudınē *MR* 9 et postea] *om. P* 10 confortare] *punctis suppos. deletum P* 12 loquıτur *CR* 13 amicis] ꝓxımıſ *S (cf. v)* corda *P*, cordıb, *Sv* cor deorum *C^1* 14 τrıceſımo *R*, XXXI *C* 15 in psalmo XXXI] *om. CR* 16 in *ante* quib.] *om. MP^1RSav* ıntellecτuſ *MPCRv* chamo *$MCRP^2a$* 17 maxıllam *MP^1CR* confrınge *MCa* 18 autem] *om. S* 19 gaudete] glorıamını *CRv* 21 ın alıo *CR* loco] *om. M^1* collaudacıo *R (cf. v)* 22 dñſ *P* 23 dñm *P^1Ra*

laudabitur anima mea: audiant mites et laetentur. magnificate dominum mecum et exaltemus nomen eius pariter. Et post paucos uersus: Gustate et uidete, quia bonus dominus: beatus uir, qui sperat in eo. timete dominum, sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum. leones indiguerunt et esurierunt, quaerentibus autem dominum non deerit omne bonum. uenite, filii, audite me: timorem domini docebo uos. quis est uir qui uelit uitam, diligens uidere dies bonos? custodi linguam tuam a malo et labia tua, ne loquantur dolum. recede a malo et fac bonum: quaere pacem et persequere eam. Et post septem uersus: Iuxta est dominus contritis corde et confractos spiritu saluabit. In psalmo XXXVI: Noli contendere cum malignis, neque aemuleris facientes iniquitatem. quoniam sicut herba uelociter conterentur et sicut holus uiride marcescent. spera in domino et fac bonum, peregrinare in terra et pascere fide. et delectare in domino, et dabit tibi petitiones cordis tui. uolue super dominum uiam tuam et confide in eo, et ipse faciet. et educet sicut lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum sicut meridiem. tace domino et expecta eum: nolui contendere adersus eum qui proficit in uia sua, aduersus uirum qui facit quae cogitat. dimitte iram et relinque furorem: noli contendere, ut male facias. quoniam qui male faciunt interibunt, expectantes autem dominum ipsi hereditabunt terram. adhuc enim modicum, et non erit impius: et cogitabis de loco eius, et non subsistet. mites autem hereditabunt terram et delectabuntur

3 Ps. 33, 9—15 11 ib. 19 13 Ps. 36, 1—11

3 pauca uer̃ *C* quia] quõ *P* bon' ẽ *S* 4 om̃ſ ſcĩ *Sv* 5 leones] al. diuites *a in marg.* 6 querentes *a* 7 erit (de *add. al. m.*) *M* fili *M*[1] 8 dobo (ce *add. al.*) *M* qui *add. al. M* uell& *M*[1], uellit *P*[1]*C* 9 bonuſ *M*[1]*P* 11 ſeptẽ *MCR*, VI *P*, quartus *a* 12 confractiſ *M*[1]*P*[1], confracto *C* ſaluauit *M* 13 XXVI *P* nolite *M*[1] 14 erba *C* 15 oluſ *PRa* marc.] areſcunt *MPC*[1]*R*, areſcent *ac* dñm *MP*[1] 16 bonitatẽ *S* poſtegrinare *P*[1] et *ante* delect.] *om. Sa* 17 petitioniſ *M*[1]*P*[1] 18 educit *M*[1]*P*[1] 20 dñm *S* 21 ꝓfecit *MP*[1]*R*, pfecit *C*[1] 25 cogitabam *C*[1]*R* 26 ſubſiſtit *M*[1]*P*[1]*S* mitiſ *M*[1]*P*[1] delectabit̃ *a*

in multitudine pacis. Et paulo post: Melius est paruum iusto quam diuitiae impiorum multae. quia brachia impiorum confringentur: subleuat autem iustos dominus. Et aliquanto post: Recede a malo et fac bonum. Et alibi: Expecta dominum et custodi uiam eius: et exaltabit te, ut possideas terram. custodi simplicitatem et uide rectum: quia erit ad extremum uiro pax. In psalmo XXXVIIII: Beatus uir, qui posuit dominum confidentiam suam et non est auersus ad superbias pompasque mendacii. In psalmo XLIII: In domino gaudebimus tota die et in nomine tuo in aeternum confitebimur. Et paulo post: Omnia haec uenerunt super nos, et non sumus obliti tui, nec mentiti fuimus in pacto tuo. non est conuersum retro cor nostrum, nec declinauerunt gressus nostri a semita tua. quoniam deiecisti nos in loco draconum et operuisti nos umbra mortis. si obliti sumus nominis dei nostri et expandimus manus nostras ad deum alienum, numquid non deus inuestigabit istud? ipse enim nouit cogitationes cordis. quoniam propter te mortificati sumus tota die, reputati sumus ut grex occisionis. In psalmo XLVI: Canite deo, canite: canite regi nostro, canite. quia rex uniuersae terrae deus, canite erudite. In psalmo XLVIIII: Immola deo laudem et redde altissimo uota tua. et inuoca me in die tribulationis: liberabo te, et glorificabis me. impio autem dixit deus: quid tibi est cum narratione praeceptorum meorum et ut sumas pactum meum in ore tuo? qui odisti disciplinam

1 Ps. 36, 16 et 17 3 ib. 27 4 ib. 34 et 37 7 Ps. 39, 5 9 Ps. 43, 9 11 ib. 18—22 19 Ps. 46, 7 et 8 21 Ps. 49, 14—23

1 multitudinem M^1P^1 poſt pał *P* paruu M^1, parũ M^2P^2C *RSav* 2 iuſtum P^2 quam diu. i. m.] ſup diuitiaſ impiorum multaſ MP^2CR *(cf. v)* 3 poſt aliquantum *a* 5 eius] *om.* P^1 exaltauit M^1P^1 6 et alibi: cuſtodi *a* poſſideaſ *in ras. P* 7 ab extremo *S* XXXVIII *S* 8 dominum] in deũ *a* ɔfiduciam *R* auersus] u'ſus *R* 9 XLVI P^1 10 ɔfitebimur in eternũ *R* 12 &|ſumuſ *(om.* non) *S* ſimuſ MP^1C in peccato C^1, in **|pacto (p *in marg. add. al. m.) M* 15 operuit P^2 17 inueſtigauit *C*, inuiſtigauit M^1 illud *R* 19 can&e M^1 20 rege M^1P quia] quõ *P* 21 deus] *om.* P^1 23 autem] aũ *in ras. ab al. m. P* 25 et] *om. Ra* ſumaſ (aſ written above) (aſ *s. lin. add. al. m.) C*

et proiecisti uerba mea post te. si uidebas furem, consentiebas ei: et cum adulteris erat pars tua. os tuum dimisisti ad malitiam, et lingua tua concinnauit dolum. sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, et aduersus filium matris tuae fabricabaris obprobrium. haec fecisti, et tacui: existimasti futurum me similem tui: arguam te et proponam ante oculos tuos. intellegite hoc, qui obliuiscimini deum, ne forte capiam et non sit qui liberet. qui immolat confessionem, glorificat me: et qui ordinate ambulat, ostendam ei salutare dei. In psalmo L: Ab iniquitate mea et a peccato meo munda me. quoniam iniquitatem meam ego agnoui et peccatum meum contra me est semper. Et alibi: Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies. In psalmo LI: Quid gloriaris in malitia, potens? misericordia dei tota est die. insidias cogitat lingua tua, quasi nouacula acuta faciens dolum. dilexisti malum magis quam bonum, mendacium magis quam loqui iustitiam. dilexisti omnia uerba ad deuorandum, lingua dolosa. sed deus destruet te in sempiternum: terrebit et euellet te de tabernaculo et eradicabit te de terra uiuentium. uidebunt iusti et timebunt et super eum ridebunt: ecce uir, qui non posuit deum fortitudinem suam, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: confortatus est in insidiis suis. ego autem sicut oliua uirens in domo dei, speraui in misericordia dei

10 Ps. 50, 4 et 5 12 ib. 19 14 Ps. 51, 3—11

1 post te] poſte *P* 2 erit M^1 3 doluſ P^1 aduerſū S^2 4 tuum] *om.* MPC^1R aduerſū MCS^2a 5 fabricauerıſ M^1, fabricaueraſ M^3C^1Ra 6 tui] tibi P^2 proponam te P^2 *(cod. Am.)* 7 deum] dñm *P* capiat S^1 9 ordin.] odierna te *C* salutare] ſaluatorem *S* dei] meum P^1 *(cod. Am.)* 10 quinquageſimo *S* 11 iniquitateſ meaſ ego noui *S*, *a in marg. (cod. Am.)* cognoui *a* 13 despicies] ſpernit P^1, diſpiciet P^2 *in marg.* 15 dei] dñi *MCRa* die eſt *a* cogitauit *S (cod. Am.)* 18 linguā doloſā *P* 19 terrebit te *Sa* uell& C^1 *(cod. Am.)* 20 eradicauit M^1P^1 22 multitudinem M^1P 23 suis] *s. lin. add. al. m. C* 24 *uerba:* in misericordia d. i. s. s. confitebor tibi *om. man. prim., add. m. al., sed uocabulo* saeculum *omisso P*

in saeculum sempiternum. confitebor tibi in saeculum, quoniam fecisti: et expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum. In psalmo LXI: Sperate in eo omni tempore, populi, effundite coram illo cor uestrum: deus spes nostra est. uerumtamen uanitas filii Adam, mendacium filii uiri: in stateris dolosis fraudulenter agunt simul. nolite confidere in calumnia, et in rapina ne frustremini. diuitiae si affluxerint, ne adponatis cor. In psalmo LXIII: Laetabitur iustus in domino et sperabit in eo. In psalmo LXVIII: Quia propter te portaui obprobrium: operuerit confusio faciem meam. alienus factus sum fratribus meis et peregrinus filiis matris meae. quia zelus domus tuae comedit me, et obprobrium exprobrantium tibi cecidit super me. et fleui in ieiunio animam meam, et factum est in obprobrium mihi. et posui uestimentum meum saccum, et factus sum illis in parabolam. contra me loquebantur qui sedebant in porta et cantabant bibentes uinum. Et aliquanto post: Laudabo nomen dei in cantico et magnificabo eum in confessione. et placebit domino super uitulum nouellum, cornua efferentem et ungulas. uidentes mansueti laetabuntur. qui quaeritis dominum, uiuet anima uestra. quoniam exaudiuit pauperes dominus. In psalmo LXXII: Quia ecce qui elongant se a te, peribunt: perdidisti omnem fornicantem a te. mihi autem adpropinquare deo bonum est: posui in domino deo spem meam, ut narrem omnes adnuntiationes tuas. In psalmo LXXV: Vouete et reddite domino deo uestro: omnes qui

3 Ps. 61, 9—11 9 Ps. 63, 11 10 Ps. 68, 8—13 17 ib. 31—34 22 Ps. 72, 27 et 28 26 Ps. 75, 12 et 13

1 τıbı dñe *Sa* ſaeculo *S* quoniam] quem P^1 2 et] *om.* M^1 bonum] *om.* P^1 4 cor∗∗ (*ras.* da) ur̃m (m *in ras.*) *M*, corda ur̃a *av* 5 fılı M^1P^1 6 fraudolenτer *S* aganτ P', gunτ (*sic*) M^1 8 fluxerınτ *PSa* (*cod. Am.*) adponeτıſ MP^1C 9 ſperauıτ M^1P eũ M^2P^1CR 12 fılıuſ P^1C, fı uſ *M* cõmedıτ *M*, commedıτ *P* 13 opprobrıa . . cecıderũτ *R* 14 *uerba:* et factum est — — meum saccum *om.* MP^1CRSa, *in marg. add.* P^2 16 parabulam M^1P 17 aliquanto] alıco M^1 19 domino] dõ *CSav* 20 afferenτẽ *C* 21 querenτeſ M^1, quereτıſ *P* uıuıτ *S* 23 mihi] *om.* M^1 26 uouıτe M^1P redıτe M^1

in circuitu eius sunt offerent dona terribili, auferenti spiritum ducum, terribili regibus terrae. In psalmo LXXVII: Ausculta, populus meus, legem meam: inclinate aurem uestram ad uerba oris mei. aperiam in parabola os meum, loquar aenigmata antiqua. Et alio loco: Et narrabunt filiis suis, ut ponant in deo spem suam et non obliuiscantur cogitationum eius et mandata eius custodiant. In psalmo LXXX: Laudate deum fortitudinem nostram, iubilate deo Iacob. Et alio loco: Israhel, si audieris me: non sit in te deus alienus, et non adores deum peregrinum. ego sum dominus deus tuus. In psalmo LXXXI: Vsquequo iudicatis iniquitatem et facies impiorum suscipitis? iudicate pauperi et pupillo, egeno et inopi iustificate. In psalmo LXXXIII: Beati qui habitant in domo tua, adhuc laudabunt te. beatus homo, cuius fortitudo est in te, semitae in corde eius: transeuntes in ualle fletus fontem ponent eam. benedictionem quoque amicietur doctor: ibunt de fortitudine in fortitudinem, parebunt apud deum in Sion. Et paulo post: Quoniam melior est dies in atriis tuis super milia. elegi abiectus esse in domo dei mei magis quam habitare in tabernaculis impietatis. In psalmo XCI: Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo, altissime. In psalmo XCIII: Intellegite, stulti in populo: et insipientes, aliquando discite. Et paulo post: Beatus uir, quem erudieris, domine, et de lege tua docueris eum, ut quiescat diebus adflictionis, donec fodiatur impio interitus. In

2 Ps. 77, 1 et 2   5 ib. 6 et 7   7 Ps. 80, 2   9 ib. 9—11   11 Ps. 81, 2 et 3   13 Ps. 83, 5—8   18 ib. 11   21 Ps. 91, 2   22 Ps. 93, 8   23 ib. 12 et 13

1 auferenſ *MP*¹*Ra*   2 ducum] deficienciũ *(del. al. m.) R*   psalmo] ſal *M*   4 ad] in *PSv*   parabula *P*, parabula* *M*   5 et alio loco] ad allc *MC*, ad alleluya *R*   et narrabunt] enarrabunt *MPCR*   6 cogitationem *MPCRa*   8 deum] dñm *Ca*   10 adoraſ *P*¹   tuus] ueſter *a*   12 suscipitis] ſumitis *Rv*   egenũ et inopem *R*   13 et inopi] aethiopi *P*¹   16 benedictione *M*¹*Ra*   17 doctus *Ra*   de] in *M*¹ *(cod. Am.)*   18 dies] *add.*: una *P*¹   19 elege *S*¹   mei] *om. MP*¹*CRa*   20 impi&aſ (ti *supra*) *sic in ras. ab al. m. M*   21 XCIII *(in ras. a pr. m.) P*   24 quem tu *P*²   25 a dieb, *P*¹   fodietur *P*²

psalmo XCIIII: Venite, adoremus et curuemur, flectamus genua ante faciem domini factoris nostri. Et post II uersus: Hodie si uocem eius audieritis, nolite indurare corda uestra: sicut in contradictione, sicut in die temptationis in deserto. In psalmo XCV: Cantate domino canticum nouum, cantate domino, omnis terra. cantate domino, benedicite nomini eius, adnuntiate de die in diem salutare eius. narrate in gentibus gloriam eius, in uniuersis populis mirabilia eius. Et post VI uersus: Adferte domino, familiae populorum, adferte domino gloriam et fortitudinem. adferte domino gloriam nomini eius, leuate munera et introite in atria eius. adorate dominum in decore sanctuarii. In psalmo XCVI: Qui diligitis dominum, odite malum. Et post III uersus: Laetamini, iusti, in domino et confitemini memoriae sanctae eius. In psalmo XCVII: Iubilate domino, omnis terra: uociferamini et laudate et canite. In psalmo XCVIII: Exaltate dominum deum nostrum et adorate scabellum pedum eius, quia sanctus est. In psalmo XCVIIII: Iubilate domino, omnis terra, seruite domino in laetitia. ingredimini coram eo in laude. scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos, et ipsius sumus. Et post I uersum: Ingredimini portas eius in gratiarum actione, atria eius in laude: confitemini ei. In psalmo C: Deambulabo in simplicitate cordis mei in medio domus meae. non ponebam coram oculis meis uerbum Belial. facientem declinationes odiui, nec adhaesit mihi. cor prauum re-

1 Ps. 94, 6 3 ib. 8 et 9 5 Ps. 95, 1—3 9 ib. 7—9 12 Ps. 96, 10 13 ib. 12 15 Ps. 97, 4 16 Ps. 98, 5 18 Ps. 99, 2 21 ib. 4 23 Ps. 100, 2—8

2 II] IIII P^1, II* (us *ras.*) *R*, ſex *a* 3 indur.] obτurare S^1, obdurare S^2*Rav* 6 domino *alt.] om. R* nomıne M^1 8 in *ante* uniuersis *om. a* eius *post* mir. *om.* MP^1R VI] VI' *R*, III *S*, tres *a* 11 in *ante* dec. *om. C* 13 III] III' *R*, ſecundus *a* 14 ſcē C^1, ſcī$^{\widetilde{tat}}$ *corr.* C^2 16 can&e M^1P^1 exulτaτe *C* 17 ſcabıllũ M^1 *(cod. Am.)* ſctm̃ *a* est] *om.* C^1, *s. lin.:* dñſ d̃ſ nr̃ *add.* C^2 18 psalmo] ſal̄ *M* 19 eo] illo *a* 20 ipsius] ıp̄ı *R* et ipsius sumus] eτ non ıpſı noſ C^2*av* 24 meae] τuę MP^1C ꝑponebam P^2*Rv* uerba *a* 25 *post* prauum *distinx.* M^1*CRa (cf. v)*

cedet a me: malum nesciebam. loquentem in abscondito contra proximum suum, hunc interficiam. superbum oculis et altum corde, cum hoc esse non potero. oculi mei ad fideles terrae, ut habitent mecum: ambulans in uia simpliciter, hic ministrabat mihi. non habitabit in medio domus meae faciens dolum: loquens mendacium non placebit in conspectu oculorum meorum. mane perdam omnes impios terrae, ut interficiam de ciuitate domini uniuersos qui operantur iniquitatem. In psalmo CII: Misericordia autem domini ab aeterno et usque in aeternum super timentes eum. et iustitia eius super filios filiorum his qui custodiunt pactum eius et recordantur praeceptorum eius ad facienda ea. In psalmo CIIII: Confitemini domino et inuocate nomen eius: notas facite populis cogitationes eius. canite ei et psallite illi: loquimini in uniuersis mirabilibus eius. exultate in nomine sancto eius: laetetur cor quaerentium dominum. quaerite dominum et uirtutem eius, quaerite faciem eius iugiter. recordamini mirabilium eius, quae fecit, signorum et iudiciorum oris eius. In psalmo CVII: Paratum cor meum, deus: cantabo et psallam: sed et gloria mea. consurge, psalterium et cithara, consurgam mane. confitebor tibi in populis, domine, cantabo te in nationibus. In psalmo CX: Confitebor tibi, domine, in toto corde meo, in consilio iustorum et congregatione. Et alio loco: Principium sapientiae timor domini: doctrina bona cunctis qui faciunt eam: laus eius perseuerans iugiter. In

9 Ps. 102, 17 et 18 12 Ps. 104, 1—5 19 Ps. 107, 2—4 22 Ps. 110, 1 23 ib. 10

1 recede *C* (recide *cod. Am.*), recedentē *Ra* nesciā *S* 2 interficiebam *Ra* 3 fideliſ P^1 5 habitant P^1 6 dolū *S* (*cod. Am.*): malum *MPCRa* 9 misericordiam P^1 11 hı P^1*S*, híiſ *R* recordabunт̄ *a* 13 domino] *om. R* et] *om.* M^1 14 cani∗te (ı *in ras.*) *M*, cantate *R* illi] *corr. m. 1, quae ante habuerat* ei *M*, ei *R* 15 et exultate P^2 17 iugiter *in ras. al. m. M* 19 canto *MPC* 20 fallā *M* *supra uerba* canto et psallam *alia lectio erasa P* et *ante* glor. *om.* P^1 salterium M^1 cythara *PS* 22 tibi domine] domino *cod. Am.* 23 ɔcilio *R* alio in *S*, in alio *a* 24 sapientiū *S* 25 ea *M*

psalmo CXI: Beatus uir, qui timet dominum: in mandatis eius uolet nimis. Et post V uersus: Bonus uir clemens et faenerans, dispensabit uerba sua in iudicio: quia in aeternum non commouebitur. in memoria sempiterna erit iustus: ab auditu malo non timebit. paratum cor eius confidens in domino: firmum cor eius non timebit, donec aspiciat in hostibus suis. dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius permanet in aeternum, cornu eius exaltabitur in gloria. impius uidebit et irascetur, dentibus suis frendet et tabescet: desiderium impiorum peribit. In psalmo CXII: Laudate, serui, dominum. laudate nomen domini. sit nomen domini benedictum a modo et usque in aeternum. ab ortu solis usque ad occasum eius laudabile nomen domini. In psalmo CXIII: Idola gentium argentum et aurum, opus manuum hominum. os habent et non loquentur, oculos habent et non uidebunt, aures habent et non audient, et cetera. Et paulo post: Similes illis fiant qui faciunt ea, omnes qui confidunt in eis. Israhel confidit in domino: auxiliator et protector eorum est. domus Aaron confidit in domino: auxiliator et protector eorum est. timentes autem dominum confidunt in domino: auxiliator et protector eorum est. In psalmo CXV: Credidi propter quod locutus sum. ego adflictus sum nimis. Et post II uersus: Quid reddam domino pro omnibus quae retribuit mihi? calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo. gloriosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et post III uersus:

1 Ps. 111, 1 2 ib. 5—10 10 Ps. 112, 1—3 13 Ps. 113, 4—6 16 ib. 8—11 21 Ps. 115, 10 22 ib. 12 et 13 et 15 25 ib. 17—19

2 V' *R*, q̄rt' *a* 3 foeneranſ *S* quia] quı *P* 4 sempiterna] eτ'na *Rv* 5 audıτo mala P^1 eıuſ *in ras. 6 uel 7 litt. al. m. M* 6 aſ******pıcıaτ (ſ *in ras.) M* 7 suis] meıſ P^1 iustitia eius] *om. CR* 9 ıraſcıτur MPC^1 suis] *om. a* 11 ãmodo *a* 12 et] *om. R* 13 CXII P^1 15 uıdenτ MP^1CSa 16 ſımılıſ M^1 illis] *om. MR* 17 & *ante* omnes *elut. M* confıdıτ MP^1C^1 18 confıd& *S (cod. Am.)* auxiliator] adıuτor *Pv* 19 aron M^1 20 autem] *om. PS (cod. Am.)* dominum] dño M^1 auxiliator] adıuτor P^1v 22 ego auτem *Pv* II] V *MC*, V' *R*, I *P* poſt aliquantum *a* 23 redam M^1, reτrıbuam *Rv* mihi] *om. CR* 24 *post* inuocabo *uers. 14:* uoτa mea dño reddam coram omnı populo eıuſ *superscr. al. m. P* 25 III' *R*, tertius *a*

Tibi immolabo hostiam laudis et in nomine domini inuocabo. uota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini, in medio tui, Hierusalem. In psalmo CXVI: Laudate dominum, omnes gentes: conlaudate eum, uniuersi populi. In psalmo CXVII: Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. dicat nunc Israhel, quoniam in aeternum misericordia eius. dicat domus Aaron, quoniam in aeternum misericordia eius. dicant qui timent dominum, quoniam in aeternum misericordia eius. cum tribularer, inuocaui dominum, et exaudiuit me in latitudine dominus. Et post V uersus: Melius est sperare in domino quam sperare in homine. melius est sperare in domino quam sperare in principibus. Et post VIII uersus: Fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem. uox laudis et salutis in tabernaculis iustorum. In psalmo CXVIII: Beati inmaculati in uia, qui ambulant in lege domini. beati qui custodiunt testimonia eius, in toto corde requirunt eum. Et alio loco: Et ambulabo in spatioso, quia praecepta tua quaesiui. et loquar in testimoniis tuis coram regibus. et non confundar. et delectabor in mandatis tuis, quae dilexi. et leuabo manus meas ad mandata tua, quae dilexi: et loquar in praeceptis tuis. Et post IIII uersus: A lege tua non declinaui. recordatus sum iudiciorum tuorum a saeculo. domine, et consolatus sum. horror obtinuit me ab impiis, qui dereliquerunt legem tuam. carmina erant mihi

4 Ps. 116, 1 5 Ps. 117, 1—5 11 ib. 8 et 9 13 ib. 14 et 15 16 Ps. 118, 1 et 2 18 ib. 45—48 22 ib. 51—63

2 redam *M*[1] omnef *MP*[1] 3 hyerufalem *P*[1] 4 CXVII *C* conlaudate] laudaтe *Sav* 5 CXVIII *Ca* 6 in aeternum] ın feculū *Rv, om. S* 8 nunc domuf *PC*[2]*av* *uerba:* quoniam in ae. m. eius *om. initio lineae S* dıcanт nunc *C*[2]*v* eius] *om. P*[1] dıcaт nunc quı тımeт *P* 9 eius] *om. initio lineae S* 10 laтıтudınem *M*[1]*P*[1] *Ca* 11 V] II *S*, duos *a* est] *om. S* 12 est] *om. MC, supra lin. add. m. 1 in S* 13 VIII] quint' *a* 17 custodiunt] fcruтanтur *P*[1]*v* exquırunт *Sav* 18 loco III *M*[1] ambulabam *Rv* 19 loquebar *CRv* 21 ad mandata] a mandaтa *M*[1] 22 loquar *P sed* ar *in ras. 3 litt.*, loquebar *C* IIII] VII *S* 24 obтı*nuıт *(litt. eluta) M*, opтınuıт *CRS* 25 erant] eruaт (a *in* ɴ *mut. al. m.) C*

praecepta tua, in domo peregrinationis meae. recordatus sum in nocte nominis tui, domine, et custodiui legem tuam. hoc factum est mihi, qui praecepta tua custodiui. pars mea, domine, dixi, ut custodiam uerbum tuum. deprecatus sum uultum tuum in toto corde: miserere mei secundum eloquium tuum. recogitaui uias meas et conuerti pedes meos ad testimonia tua. festinaui et non neglexi custodire mandata tua. funes impiorum implicauerunt me: legem tuam non sum oblitus. medio noctis surgam ad confitendum tibi, super iustitiam iustificationis tuae. particeps ego sum omnium timentium te et custodientium praecepta tua. Et post paucos uersus: Ego autem in toto corde seruabam praecepta tua. incrassatum est uelut adeps cor meum, et ego in lege tua meditabar. bonum mihi quia adflictus sum, ut discerem praecepta tua. melior mihi est lex oris tui super milia auri et argenti. Et post paucos uersus: Quia lex tua delectatio mea. Et post paululum: Ego autem loquar in praeceptis tuis. Item paulo post: Praecepta tua non sum oblitus. Et post II uersus: Foderunt mihi superbi foueas, quae non erant iuxta legem tuam. Et post II uersus: Paulo minus consumpserunt me in terra: ego autem non dimisi praecepta tua. Et post VII uersus: Nisi quod lex tua delectatio mea, forte perissem in pressura mea. in sempiternum non obliuiscar praeceptorum tuorum: quia per ipsa uiuificasti me. tuus ego

12 Ps. 118, 69—72 16 ib. 77 17 ib. 78 18 ib. 83 19 ib. 85 20 ib. 87 22 ib. 92—97

1 sum] eũ *R* ın nocтe ſum P^1 2 hoc facтuſ P^1Ca, hec facтa *R* 4 domine] dñs *a* 5 corde meo P^2 6 conuerтı**** (nını *ras.*) *M* ad testim.] aтeſтımonıa M^1 7 neglegı M^1 9 medıa nocтe *Sav* ſurgebam *RSav* iustitiam] ıudıcıa P^2*Sav* 10 ıuſтıfıcaтıoneſ тuaſ *C* timent.] тeſтımonıum P^1 11 praecepta] mandaтa *Sav* тua] mea M^1 12 тua *corr. m. 1, quae ante habuerat* mea *M* 13 meum] eorum *av* ego] *om. R* medıтabor *P* 14 ut] *om.* P^1 15 eſт mıchı *R* (*cf. cod. Am.*) 16 paucos uersus] paululũ *R* delectatio] medıтaтıo (-cıo *R*) P^1*RSav* mea eſт *Rav* 17 *uerba:* et post paul. ego a. l. i. p. tuis *om. R* autem] *in ras. P* item paulo post] & poſт paululũ *CRa* 18 *et* 20 II] ſecundus *a* 20 et] *om.* P^1 conſumſerunт *MC* 21 тerram P^1 22 VII *S:* III *MFCR*, quintus *a* delectatio] medıтaтıo *PSv* 23 p̃ſura M^1

sum, salua me: quoniam praecepta tua quaesiui. me expectauerunt impii, ut perderent me: testimonium tuum considerabo. omni consummationi uidi finem: latum mandatum tuum nimis. quam dilexi legem tuam! tota die haec meditatio mea. Et paulo post: Ab omni semita mala prohibui pedes meos, ut custodirem uerba tua. a iudiciis tuis non recessi, quia tu inluminasti me. quam dulce gutturi meo eloquium tuum! super mel ori meo. praecepta tua considerabam: propterea odiui omnem semitam mendacii. lucerna pedi meo uerbum tuum et lux semitae meae. Et post V uersus: Anima mea in manu mea semper, et legis tuae non sum oblitus. posuerunt impii laqueum mihi, et a praeceptis tuis non aberraui. hereditas mea testimonia tua in sempiternum: quia gaudium cordis mei sunt. inclinaui cor meum, ut facerem iustitias tuas propter aeternam retributionem. tumultuosos odiui et legem tuam dilexi. protectio mea et scutum meum tu es: uerbum tuum expectaui. recedite a me, maligni, et custodiam mandata dei mei. Et post VII uersus: Quasi scoriam conputasti omnes impios terrae: propterea dilexi testimonia tua. horripilauit a timore tuo caro mea, et iudicia tua timui. feci iudicium et iustitiam, ne derelinquas me his qui calumniantur me. Et post paucos uersus: Propterea dilexi mandata tua super aurum et topazium. propterea in uniuersa praecepta tua direxi: omnem semitam mendacii odio habui. mirabilia testimonia tua: idcirco custodiuit ea anima mea. Et

5 Ps. 118, 101—105   10 ib. 109—115   18 ib. 119—121   22 ib. 127—129

1 ſū ego *C*   3 omnem (omne P^1) conſummationem MP^1C, omni cōſūmatione *a*   4 haec] *om. Sav*   5 meos] *om.* MP^1C 6 cuſtodiam *Sav*   recessi] declinaui P^1v 7 quam] quē M^1, quia P^1 dulcia P^1 9 omnem ſemitam odiui P^1 pedib, meiſ *Sv*   10 post V uersus] palū M^1, pauł ·u· ū *C*, poſt III u'ſus *R*, poſt,quart' u. *a*   anima* *M*   11 poſuerunt ** (me *ras.*) *M*   13 sempiternum] æternum *Sv*   14 iuſtificationes *CRav*   15 odii MP^1RS 18 VII] III P^1, quart' *a*   ſchoriā *M*, ſcoriam (ſc *in ras.*) *P*   cōputaſtiſ *S*   20 horripilauit. alia edit̃ ħab. confige timore · t · c · *in marg. adnot.* P^2 23 topadium MP^1C^1, topazion P^2v 24 dilexi *Sv*   m̃daci *C*

post II uersus: Os meum aperui et respiraui: quia mandata tua desiderabam. Et alio loco: Consumpsit me zelus meus. quia obliti sunt uerborum tuorum hostes mei. probatus sermo tuus nimis, et seruus tuus dilexit illum. paruulus ego sum et contemptibilis, sed praecepta tua non sum oblitus. Et post III uersus: Mandata tua uoluntas mea. Et paulo post: Vide adflictionem meam et eripe me: quia legis tuae non sum oblitus. Et post VI uersus: Multi qui persecuntur me et adfligunt me: a testimoniis tuis non declinaui. uidi praeuaricatores tuos et maerebam: quia uerbum tuum non custodierunt. uide quoniam praecepta tua dilexi, domine: iuxta misericordiam tuam uiuifica me. Et post IIII uersus: Gaudens ego sum in eloquio tuo sicut qui inuenit spolia multa. mendacium odio habui et detestatus sum: legem autem tuam dilexi. septies in die laudaui te super iudiciis iustitiae tuae. pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. expectabam salutare tuum, domine, et mandata tua feci. custodiuit anima mea testimonia tua et dilexit ea nimis. custodiui praecepta tua et testimonia tua. quia omnes uiae meae in conspectu tuo. Et post VIII uersus: Sit manus tua auxiliatrix mea: quia praecepta tua elegi. desideraui salutare tuum, domine, et lex tua uoluntas mea. Et post II uersus: Erraui quasi ouis perdita: quaere seruum tuum, quia mandatorum tuorum non sum oblitus. In psalmo CXVIIII: Ego pacifica loquebar, et illi debellabant ea.

1 Ps. 118, 131 2 ib. 139—141 6 ib. 143 7 ib. 153 8 ib. 157—159 12 ib. 162—168 21 ib. 173 et 174 23 ib 176 25 Ps. 119, 7

1 II' *R*, ſecundus *a* aparuı *M* 2 conſũmıt *M*, conſumıt *CR* 3 oblıtuſ ſum *et* hoſtıſ P^1 hoſtı M^1 4 tuus *alt.] om. R* ıllud P^2S paruoluſ M^1 6 III] terti' *a* poſt paul *P* 7 legıſ (egıſ *in ras.) M* 8 VI] quart' *a* 9 tuis] *om. S* p̃uaricantes *a* 10 tuoſ *in ras. M* 11 uıdı *M* 12 IIII] tertius *a* 16 tuam dñe *P* 18 cuſtodıuı* *S* 19 dılexı P^2RS *(cod. Am.)*: dılexıt MP^1 *C̈av̇* tua *alt.] om. R* 20 omnıſ P^1 VIII] III *P*, quintus *a* 22 lex tua meditatio mea eſt *(in marg.:* ał. uolũtas) *a* 23 et post II uersus] *om. S* II' *R*, ſecundus *a* 24 tuum] *om. Ca* oblitus] *om.* P^1 25 debellabunt M^1; bellantıa *S (a in marg.)*

In psalmo CXXI: Rogate pacem Hierusalem: sit bene his qui diligunt ea. Et post II uersus: Propter fratres meos et amicos meos loquar pacem tibi. propter domum domini dei nostri quaeram bona tibi. In psalmo CXXII: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelis. ecce sicut oculi seruorum ad manus dominorum suorum, sicut oculi ancillae ad manus dominae suae, sic oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. In psalmo CXXIIII: Qui confidunt in domino quasi mons Sion: inmobilis in aeternum habitabilis in Hierusalem. In psalmo CXXVII: Beatus omnis qui timet dominum, qui ambulat in uiis eius. In psalmo CXXVIIII: Sustinui dominum, sustinuit anima mea et uerbum eius expectaui. In psalmo CXXX: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: et non ambulaui in magnis et in mirabilibus super me. si non praeposui et silere feci animam meam, sicut ablactatus ad matrem suam, ita ablactata ad me anima mea. expecta, Israhel, dominum, a modo et usque in aeternum. In psalmo CXXXII: Ecce quam bonum et quam decorum habitare fratres in unum. In psalmo CXXXIII: Ecce benedicite dominum, omnes serui domini. qui statis in domo domini in noctibus. leuate manus uestras in sanctum et benedicite dominum. In psalmo CXXXIIII: Laudate nomen domini: laudate, serui, dominum. qui statis in domo domini, in atriis domus dei nostri. laudate

1 Ps. 121, 6 2 ib. 8 et 9 4 Ps. 122, 1 et 2 8 Ps. 124, 1 10 Ps. 127, 1 12 Ps. 129, 4 13 Ps. 130, 1—3 18 Ps. 132, 1 20 Ps. 133, 1 et 2 23 Ps. 134, 1—3

1 in ps. CXXI] *om. S* 2 eam P^1*Ra*, τe *S (cod. Am.)* IIʳ *R*, ſecundus *a* 3 et] *om.* P^1 amicos] proxımoſ *CRav* loquebar *CRS av* 4 quaerebam *Rav* 5 habıτaτ P^1 *uerba:* sicut oculi seruorum a. m. d. suorum *om.* P^1 6 ad] ın P^2*Sv* 7 manum *Sa* nostri] τuı *M*P^1*a* 10 habıτabūτ *R*, inhabitabilis *a* in] *om. Sa (cod. Am.)* hyeruſalem *P* beaτı omneſ quı τımenτ *Sav* 11 ambulanτ *PSav* eius] *om.* P^1 15 propoſuı *Ra (cod. Am.)* 17 expecτaτ *MC*, expecτaτ** *(ras.* ıſ*) P* 18 et] *om. MCR* aetern.] ſempıτernū *R* 19 bonum eſτ *Sa* decorem M^1, ał. ıocundū *marg. a (cf. v)* 21 in domo domini in atriis domus dei nostri *av* 22 sanctum] ſecłū M^1, ſęculū *C*, celū | ad ſcm̄ *(s. lin.:* ul' ſcl'm *add. al. m.) R*, ſctā *a* dn̄o *Sa*

dominum, quoniam bonus dominus: cantate nomini eius, quoniam decens. Et paulo post: Idola gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. os habent et non loquentur, oculos habent et non uidebunt, et cetera. Et post pauca: Similes illis fiant qui faciunt ea, omnes qui confidunt in eis. domus Israhel, benedicite domino: domus Aaron, benedicite domino: timentes dominum, benedicite domino. In psalmo CXXXV: Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. confitemini deo deorum, quoniam in aeternum misericordia eius. confitemini domino dominorum, quoniam in aeternum misericordia eius. Et in fine psalmi: Confitemini deo caeli, quoniam in aeternum misericordia eius. In psalmo CXXXVI: Si oblitus fuero tui, Hierusalem, in obliuione sit dextera mea. adhaereat lingua mea gutturi meo, si non recordatus fuero tui, Hierusalem, si non praeposuero Hierusalem in principio laetitiae meae. In psalmo CXXXVIII: Nonne odientes te, domine, odiui et contra aduersarios tuos distabui? perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. In psalmo CXXXVIIII: Ne des, domine, desideria impii: scelera eius ne effundantur, et eleuentur. Et post IIII uersus: Vir linguosus non dirigetur in terra. In psalmo CXL: Corripiat me iustus in misericordia et arguat me: oleum amaritudinis non inpinguet caput meum. Et post V uersus: Quoniam ad te, domine, domine, oculi mei: in te speraui, ne

2 Ps. 134, 15 et 16 5 ib. 18—20 8 Ps. 135, 1—3 12 ib. 26 13 Ps. 136, 5 et 6 16 Ps. 138, 21 et 22 19 Ps. 139, 9 21 ib. 12 22 Ps. 140, 5 24 ib. 8

1 camte *C* 2 paulo p.] poſt pauca (ptuca *M*[1]) *MCRa* 3 manuum] *om. P*[1] 4 *uerba:* oculos h. e. n. uidebunt *om. R* post pauca] p; p*uaca (*ras.* a) *M*, p; paulo *P*[1], paulo poſt *Sa* 5 ſmılıſ *M*[1]*a* et oẽs qui | fidunt *a* om̃ſ *MCS* confıdıt *MC* 6 *et* 7 *init.* domino] dñm *Ra* aarom *M* 7 dñm *bis P* 9 misericordia eius] *bis om. R* 10 in aetern. miseric. eius] *om. S* 11 finẽ *P* 13 *et* 15 hyeruſalem *P* 15 *tuı *M*[2] Hierusalem] *om. S* ꝑpoſuero *P*[1]*R* 16 centıſſımo XXXVIII *P* 19 ımpııſ *celera (ſ *elut.*) *M* ımpııſ *P*[2]*a* 20 scel.] ſtella *R* ne] nec *MP* III *R*, tertius *a* 21 dırıgıtur ſuper terram *P*[1] 22 corrıpı& *MCRa* arguet *Pa* 23 V' *R*, quartus *a* uerſus quınq, *S* 24 domine *alt. om. a*

euacues animam meam. In psalmo CXLI: Voce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus sum. effundam in conspectu eius eloquium meum, tribulationem meam coram illo adnuntiabo. Et post VII uersus: Clamaui ad te, domine, dixi: tu es spes mea, pars mea in terra uiuentium. In psalmo CXLII: Meditabar in omnia opera tua, facta manuum tuarum loquebar. expandi manus meas ad te: anima mea quasi terra sitiens ad te. Et post III uersus: Fac me audire mane misericordiam tuam, quoniam in te confido. notam fac mihi uiam, in qua ambulo, quoniam ad te leuaui animam meam. libera me de inimicis meis, domine: ad te protectus sum. In psalmo CXLIII: Libera me et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est uanitatem. et dextera eorum dextera mendacii. ut sint filii nostri quasi plantatio crescens in adulescentia sua. filiae nostrae quasi anguli ornati ad similitudinem templi. promtuaria nostra plena et supereffundentia ex hoc in illud. pecora nostra in milibus et innumerabilia in compitis nostris: tauri nostri pingues. non est interruptio, et non est egressus, et non est ululatus in plateis nostris. beatus populus, cuius talia sunt, beatus populus, cuius dominus deus suus. In psalmo CXLIIII: Exaltabo te, domine, deus meus, rex, et benedicam nomini tuo in aeternum et ultra. in omni die benedicam tibi et laudabo nomen tuum in sempiternum iugiter. Et post II uersus: Generatio ad generationem laudabit opera tua, et fortitudines tuas adnuntiabunt. decorem gloriae magnitudinis

1 Ps. 141, 2 et 3 4 ib. 6 6 Ps. 142, 5 et 6 8 ib. 8 et 9 12 Ps. 143, 11—15 22 Ps. 144, 1 et 2 25 ib. 4—7

4 ıllo] ıp̄o *R* VI *MPCR*, quartus *a* 5 porcıo *R* (*cf. v*) 6 medıτabor *P* omnı *C* 7 manū MP^1C anımam meam P^1 8 τerτıū *S*, tertius *a* 10 ambulem *RSv* 11 ad] a P^2RSa 12 *uerba:* libera m. e. erue me *in ras. S* 14 et] *om.* M^1S nostri] mei *a* 16 angelı *R* prɹmτuarıa *MP*, prumpτuarıa C^2 17 ex] ın MP^1CR 19 greſſuſ *MPCR* 21 suus] eıus *Rav* 22 rex] *om. MCR*, rex m̄ſ *Sa* 24 ſecundus *a* 25 generacıone eτ generacıo ad g. (eτ generacıo *del. lin. rubr.*) *R* laudauıτ MP^1C, laudauerūt *a* 26 *uerba:* adnuntiabunt *usque ad* fortitudines tuas (p. 47, 5) *om. MCR*

tuae et uerba mirabilium tuorum loquar. et fortitudinem horribilium tuorum loquentur et magnitudines tuas narrabunt. memoriam multae bonitatis tuae loquentur et iustitias tuas laudabunt. Et post IIII uersus: Et sancti tui benedicent tibi. gloriam regni tui dicent et fortitudines tuas loquentur. ut ostendant filiis hominum fortitudines eius et gloriam decoris regni eius. Et paulo post: Iuxta est dominus omnibus qui inuocant eum, omnibus qui inuocant eum in ueritate. placitum timentium se faciet et clamorem eorum audiet et saluabit eos. custodit dominus omnes diligentes se, et uniuersos impios conteret. laudem domini loquetur os meum, et benedicet omnis caro nomini sancto eius in aeternum et iugiter. In psalmo CXLV: Lauda, anima mea, dominum: laudabo dominum in uita mea, cantabo deo meo, quamdiu sum. nolite confidere in principibus, in filio hominis, cui non est salus. Et post II uersus: Beatus cuius deus Iacob auxiliator eius, spes eius in domino deo suo. In psalmo CXLVI: Laudate dominum, quoniam bonum est canticum dei nostri, quoniam decorum est pulchra laudatio. Et post VII uersus: Suscipiens mansuetos dominus, humilians impios usque ad terram. canite domino in confessione, canite deo nostro. Et post VII uersus: Non est in fortitudine equi uoluntas eius, neque in tibiis uiri placebitur ei. placebitur domino in his qui timent

4 Ps. 144, 10—12 7 ib. 18—21 13 Ps. 145, 2 et 3 16 ib. 5 17 Ps. 146, 1 19 ib. 6 et 7 22 ib. 10 et 11

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur. beatus homo, qui semper est pauidus: qui uero mentis est durae, corruet in malum. Item post uersus XII: Vir fidelis multum laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocens. qui cognoscit in iudicio faciem, non facit bene: iste et pro bucella panis deserit ueritatem. uir, qui festinat ditari et aliis inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei. qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis quam ille qui per linguae blandimenta decipit. qui subtrahit aliquid a patre suo et matre et dicit: hoc non est peccatum, particeps homicidae est. qui se iactat et dilatat, iurgia concitat: qui sperat in domino, sanabitur. qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse saluabitur. qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem sustinebit penuriam. Et post X uersus: Homo, qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Et post XXV uersus: Seruus uerbis non potest erudiri: quia quod dicis intellegit et respondere contemnit. uidisti hominem uelocem ad loquendum? stultitia magis speranda est quam illius correptio. Et post IIII uersus: Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria. qui cum fure partitur, odit animam suam: adiurantem audit et non indicat. qui timet hominem, cito corruet: qui

1 Prou. 28, 13 et 14 4 ib. 20—27 16 Prou. 29, 5 18 ib. 19 et 20 22 ib. 23—27

1 de*egitur (r *s.l.*) *M*, dirigitur *PCS* 2 fuerat *MC*[1] relinq;rit *C* consequitur *P*[1]*S*[2] 3 uero] autē *R* 4 conru& *M* XVI *C* aliquos uersus *a* 6 facet *M*[1] 7 buccella *RSa* defferit *M* aliof *S* 8 corrip& *MP*[1] 10 blandimītum *S* 11 et] uel *P* a matre *Sav* particepf (pf *in ras.*) *M* 12 homicida *MC* iurgiat *M* 13 qui autem fper. *a* confid& *in ras.* *M*[1] 15 difpic& *M*, difpicit *PC* 16 X] aliquos *a* blande (if *s.l.*) *S* 17 factifq; *P*[1] recte *MP*, re*te (c *ras.*) *S*, rethe *R*, rete *a* greffuf *MPC* 18 eius] *om.* *R* XXII *P*, XXII *MCR*, aliquos *a* 19 quod] *om.* *P*[1] contempnit *MPC*, contē*nit *S* 20 fperanda ē magif *S* 22 spiritu] *om. initio lineae C*, *om.* *a* 23 odiat *MC* 24 non] *om.* *P*[1] corruit *R*[1] qui autem *a*

sperat in domino, subleuabitur. multi requirunt faciem principis, et a domino iudicium egreditur singulorum. abominantur iusti uirum impium, et abominantur impii eos qui in recta sunt uia. Et post XIIII uersus: Duo rogaui, ne deneges mihi antequam moriar: uanitatem et uerba mendacia longe fac a me. mendicitatem et diuitias ne dederis mihi: tribue tantum uictui meo necessaria, ne forte saturatus inliciar ad negandum et dicam: quis est dominus? et egestate conpulsus furer et periurem nomen dei mei. ne accuses seruum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi et corruas. Et post paululum: Aperi os tuum, discerne quod iustum est et iudica inopem et pauperem.

Satis sint ista de Parabolis. deinde librum alium Salomonis, qui uocatur Ecclesiastes, intuentes similiter ea quae in illo inuenerimus huic operi apta monstrabimus.

VIII.

DE ECCLESIASTE.

Accipite non multum. Et uidi quia tantum praecederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris. sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et aliquanto post: Custodi pedem tuum ingrediens domum dei.

4 Prou. 30, 7—10 11 Prou. 31, 9 19 Eccle. 2, 13 et 14 22 Eccle. 4, 17 et Eccle. 5, 1—6

1 principeſ *MP*^{1}*C*^{1} 2 iudiciom *M*^{1} abominabitur *P*^{1} 3 uirum] *om. P*^{1} 4 XIIII] aliquos *a* rogaui te *P*^{2}*v* denegiſ *MP*^{1} 5 morear *MC* et] *om. C* ·longe (g *ras.*) *M* 6 de**deriſ *P* tribui *MP*^{1} 9 fureſ *C* peierē *Sa (cod. Am.)* acuſeſ *MC*, acuſiſ *P*^{1} 10 corrueſ *MCa* et poſt paul *P*^{2}: et post aliquantum *a*, *om. MP*^{1}*CRS* 11 decerne *Sv* iudicia *P*^{1} 12 pauperem et inopem *P* 13 parabuliſ *MP* 15 in illo ſunt *C*^{1} 16 opere *S* monſtrauimuſ *P*^{1}, monſtremus *a* 19 non multum accipitur *R* p̃cederit *MP*^{1}*CS*^{1}, p̃cedit *R* 20 difert *MC* a] *om. MP*^{1} ſapienteſ *C* 21 capi**te *M* ſtultus autem *a* 22 aliquantū *RS* poſt aliquantum *a* cuſtode *MP*^{1}

multo enim melior est oboedientia quam stultorum uictimae, qui nesciunt, quid faciant mali. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit uelox ad proferendum sermonem coram deo. deus enim in caelo et tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui. multas curas secuntur somnia, et in multis sermonibus inuenitur stultitia. si quid uouisti deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis et stulta promissio: sed quodcumque uoueris redde: multoque melius est non uouere quam post uotum promissa non reddere. ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam. neque dicas coram angelo: non est prouidentia: ne forte iratus deus super sermone tuo dissipet cuncta opera manuum tuarum. ubi multa sunt somnia, plurimae uanitates et sermones innumeri: tu uero deum time. Et post VI uersus: Auarus non inpletur pecunia: et qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis. Et aliquanto post: Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et uiuens cogitat, quid futurum sit. melior est ira risu: quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. cor sapientium, ubi tristitia est: et cor stultorum, ubi laetitia. melius est a sapiente corripi quam stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Et post IIII uersus: Melior est patiens adrogante. ne uelox sis ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit. ne dicas: quid putas causae est quod priora tempora meliora fuere, quam nunc sunt? stulta est enim huiuscemodi inter-

14 Eccle. 5, 9 16 Eccle. 7, 3—7 23 ib. 9—11

1 obedientia *RS* quam] quasi *P*[1] 2 nescient *MC* timere *M*[4]*C* 4 enim] enen *M*[1] tu] tu* *P*, *om. S* 5 secontur sōma *M*[1] 7 enim] *om. S* pmisio . . . pmisa *MP*[1] 9 non reddére prómissa *S* redere *M*[1] 10 os (s *in ras. duarum litt.*) *M* neque] ne *S* 11 deus] dñs *S* 12 concta *M* manum *MP*[1] 14 time dm̄ *C* 16 post aliquantum *a* 17 conuiui *M* fines *MC* cunc tu*rū (c *elut.*) *M* admonerit *M*, admoneretur *P*[1]*C* 21 corripe *MP*[1], corrigi *S* adolatione (-cione *M*) *MPC* 23 paciens (cie *in ras. m. al.*) *M* arogante *C*, arrogante *M*[4]*PRS* 24 in] *om. S*[1] 25 causa *P*[1]*S* est] *om. R*

rogatio. Et post III uersus: Hoc autem plus habet eruditio et sapientia, quod uitam tribuunt possessori suo. Et aliquanto post: Ego os regis obseruo et praecepta iuramenti dei. ne festines recedere a facie eius, neque permaneas in opere malo. Et paulo post: Ex eo quod peccator, inquit, centies facit malum et per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus deum, qui uerentur faciem eius. non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem dei. Et post aliquantum: Dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. Et post IIII uersus: Melior est sapientia quam arma bellica: et qui in uno peccauerit, multa bona perdet. Et post II uersus: Pretiosior est sapientia et gloria parua ad tempus stultitia. Et post XIII uersus: Qui fodit foueam, incidet in eam: et qui dissipat saepem, mordebit eum coluber. qui transfert lapides, adfligetur in eis: et qui scindit ligna, uulnerabitur ab eis. si retunsum fuerit ferrum et hoc non ut prius sed hebetatum fuerit, multo labore exacuatur: et post industriam sequitur sapientia. si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. uerba oris sapientis gratia, et labia insipientis praecipitabunt eum. Et paulo post: Laetare ergo, iuuenis, in adulescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuae, et ambula in

1 Eccle. 7, 13 3 Eccle. 8, 2 et 3 5 ib. 12 et 13 10 Eccle. 9, 16 11 ib. 18 13 Eccle. 10, 1 14 ib. 8—12 22 Eccle. 11, 9 et 10 et Eccle. 12, 1

1 habıт *M* 2 uıтa *MC* poſeſſorı *M* 4 feſтınaeſ *MC* recede *C* 5 peccaтur *MCR* 6 ſenтıeſ *P*[1] pacıencıa *M*, paтıenтıa *C* 7 bonum erıт *S* 8 nec pro qui *(om.* longentur *et uerba quae sequntur usque ad* transeant) *P*[1] 9 umbræ *S* 10 melıorae̅ eſſe *M* 11 et p. IIII u.] *om. MPCR* 12 pdıт *MCR*, pedıт (r *supra*) *P* 13 parua (ar *in ras.) M* 14 ſтulтıтıæ *S* XVII *P*[1], aliquos *a* fouea *M* 15 ıncedıт *M*, ıncıdıт *PCR* 16 adflıgıтur *MC*, afflıgıт̃ *R* *uerba:* et qui s. l. u. ab eis *om. MPCR* ſcınd& *S* 17 *et* 18 fueraт *M*[1] 18 mulтu *MP*[1] exacuтur (a *supra*) *(corr. m. 1) M*, exacuıтur *R*, exacu&ur *Sav* 19 post] per *P*[1] ſequetur *a* ſapıenтıam *P*[1] 20 nıhılomınuſ *S* eo (e *in ras.) P* 22 la*тare *M*

uiis cordis tui et in intuitu oculorum tuorum. et scito quod pro omnibus his adducet te deus in iudicium. aufer iram a corde tuo, amoue malitiam a carne tua. adulescentia enim et uoluptas uana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuae. Et post XXXIII uersus: Deum time et mandata eius obserua.

Restat ille liber Salomonis, cuius inscriptio est Canticum canticorum. sed de illo in hoc opus quid transferre possumus, cum totus amores sanctos Christi et ecclesiae figurata locutione commendet et prophetica pronuntiet altitudine? nisi quod in eo, quamuis sit ad intellegendum difficillimus, possumus tamen facile aduertere, quantum sit diuina illa et diuinitus inspirata caritas adpetenda quantique pendenda: quandoquidem non ibi semel dicitur, sed alio atque alio loco iterum ac tertio repetitur.

VIIII.

DE CANTICO CANTICORVM.

Adiuro uos, filiae Hierusalem, per capreas ceruosque camporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. Adiuro uos, filiae Hierusalem, in uirtutibus et in uiribus agri, si leuaueritis caritatem, quoad usque uelit. Ecclesia quippe, in qua utique sumus, his uerbis exhortatur filias suas, hoc est ipsam in plurimis constitutam. ipsa est ager dei fructuosissimus,

5 Eccle. 12, 13 20 Cant. 2, 7 et Cant. 3, 5 22 Cant. 8, 4

1 in] *om.* P^1 *(cod. Am.)* 2 hominib; *M*, hominib; *C* his] *om.* S^1 3 & amoue *Sav* ammoue *R* 5 XXX *S*, aliquos *a* 6 obferua. EXPLICIT· RESTAT *S* 7 falomonif (l *s. lin. add. m. 1) M* inscr.] confcriptio (-cio *MR) MPCR* 8 est] ē* *P* 9 qui *M*, qui[d] *(corr. m. 1) C* 10 et] *om. MPCRS* commendat *PC*, cūmendat M^1 11 pf&ica *M* 12 eum *MCR* quoduif P^1 14 diuituf M^1P^1 19 cantico] cantica *P* 20 per] pre P^1 ceruofq; (f *in ras.) M* 21 faciatis] *om.* P^1 22 uellit MP^1C in *alt.*] *om. Sa* 23 uellit *MPC* 25 ipfum P^1, fe ipfam *Sa*

cuius uirtutes et uires magnae sunt, ad quas amando Christum martyres peruenerunt. nam quo usque uult ille dilectae suae in hac interim uita caritatem leuari, nisi quo usque ipse docuit uerbo et suo est hortatus exemplo dicens: maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis: et quod dixit efficiens? unde ne ad ipsum solum hoc pertinere uideretur, ait Iohannes in epistula sua: sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere: hoc ergo est: quoad usque uelit. Legitur etiam in eodem Cantico: Ordinate in me caritatem. Christus quoque ipse ibi dicit: Pulchra es, amica mea, suauis et decora sicut Hierusalem. Et alibi: Quam pulchra es et quam decora, carissima, in deliciis! Et alio loco: Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus aemulatio. Et post I uersum: Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam. si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despicient eam.

X.

DE LIBRO IOB.

Qui nouerunt eum, ignorant dies illius. alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges et rapuerunt eos. asinum pupil-

5 Ioh. 15, 13 9 I Ioh. 3, 16 12 Cant. 2, 4 13 Cant. 6, 3 14 Cant. 7, 6 15 Cant. 8, 6 18 ib. 7 23 Iob. 24, 1—3

1 ad q. a. Chr.] quaſ amando ad xp̄m *S* 2 martireſ *RS* 3 ille] *om. MPCR* 4 caritate *S* leuare *MPCR* 5 eſt exhortat' *R* 6 caritatē hac *R*, caritatem hanc *MP'C* ponat quiſ *P²ar* 8 iohanniſ *MP'C'* 9 animā ſuā pro nobiſ *S* 10 ergo] autē *R* 11 uelit *MPC* 12 ipse] *om. P'* 13 *et* 14 pulcra *M* 14 es] eſt *P'* carissima] *om. S'* 17 dilecti *MC* ſicut || *p. 80* || ut inferuſ *S* I] unum *S* 18 exting.] *om. R* 19 illa *MP'C* 20 nihili *S* deſpiciet *av* eum *P²RS* 22 explić | INCIPIT DE LIBRO SC̄I IOB *(rubr. in marg.)* | *S* 23 non nouerunt *MP²C* illius] eius *R* 24 aliorum diripuerunt *P²* *uerba:* asinum — — uiduae *om., add. in marg. al. m. S* popilorū *M¹*

lorum abegerunt et abstulerunt pro pignore bouem uiduae. Et post V uersus: Agrum non suum demetunt et uineam eius quem ui oppresserunt uindemiant. nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Et post III uersus: Vim fecerunt depraedantes pupillo et uulgum pauperem spoliauerunt. nudis et incedentibus absque uestitu et esurientibus tulerunt spicas. Et post II uersus: De ciuitatibus fecerunt uiros gemere, et anima uulneratorum clamauit, et deus inultum abire non patitur. ipsi fuerunt rebelles luminis: nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Et post XXI uersus: Conteratur quasi lignum infructuosum. pauit enim sterilem et quae non parit, et uiduae bene non fecit. detraxit fortem in fortitudine sua. Et aliquanto post: Auris audiens beatificabat me et oculus uidens testimonium reddebat mihi, quod liberassem pauperem uociferantem et pupillum, cui non esset adiutor. benedictio perituri super me ueniebat, et cor uiduae consolatus sum. iustitia indutus sum et uestiui me sicut uestimento et diademate iudicio meo. oculus fui caeco et pes claudo. pater eram pauperum: et causam, quam nesciebam, diligenter inuestigabam. conterebam molas iniqui et de dentibus illius auferebam praedam. Et aliquanto post: Si ambulaui in uanitate et festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, et sciat deus simplicitatem meam. si declinauit gressus meus de uia et si secutus est oculus meus cor meum,

2 Iob. 24, 6—7 5 ib. 9 et 10 8 ib. 12 et 13 11 ib. 20—22 14 Iob. 29, 11—17 22 Iob. 31, 5—7

1 pignorum P^1 3 quā *a* opreſſerunt (preſ *et* nt *in ras.*) *P*, oppreſſerunt *MCRr* 5 III] duos *a* 6 pupillum *S*, pupillos *ar* expoliauerunt *MPCR* 7 absque uestitu] ſine amictu *S* tullerunt *MC* spicas] *om.* *CR* et] *om.* *P* 9 clamabit *S* multu bire P^1 10 ipſe *M* lumini *Rav* uiam S^1 11 XXI] aliquos *a* 14 post aliquantum *a* beatificabit *Ca* 16 effit MP^1 18 ueſtiuit *R* et *alt.] om.* P^1 21 *uerba:* molas i. e. d. d. i. auferebam *om. m. 1, tum ex corr. add. al. m., denique eras. et in marg. inf. scripta, ubi* illiuſ *in* illi *corr. P* de] *om. MCR (cod. Am.)* illius] illiſ *S* 23 appendam MP^1C, appendant *R*

et in manibus meis adhaesit macula. Et post II uersus: Si deceptum est cor meum super mulierem et si ad ostium amici mei insidiatus sum. Et post II uersus: Hoc enim nefas est et iniquitas maxima. ignis est usque ad perditionem deuorans et omnia eradicans genimina. si contempsi subire iudicium cum seruo meo et ancilla mea, cum disceptarent aduersum me? Et post VI uersus: Si negaui quod uolebant pauperibus et oculos uiduae expectare feci. si comedi bucellam meam solus et non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea creuit mecum miseratio et de utero matris meae egressa est mecum. si despexi pereuntem, eo quod non habuerit uestimentum, et absque operimento pauperem. si non benedixerunt mihi latera eius, et de uelleribus ouium mearum calefactus est. si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum uiderem me in portis superiorem. Et post V uersus: Si putaui aurum robur meum et obrizae dixi: fiducia mea? si laetatus sum super multas diuitias meas et quia plurima repperit manus mea? Et post VI uersus: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat et exultaui quod inuenisset eum malum? Et post IIII uersus: Foris non mansit peregrinus, ostium meum uiatori patuit. si abscondi quasi homo peccatum meum et celaui in sinu meo iniquitatem meam? si expaui ad multitudinem nimiam, et despectio propinquorum terruit me, et non magis tacui, nec egressus sum ostium? quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum omnipotens audiat et librum scribat ipse qui

2 Iob. 31, 9 3 ib. 11—13 7 ib. 16—21 16 ib. 24 et 25 19 ib. 29 20 ib. 32—39

1 in] *om.* *MP'CR* 2 est] *om.* *R* et] eſт eт *R* ad oſтium (o *in ras.) P,* aduſтiū *MC'* 5 ıudıcıum ſubıre *Sa* 6 ancılle me *P'*, ancıllae meae *P²CS (cod. Am.)* 7 VI] q̃ttuor *a* negabam *MC'R* ualebanт *C* 8 *et* 9 commedı *et* commedıт *MP'* 9 buccellā *Ra* 10 meæ maтrıſ *S* 12 operımenтū *C* 13 benedıxerunт (x *in ras. trium litterarum) P* 15 uıderım *S* ſup. in port. *a* 16 poтauı *MP'* robor *MP'C* obrızo *Ca*, obrıſo *R* 17 meas] *om.* *R* 18 repperıт *RS* 19 *auıſuſ *(ras.* g) *M*, gauıſſuſ *P* exalтauı *M* 20 eum] me *R* 24 тerruerunт *P'* 25 adıuтorem *P'*

iudicat: ut in umero meo portem illum et circumdem quasi coronam mihi? per singulos gradus meos pronuntiabo illum et quasi principi offeram eum. si aduersum me terra mea clamauit et cum ipsa sulci eius deflent, si fructus eius comedi absque pecunia et animam agricularum adflixi.

Nunc iam de libris Prophetarum quae sunt huic operi necessaria colligamus: ac primum de his Prophetis, qui propter breuitatem uoluminum suorum minores uocantur. ergo apud Osee prophetam ista conperimus.

XI.

DE LIBRO OSEE.

Accipite non multum. Audite uerbum domini, filii Israhel, quia iudicium domino cum habitatoribus terrae. non est enim ueritas et non misericordia, et non est scientia dei in terra. maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt et sanguis sanguinem tetigit. Et post XII uersus: Quia tu scientiam reppulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et post XV uersus: Quoniam dominum reliquerunt in non custodiendo. fornicatio et uinum et ebrietas aufert cor. Et post uersus XVI: Quoniam ipsi cum meretricibus uersabantur et cum effeminatis sacrificabant, et populus non intellegens uapulabit. si fornicaris tu, Israhel, non delinquat saltem Iuda.

13 Os. 4, 1 et 2 18 ib. 6 20 ib. 10 et 11 22 ib. 14 et 15

1 numero *C*, humero *P²RS* et circumdem] *om.* *MPCR* 3 principe *MP¹C*, principem *R* auferam *C* 4 clamat *a* commedi *MP* 6 profetarum . . profetis *P* 7 opere *MP¹S* 9 minoris *MP¹* oseae *MCS* pph&a *MC*, pphete *P* 12 libro] *om.* *PRa* oseae *MCS* 13 accipite] a capite *S* nō multū accipitur *R* 15 et *post* ueritas *om.* *R* non est misericordia *P²Rv* 18 XV *C*, aliquos *a* repellisti *P¹* 19 et post XV u.] *om.* *C*, et paulo post *a* XV] V *P¹* 20 relinquerunt *MPCSa* 22 XVII *R*, aliquos *a* 23 uapulauit *PS* 24 fornicaueri*s *M*, fornicaueris *P* non] ne *P* derelinquat *S* saltim *MPC*

et nolite ingredi in Galgala. et ne ascendatis in Bethaue. neque iuraueritis: uiuit dominus! Et post XVIII uersus: Non dabunt cogitationes suas ad dominum deum suum: quia spiritus fornicationis in medio eorum. et dominum non cognouerunt. Et post uersus LXI: Iudicia tua quasi lux egredientur. quia misericordiam nolui et non sacrificium. et scientiam dei plus quam holocausta. Et post aliquantum: Seminate uobis in iustitia et metite in ore misericordiae. innouate uobis nouale: tempus autem requirendi dominum, cum uenerit qui docuit uos iustitiam. Et post uersus LXXVIII: Et tu ad dominum deum conuerteris: misericordiam et iudicium custodi et spera in domino deo tuo semper. Et post XLI uersus: Ego autem dominus deus tuus eduxi te de terra Aegypti: et dominum absque me nescies. et saluator non est praeter me. Et post uersus XXXVIIII: Conuertere Israhel. ad dominum deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. tollite uobiscum uerba et conuertimini ad dominum: dicite ei: omnem aufer iniquitatem et accipe bonum. et reddumes uitulos labiorum nostrorum.

XII.

DE LIBRO IOHEL.

Expergiscimini. ebrii. et flete et ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine: quoniam periit ab ore uestro. gens enim

3 Os. 5, 4 5 Os. 6, 5 et 6 8 Os. 10, 12 11 Os. 12, 6 13 Os. 13, 4 15 Os. 14, 2 et 3 22 Io. 1, 5 et 6

ne] *om.* P^1 b&habe MP^1CS, b&haben P^2, bechauie *R* 2 XVIII] X & VIII *S*, VIII *MPCR*, aliquot *a* 3 ad] ut reuertantur ad *ar* 4 fornicationiſ ſp̄ſ *P* agnouerunt *MPCR* 5 XLI *P* 5. 11. 13, 15 *num. loco* aliquos *a* 6 miſericordia MP^1 8 femitae P^1 iuſtitiam (-ciã *M*) MP^1 *(cod. Am.)* et] *om. S* mentite *P* 10 docebit P^2v 11 conuertereſ MP^1. ɔu'tere *R* 13 LXI *P* 14 de] ex MPS^1av egipti *PR* 16 *uerba:* ad d. d. t. q. c. i. i. t. t. uobiscum *om. m. 1, add. in marg. signis* ħd *in textu et* ħp *in marg adpositis m. al. M* in] *om.* P^1 17 et tollite *CR* 18 iniqu aufer *a* 21 EXPLICIT DE LIBRO OSEAE *(atramento scr.)* | DE LIBRO IOHEL *(minio scr.)* | *S* ioel *C*, iohelis *R* 22 bib&iſ MP^1C

ascendit super terram meam fortis et innumerabilis. Et post aliquantum: Nunc ergo dicit dominus: conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio et in fletu et in planctu, et scindite corda uestra et non uestimenta uestra, et conuertimini ad dominum deum uestrum, quia benignus et misericors est.

XIII.

DE LIBRO AMOS.

Haec dicit dominus: super tribus sceleribus Iuda et super quattuor non conuertam eum: eo quod abiecerint legem domini et mandata eius non custodierint: deceperunt enim eos idola sua, post quae abierunt patres eorum. Et post II uersus: Haec dicit dominus: super tribus sceleribus Israhel et super quattuor non conuertam eum: pro eo quod uendiderint argento iustum et pauperem pro calciamentis, qui conterunt super puluerem terrae capita pauperum et uiam humilium declinant, et filius ac pater eius ierunt ad puellam, ut uiolarent nomen sanctum meum. Et post I uersum: Et uinum, inquit, damnatorum bibebant in domo dei sui. Et aliquanto post: Quia haec dicit dominus domui Israhel: quaerite me et uiuetis. Et post III uersus: Quaerite dominum et uiuite. Et post uersus VIII: Odio habuerunt in porta corripientem et loquentem perfecte abominati sunt. idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem et praedam electam tollebatis ab eo. Et post III uersus: Quia cognoui multa scelera uestra et fortia peccata uestra, hostes iusti accipientes

2 Io. 2, 12 et 13 8 Am. 2, 4 12 Am. 2, 6 et 7 17 ib. 8 19 Am. 5, 4 20 ib. 6 21 ib. 10 et 11 24 ib. 12

1 afcendeт P^1 3 in *ante* fletu] *om. MCRa* et *ante* scind. *om. R* 7 annnos *MC* 10 eos] *om. R* 11 quaf *S* II] V *MP CR* 12 sceleribus] *om. C* 13 uındederınт *M*, non uiderınт P^1 14 ꝑ argenтo P^2Rv 18 ındamnaтorū *S*, dā|naтorū (ū *in ras.) M* 19 quia] *om.* P^1 *uerba:* quia haec — III uersus *om. (initio fol. 27)* C^1, quia h. d. d. d. israhel *om. a* domu *M*, domuf *S* 20 uiuetis] muenıeтıs *R* *uerba:* et post III u. q. d. e. uiuite *om. R* 21 uıu&e MP^2CS 22 abomınaтe S^1 25 ıuſтı* *P*

munus et pauperes in porta deprimentes. Et post II uersus: Quaerite bonum et non malum, ut uiuatis: et erit dominus deus exercituum uobiscum, sicut dixistis. odite malum et diligite bonum et constituite in porta iudicium: si forte misereatur dominus exercituum reliquiis Ioseph. Et post uersus L: Qui dormitis in lectis eburneis et lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege et uitulum de medio armenti: qui canitis ad uocem psalterii: sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici: bibentes in phialis uinum et optimo unguento delibuti: et nihil patiebantur super contritione Ioseph. Et post aliquantum: Audite hoc, qui conteritis pauperem et deficere facitis egenos terrae dicentes: quando transibit mensis et uenundabimus merces, et sabbatum et aperiemus frumentum: ut minuamus mensuram et augeamus siclum et subponamus stateras dolosas: ut possideamus in argento egenos et pauperes pro calciamentis, et quisquilias frumenti uendamus?

XIIII.

DE LIBRO MICHAEAE.

Vae qui cogitatis inutile et operamini malum in cubilibus uestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra deum manus eorum. et concupierunt agros et uiolenter tulerunt et domos rapuerunt: et calumniabantur uirum et domum eius, uirum et hereditatem eius. Et aliquanto post: Audite

2 Am. 5, 14 et 15 6 Am. 6, 4—6 11 Am. 8, 4—6 19 Mich. 2, 1 et 2 23 Mich. 3, 9—11

1 dep̄m̄τeſ *MPC* 4 porτam *MP*[1] mıſeꝛıaτur *P*[1] 5 uersus L V u. *R*, aliquos uerſus *a* 7 commedıτıſ *MP*, comed&ıſ *S* 8 caneτıſ (e *ex* ı) *M*, can&ıſ *C* dauıτ *M*, đđ *C* 9 uaſa habere *P* 10 contrıτıonem *MPCa* 11 alıqua *R* pauperem] ınuıcem *MP*[1]*CR* 13 menſıſ *MSv:* men*ſıſ *(ras.* ſ *s. lin.) P*, meſſıſ *CRa* 14 frumenτo *S* ut] eτ *R* 16 uenundamuſ *S*[1] 18 de libro michaeae] *om. C*[1], *sed* 19 *ante* in *ras. 15 litt.* mıchıæ *MP*[1], mıchee *Ra*, mıchae *S* 21 τullerunτ *MP*[1] 22 domuſ *P* calumnıanτur *P*[1] 23 alıquanτũ poſτ *R*, poſt aliquantum *a*

haec, principes domus Iacob et iudices domus Israhel, qui abominamini iudicium et omnia recta peruertitis. qui aedificatis Sion in sanguinibus et Hierusalem in iniquitate. principes eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, et prophetae eius in pecunia diuinabant: et super dominum requiescebant dicentes: numquid non deus in medio nostrum? non uenient super nos mala. Item aliquanto post: Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum et quid dominus quaerat a te: utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum deo tuo. Et post III uersus: Adhuc ignis in domo impii, thesauri iniquitatis, et mensura minor irae plena. numquid iustificabo stateram impiam et saccelli pondera dolosa? in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, et habitantes in ea loquebantur mendacium et lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et post XII uersus: Vae mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos uindemiae. non est botrus ad comedendum. praecocas ficus desiderauit anima mea. periit sanctus de terra et rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur, uir fratrem suum uenatur ad mortem. malum manuum suarum dicunt bonum: princeps postulat et iudex in reddendo est et magnus locutus est desiderium animae suae.

XV.

DE LIBRO ABBACVC.

Contra me factum est iudicium, et contradictio potentior. propter hoc lacerata est lex et non peruenit usque ad finem

8 Mich. 6, 8 | 11 ib. 10—12 16 Mich. 7, 1—3 25 Ab. 1, 3—4

2 poſtuertitiſ P^1, puert&iſ *S* 3 in *alt.*] *om.* P^1 iniquitatẽ *M* P^1 4 iudicabunt *RS* 7 item] et *RSa* aliquantum poſt *R*, poſt aliquantum *Sa* 8 o] *om.* *MCRa* 9 facere] *om.* P^1 11 theſſauri *M* 12 ira *R* plenae *P* nũquid nõ *R* 13 ſacelli *CR* 14 iniquitatem MP^1 loquebant P^1 15 fraudolenta *S* 16 XII] II *MCR* collegit *MPC* 17 butruſ *M*, butiruſ P^1 cõmendũ MP^1C 18 precotas *R* 21 principeſ MP^1CR poſtulant *R* et *ante* iud. *om.* *R* 24 abacuc *CR*, ambacuc *S*

iudicium: quia impius praeualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Et paulo post: Iustus autem in fide sua uiuet. et quomodo uinum potantem decipit, sic erit uir superbus, et non decorabitur. Et post aliquantum: Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile et imaginem falsam, quia sperauit in figmento fictor eius, ut faceret simulacra muta? uae qui dicit ligno: expergiscere: surge, lapidi tacenti: numquid ipse docere poterit? ecce iste coopertus est auro et argento, et omnis spiritus non est in uisceribus eius. dominus autem in templo sancto suo: sileat a facie eius omnis terra.

XVI.

DE LIBRO SOPHONIAE.

Disperdam, inquit, de loco hoc reliquias Bahal et nomina aedituorum cum sacerdotibus: et eos qui adorant super tecta militiam caeli et adorant et iurant in domino et iurant in Melchom: et qui auertuntur de post tergum domini et qui non quaesierunt dominum nec inuestigauerunt eum. silete a facie domini: quia iuxta est dies domini. Et post uersus XVI: Et erit in tempore illo, scrutabor Hierusalem lucernis et uisitabo super uiros defixos in faecibus suis, qui dicunt in cordibus suis: non faciet bene dominus et non faciet male. Et post uersus XVIII: Conuenite, congregamini, gens non amabilis, priusquam pariat iussio quasi puluerem transeuntem

2 Ab. 2, 4 et 5 5 ib. 18—20 14 Soph. 1, 4—7 20 ib. 12 23 Soph. 2, 1—3

1 *uerba:* propterea e. i. peruersum *om. MCR* 2 poſt paulo (pauluſ *corr. m. al.) P* 3 decepit *M* 4 erit uir] *corr. in:* erigitur, *postremo restitutum P* 5 illud ſculpſit *a* 7 multa *MP¹CRa* 8 lapide *MP¹C* doceri *R* 9 cooperatuſ *C* 13 sopomae *M* 14 de] *om. R* 16 milicia *M* 17 melcho *S*, melchon *a* depoſtergum *MPC RS* *uerba:* et qui non — — a facie domini *om. C¹* 18 quiſier̃ *S* eum] *om. MC²R* 20 XVI u. *R*, aliquot u. *a* in lucerniſ *P²r* 21 fe**cib; (li *ras.) P* 22 faciat *MCS* faciat *MC (cf. cod. Am.)* 23 XVIII u. *R*, aliquot u. *a*

diem, antequam ueniat super uos ira furoris domini, antequam ueniat super uos dies furoris domini. quaerite dominum, omnes mansueti terrae, qui iudicium eius estis operati. quaerite iustum, quaerite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris domini. Et post aliquantum: Et derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum, et sperabunt in nomine domini reliquiae Israhel: non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, et non inuenietur in ore eorum lingua dolosa.

XVII.

DE LIBRO ZACHARIAE.

Cum de uolumine loqueretur, quod uidit in spiritu: Et dixit ad me: haec est maledictio, quae egreditur super faciem omnis terrae: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur, et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. educam illud, dicit dominus exercituum, et ueniet ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: et commorabitur in medio domus eius et consumet eum et ligna eius et lapides eius. Et post aliquantum: Et factum est uerbum domini ad Zachariam dicens: haec ait dominus exercituum dicens: iudicium uerum iudicate et misericordiam et miserationes facite unusquisque cum fratre suo: et uiduam et pupillum et aduenam et pauperem nolite calumniari, et malum uir fratri suo non cogitet in corde suo. Item post aliquantum: Loquimini ueritatem unusquisque cum proximo

5 Soph. 3, 12 et 13 12 Zach. 5, 3 et 4 19 Zach. 7, 8—10 25 Zach. 8, 16 et 17

1 *uerba:* antequam u. s. u. ira f. domini *om. MPCRa*, *uerba:* antequam u. s. u. dies f. domini *om. S* 2 uenı& *MC* 3 qui] quia *MCR* 5 alıq̃ *MP*, alıqua *R* 8 locuntur *MPC*, loquuntur *Sa* 12 loquıtur *MCR*, loq̃t *P* quod] quem *MPSa*, quā *C* 16 et ducam *S* 17 *uerba:* furis et ad domum *om. P*[1] 18 lıgnam *P*[1], lıngu *(sic) M*, lıngue̜ *Ca*, lıngua *R* 20 *uerba:* haec a. d. e. dicens *om. R* 24 uir] *om. P*[1] fratre *S* non] ne *S* *uerba:* item p. a. l. u. u. c. p. suo *om. R*

suo: ueritatem et iudicium pacis iudicate in portis uestris: et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus uestris: et iuramentum mendax ne diligatis. omnia enim haec sunt quae odi, dicit dominus.

XVIII.

DE LIBRO MALACHIAE.

Filius honorat patrem et seruus dominum suum: si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? et si dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit dominus exercituum. Et paulo post: Ego dedi uos contemptibiles et humiles omnibus populis, sicut non seruastis uias meas et accepistis faciem in lege. numquid non pater unus omnium |nostrum? numquid non deussnun creauit nos? quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum, uiolans pactum patrum nostrorum? transgressus est Iudas, et abominatio facta est in Israhel et in Hierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem domini, quam dilexit, et habuit filiam dei alieni. disperdat dominus uirum, qui fecerit hoc, magistrum et discipulum de tabernaculis Iacob et offerentem munus domino exercituum. et hoc rursum fecistis: operiebatis lacrimis altare domini, fletu et mugitu, ita ut ultra non respiciam ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu uestra. et dixistis: quam ob causam? quia dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tuae, quam tu despexisti: et haec particeps tua et uxor foederis tui. nonne unus fecit, et residuum spiritus eius

7 Mal. 1, 6   10 Mal. 2, 9—17

4 funт haec (hec M^2) *M^2PC*, *om.* haec M^1 hodı *M*, odıı P^1, odıт C^1 8 sum *pr.*] *om.* S^1 9 paułł *MC*   10 uobıſ P^1 populuſ MP^1 12 nostrum] non *S*   13 dıſpıcıт *MPC*   14 nostrum] ur̄m *R*, non *S*, *om. a*   paтrū *s. lin. add.* S^2 17 alıenā *R*   diſperdet *av*   20 eт fl&u *P*   21 mugıтu] gemıтu *P*   nec] non P^1 22 uestra] тua MP^1C dıxıſтı P^1 24 tua] тu *S*   et *ante* uxor] *om. a*   fedeııs *CR*

est? et quid unusquisque quaerit, nisi semen dei? custodite ergo spiritum uestrum: et uxorem adulescentiae tuae noli despicere. cum odio habueris, dimitte, dicit dominus deus Israhel: operiet autem iniquitas uestimentum eius, dicit dominus exercituum. custodite spiritum uestrum, et nolite despicere. laborare fecistis dominum in sermonibus uestris et dixistis: in quo eum fecimus laborare? in eo cum diceretis: omnis qui facit malum bonus est in conspectu domini et tales ei placent: aut certe ubi est dies iudicii? Et post XV uersus: Et accedam ad uos, inquit, in iudicio et ero testis uelox maleficis et adulteris et periuris et qui calumniantur mercedem mercennarii, uiduas et pupillos et opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. ego enim dominus et non mutor: et uos filii Iacob non estis consumpti. a diebus enim patrum uestrorum recessistis a legitimis meis et non custodistis. reuertimini ad me, et reuertar ad uos, dicit dominus exercituum. Et post XV uersus: Inualuerunt super me uerba uestra, dicit dominus. et dixistis: quid locuti sumus? dixistis: uanus est qui seruit deo: et quod emolumentum, quia custodiuimus praecepta eius et quia ambulauimus tristes coram domino exercituum? ergo nunc beatos dicimus adrogantes: siquidem aedificati sunt facientes iniquitatem, et temptauerunt deum et salui facti sunt. tunc locuti sunt timentes deum unusquisque cum proximo suo: et adtendit dominus et audiuit, et scriptus est liber monumenti coram eo timentibus dominum et cogitantibus nomen eius.

10 Mal. 3, 5—7 18 ib. 13—18 et Mal. 4, 1—3

1 esτ] *om.* *C*, eſ *Sa* dei] dñı *MPCR* 2 ergo] *om.* *C* adulıſcenτıę *M*, adholeſcenτıę *C* 3 dıſ*pıcere *P* *uerba:* cum odio *usque ad* nolite despicere *om.* *R* habuerıτıſ *MC* ḋıcıτ ḋımıττe *S* 7 eum] enı̄ *C* fecım' eū *R* dıcerıτıſ *MP*¹, rı *ex* re *m. pr.* *C* 10 XV] aliquot *a* ˙ın ıudıcıo ˙ınquıτ *S* 11 pıuruſ *P*¹ 12 mercede *C*, mercedam *P*¹ et humiliăt uiduas *a* oprımanτ *M*¹, oprımunτ *M*²*C*, quı opprımunτ *R* 14 ſum dñs *a* 15 legıτımıſ heredıb; *MC* 17 XV] aliquos *a* 18 uestra] mea *S*¹ 19 locuτı ſumuſ conτra τe *P*²*v* deo] đ*o (n *del.)* *M*, dño *CR* 20 cuſτodıbımuſ *S* quıambuluımuſ *MCS* 21 domino[dõ *P* 23 *uerba:* et salui — — timentes deum *om.* *S*¹ 25 audıτ *C*

et erunt mihi, ait dominus exercituum, in die, qua ego facio, in peculium: et parcam eis, sicut parcit uir filio suo seruienti sibi. et conuertimini et uidebitis, quid sit inter iustum et impium et inter seruientem deo et non seruientem ei. Ecce enim dies ueniet succensa quasi caminus, et erunt omnes superbi et omnes facientes iniquitatem stipula: et inflammabit eos dies ueniens, dicit dominus exercituum, quae non relinquet eis radicem et germen. orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiae et sanitas in pennis eius: et egredimini et salietis sicut uituli de armento: et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum uestrorum in die, qua ego facio, dicit dominus exercituum.

XVIIII.

DE LIBRO ESAIAE PROPHETAE.

Lauamini, mundi estote. auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse, discite benefacere: quaerite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. et uenite et arguite me, dicit dominus. Et post VIII uersus: Argentum tuum uersum est in scoriam: uinum tuum mixtum aqua. principes tui socii furum: omnes diligunt munera, secuntur retributiones: pupillo non iudicant, et causa uiduae non ingreditur ad eos. Et paulo post: Domus Iacob, uenite, ambulemus in lumine domini. proiecisti enim populum, domum Iacob: quia repleti sunt ut olim, et

51 Es. 1, 16—18 19 ib. 22—23 23 Es. 2, 5—6

1 erit *a* ait] dıcıт *R* 2 parc& *S* ſeruıenтıſ *P*[1] 6 ınflămauıт *MP*[1]*Ca* 7 derelınqueт *Pv*, relıqu& *S*[1], relınque|тur *R* 8 eт orıeтur *P*[2]*v* 9 pınnıſ *MP* egredıemını *P*[1]*Rav* 14 æsaıæ ꝓph&æ *M*, eſaıe ꝓpheтę *P*, ısaıę ꝓħ *C* de yſaıa ꝓphā *R* 15 ſтoтe *M* 16 peru. agere *a* 19 VII *S*, aliquos *a* ſchorıā *S* 20 mıxтū eſт *R (cod. Am.)* 21 ſequenтur *S* 22 ıngredıeтur *S (cod. Am.)*, ıngredıebaт̃ *R* 24 populum тuū *P*[2]*Rv* ut] *om. S*

augures habuerunt ut Philistim, et pueris alienis adhaeserunt. Et post III uersus: Repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et post V uersus: Quia dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum et super omnem adrogantem: et humiliabitur. Et paulo post: Populum meum exactores sui spoliauerunt, et mulieres dominatae sunt eius. popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, et uiam gressuum tuorum dissipant. Et post IIII uersus: Vos enim depasti estis uineam meam, rapina pauperis in domo uestra. quare adteritis populum meum et facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituum? et dixit dominus: pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion et ambulauerunt extento collo et nutibus oculorum ibant et plaudebant, ambulabant et in pedibus suis conposito gradu incedebant. Et paulo post: Vae qui coniungitis domum ad domum et agrum ad agrum copulatis usque ad extremum loci: numquid habitabitis soli uos in medio terrae? in auribus meis sunt haec domini exercituum. Et post III uersus: Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam et potandum usque ad uesperam, ut uino aestuetis. cithara et lyra et tympanum et tibia et uinum in conuiuiis uestris: et opus domini non respicitis, nec opera manuum eius

2 Es. 2, 8 4 ib. 12 6 Es. 3, 12 9 ib. 14—16 15 Es. 5, 8—9 19 ib. 11—12

1 phılıſτíím *Ra* 3 quoſ *S* 4 V] paucos *a* 7 eius] eis *av* 9 IIII *S:* VI^II^ *P*, VIII *MCR*, aliquos *a* 11 aτṫrıſ *M*, aττerıτ *P*¹ commolitis] confundıτıſ *P*² 14 et *alt.*] *om.* *MPCR* 15 greſſu *R* 16 conıugıτıſ *PS* ad agrum] agro *P*² 17 extremum] τermınum *MPSv*, τ'mınos *R* loci] *sequitur lacuna trium litterarum, deinde:* uτ afferaτıſ ꝓxımo, *tum lacuna trium litterarum, tum:* sımacuſ & τeođ donec deficıaτ uel non ſıτ locuſ τranſτulerunτ *M*, eſτ LXX uτ auferaτıſ proximo ſımachuſ & τeođoτ (oτ *in ras.*) donec deficiaτ *** (eſτ *eras.*) uel non ſıτ locuſ τranſτulerunτ *P*, uτ auferaτıſ ꝓxımo. (*om.* ut auf. prox. *R*) sımacuſ (symachus *R*) & τeođ. (τheodoſıo *R*) donec deficıaτ uel non ſıτ locuſ τranſτulerunτ *CR* (*cf. Septuag. et S. Hieronymi Comm. in Esai. l. II cap. V* habıτaτıſ *S* uos soli *av* 18 domini] dñe *R*, dicit dominus *av* 20 ſecτanτē *P*¹ ueſperum *P* ęſτuaτıſ *S*¹ 21 lıra *CS*, lu*ra *P*¹ τymphanum *MP*, τımphanum *C* τybıa *MC*

consideratis. Et post uersus XVII: Vae qui dicitis malum bonum et bonum malum: ponentes tenebras lucem et lucem tenebras: ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. uae qui sapientes estis in oculis uestris et coram uobismet ipsis prudentes. uae qui potentes estis ad bibendum uinum et uiri fortes ad miscendam ebrietatem. qui iustificatis impium pro muneribus, et iustitiam iusti auferetis ab eo. Et aliquanto post: Vae qui condunt leges iniquas et scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes et uim facerent causae humilium populi mei, ut essent uiduae praeda eorum, et pupillos diriperent. Et post paululum: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini. non secundum uisionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes et arguet in aequitate pro mansuetis terrae: et percutiet terram uirga oris sui et spiritu labiorum suorum interficiet impium. et erit iustitia cingulum lumborum eius et fides cinctorium renum eius. Et post uersus LX: Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam et non timebo. quia fortitudo mea et laus mea dominus deus, et factus est mihi in salutem. haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die: confitemini domino et inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius. cantate domino, quoniam magnifice fecit, adnuntiate hoc in uniuersa terra. exulta et lauda, habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israhel. Et post

1 Es. 5, 20—23   8 Es. 10, 1—2   11 Es. 11, 2—5   20 Es. 12, 2—6

1 aliquot uerſus *a*   7 aufertis P^2*Rav*   8 contendunt *MC*S^1 et] ſcribenteſ iniuſtitiam *in marg. add.* P^2 10 praeda] p̃de *M*P^1 11 paulł *M*, pał *P*, paulolū S^1 requieſcit *M*P^1*C*   13 repleuit *MPCa*   15 *et* 16 iudicauit *MPC*   16 iustitia] iudicio *a*   arguit P^1 17 terram] t̃ra *M*   sui] eiuſ *S*   19 eius *om.* S^1 peruerſum LX P^1, poſt uer̃ſ pluſ minuſ LX *S*, poſt aliquot uerſ. *a*   XL P^2 23 dicitiſ *M*P^1

XL uersus: Et quiescere faciam superbiam infidelium et adrogantiam fortium humiliabo. Item post aliquantum: Dicit dominus deus Israhel: in die illa inclinabitur homo ad factorem suum, et oculi eius ad sanctum Israhel respicient: et non inclinabitur ad altaria, quae fecerunt manus eius: et quae operati sunt digiti eius non respiciet, lucos et delubra. Et post aliquantum: Vocabit, inquit, dominus deus exercituum in die illa ad fletum et ad planctum et ad caluitium et ad cingulum sacci. et ecce gaudium et laetitia occidere uitulos et iugulare arietes, comedere carnes et bibere uinum. comedamus et bibamus: cras enim moriemur. et reuelata sunt in auribus meis domini exercituum: si dimittetur haec iniquitas uobis, donec moriamini, dicit dominus deus exercituum. Item post aliquantum: Aperite portas, et ingrediatur gens iusta custodiens ueritatem. uetus error abiit: seruabis pacem, pacem, quia in te sperauimus: sperantes in domino in saeculis aeternis, in domino deo forti in perpetuum. Et post VI uersus: In semita iudiciorum tuorum, domine, sustinuimus te: nomen tuum et memoriale tuum in desiderio animae. anima mea desiderauit te in nocte: sed et spiritu meo in praecordiis meis de mane uigilabo ad te. cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. misereamur impio, et non discet facere iustitiam. in terra sanctorum inique gessit et non uidebit gloriam domini. Et post aliquantum: Defecit qui praeualebat, consummatus est inlusor, et succisi sunt omnes qui uigilabant super iniquitatem, qui peccare faciebant homines in uerbo. Et post X

1 Es. 13, 11 3 Es. 17, 6—8 7 Es. 22, 12—14 14 Es. 26, 2—4 18 ib. 8—10 25 Es. 29, 20 et 21

1 XLVI uerſ· pluſ minuſ *S*, aliquos u. *a* 2 item] et *S* 5 eius] ei *P*[1] 6 eius] eorū *S*[1] 7 et] item *S* uocauit *MPC* 9 ſacchi *M*, ſacci (i *in ras.) P* 10 uituluſ *M*, uitulū *R* commedere *MP*[1] 11 commedamuſ *MP* moriemini *MP*[1] 12 sunt] est *MPCRS*, *cf. Septuag.* (uox in auribus meis *cod. Am.)* dimittit *M (cod. Am.)* 13 iniquitaſ haec *Sav* 14 aliquanto poſt *S* 15 ingredi&ur *Ca* 16 paci pacē *M* sperantes] ſperatis *R*, ſperaſtiſ *P*[2]*v* 17 forte *MP*[1]*C* 20 deſiderabit *S* 22 orbis] terrę *a* 23 facere] *om. S* 24 iniqua *av* domini] dei *a* 27 X· uerſ pluſ minuſ *S*

uersus: Vae, filii desertores, dicit dominus, ut faceretis consilium et non ex me, et ordiremini telam et non per spiritum meum, ut adderetur peccatum super peccatum. Et paulo post: Haec dicit dominus deus sanctus Israhel: si reuertamini et quiescatis, salui eritis: in silentio et in spe erit fortitudo uestra: et noluistis. Et post XX uersus: Contaminabis laminas sculptilium argenti tui et uestimentum conflatilis auri tui, et disperges ea sicut inmunditiam menstruatae. Et post aliquantum: Conuertimini, sicut in profundum recesseratis, filii Israhel. in die enim illa abiciet uir idola argenti sui et idola auri sui, quae fecerunt uobis manus uestrae in peccatum. Item post aliquantum: Et erit fides in temporibus tuis: diuitiae salutis sapientia et scientia: timor domini ipse thesaurus eius. Et paulo post: Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante? quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis? qui ambulat in iustitiis et loquitur ueritatem, qui proicit auaritiam ex calumnia et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos, ne uideat omne malum. iste in excelsis habitabit. munimenta saxorum sublimitas eius. panis ei datus est, et aquae eius fideles sunt. Et aliquanto post: Memento horum, Iacob et Israhel, quoniam seruus meus es tu: formaui te, seruus meus es tu, Israhel, non obliuisceris mei. deleui ut nubem

1 Es. 30, 1 4 ib. 15 7 ib. 22 9 Es. 31, 6—7 12 Es. 33, 6 15 ib. 14—16 22 Es. 44, 21—22

1 facir&iſ *M*[1], faceritiſ *P* 2 per] *om.* *P*[1] 3 adderentur *R* 4 p; pał *C*, poſt paululū *R* sanctus] *om.* *P*[1] 6 post] pluſ minuſ poſt *S* 7 contāminabiſ lāminaſ *M* lammina *P*[1] *uerba:* et uestimentum conflatilis auri tui *om.* *MP*[1]*CR* 8 diſpgiſ *MPC* inmunditia *MC* 9 aliquanta *R* 14 ipſe eſt *Sv* pauł *MC* 16 habitauit *MCa*, habitat *S* 17 ex calumniam *MP*[1]*C*, et calumniam *edd.* 18 omne *MP*[1] obdurat *S*[1] 19 audeat *M* claud& *MP*[1]*S*, claudat *a* 20 uideant *a* omnē *M* habitat *S*[1], habitauit *MPCS*[2] 21 et *P* 22 aliquantū *R* poſt aliquantum *a* 24 non *P (cod. Am.):* ne *MCRSav* obliuiſcaris *Rav* delui *M*[1]*P*[1]

iniquitates tuas et quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te. Item post aliquantum: Mementote istud et confundamini: redite, praeuaricatores, ad cor. recordamini prioris saeculi: quoniam ego deus, et non est ultra deus, nec est similis mei. Et aliquanto post: Quis ambulauit in tenebris, et non est lumen ei? speret in nomine domini et innitatur super deum suum. Item post aliquantum: Audite me, qui scitis iustum, populus, lex mea in corde eorum. nolite timere obprobria hominum, et blasphemias eorum ne timeatis. sicut enim uestimentum, sic comedet eos uermis: et sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit et iustitia mea in generationes generationum. Et post aliquantum: Quaerite dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. derelinquat impius uiam suam et uir iniquus cogitationes suas et reuertatur ad dominum. et miserebitur eius, et ad deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Et post uersus XX: Haec dicit dominus: custodite iudicium et facite iustitiam: quia iuxta est salus mea ut ueniat, et iustitia mea ut reueletur. beatus uir, qui facit hoc, et filius hominis, qui adprehendit istud: custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et post non multum: Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter inminentes petras. in partibus torrentis pars tua. haec est sors tua: et ipsis obtulisti libamen, obtulisti sacrificium. numquid super

2 Es. 46, 8 et 9   5 Es. 50, 10   8 Es. 51, 7 et 8   13 Es. 55, 6 et 7   18 Es. 56, 1 et 2   23 Es. 57, 5 et 6

2 redımı P^1 alıqua *R*   meṁτo *C*   3 fundamını *MS (cod. Am.)*, fundımını P^1, ɔfundímíní *R*   4 deus] dñſ *MPCRS*   5 poſτ alıquanτũ *R*, alıqua *(om.* post) *C*   6 et] *om. R*   8 populoſ *S*   11 comedıτ (comm. *MP) MPCa*   *uerba:* uermis e. s. l. s. d. eos *om.* M^1 deuorabit] deuoraũ *S*, comedıτ (cõm. M^2P) M^2PC, comedeτ *R*   τınea *(in ras. m. 1) M*   12 ın generaτıone SP^2 14 ınuenıre *M*   15 de|lınquaτ *S*   suas] *om.* P^1 17 quoniam] quı *R* (quia *cod. Am.)*   18 ueřſ ·XX· pluſ mınuſ *S*, XX· ū *CRa*   20 hoc] auτem P^1, haec P^2 21 ıllū *C*, ıſτud *S*   24 emínenτeſ *Rv*   26 obτulıſτıſ *(bis) S*

his non indignabor? Item post aliquantum: Me etenim de die in diem quaerunt et scire uias meas uolunt, quasi gens, quae iustitiam fecerit et quae iudicium dei sui non dereliquerit. rogant me iudicia iustitiae: adpropinquare deo uolunt. quare ieiunauimus, et non aspexisti? humiliauimus animam nostram, et nescisti? ecce in die ieiunii uestri inuenietur uoluntas uestra, et omnes debitores uestros repetitis. ecce ad lites et ad contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie. nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor uester. numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem adfligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circulum caput suum et saccum et cinerem sternere? numquid istud uocabis ieiunium et diem acceptabilem domino? nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos: et omne onus disrumpe. frange esurienti panem tuum et egenos uagosque induc in domum tuam: cum uideris nudum, uesti eum, et carnem tuam ne despexeris. Et post IIII uersus: Si abstuleris de medio tui catenam et desieris digitum extendere et loqui quod non prodest: cum effuderis esurienti animam tuam et animam adflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, et tenebrae tuae erunt sicut meridies. et requiem tibi dabit dominus semper. Et post multa: Populus, qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis et sacrificant super lateres: qui habitant in sepulchris et in delubris idolorum dormiunt. Et post II uersus: Qui dicunt: recede a me, non adpropinques mihi, quia inmundus es. isti fumus

1 Es. 58, 2—7 19 ib. 9—11 24 Es. 65, 3 et 4 27 ib. 5—7

2 *uerba:* et scire *usque ad* dereliquerit *om. P* 6 anımaſ nr̃aſ P^2 *av* 7 ınuenıtur *RSv* 8 et ad] ad *M,* eꞇ ad P^1, eꞇ P^2*CRSav* ꝑcuꞇıenꞇeſ P^1 9 ad] ın *S* 16 demıꞇꞇe *MP* dırumpe *Rav* 17 eſurıenꞇem *MPC* 18 uesti] opı *Rv* 19 dıſpexerıſ *MPCS* III *R,* quartus *a* 20 ext.] oſꞇendere *M*P^1*C* quod *in ras.* P^2 23 dominus] dn̄s deus *a* 24 mulꞇũ *CR* ꝓuocanꞇ *CR* 27 IIII *P,* II' *R,* ſecundus *a* 28 non] ne *R* mihi] me *M*P^1*C, om. R*

erunt in furore meo, ignis ardens tota die. ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam et retribuam in sinu eorum iniquitates uestras et iniquitates patrum uestrorum simul, dicit dominus. qui sacrificauerunt super montes et super colles exprobrauerunt mihi, et remetiar opus eorum primum in sinus eorum. Et post X uersus: Et uos, inquit, qui dereliquistis dominum. qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunae mensam et libatis super eam: numerabo uos in gladio, et omnes in caede corruetis: pro eo quod uocaui et non respondistis, locutus sum et non adtendistis: et faciebatis malum in oculis meis et quae nolui elegistis. Et paulo post: Haec dicit dominus: caelum sedes mea et terra scabellum pedum meorum. quae ista domus, quam aedificabitis mihi? et quis iste locus quietis meae? omnia haec manus mea fecit, et facta sunt uniuersa ista, dicit dominus. ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos? Et post VII uersus: Ego eligam inlusiones eorum et quae timebant adducam eis: quia uocaui et non erat qui responderet, locutus sum et non audierunt: feceruntque malum in oculis meis et quae nolui elegerunt. audite legem domini, qui tremitis ad uerbum eius: dixerunt fratres uestri odientes uos et abicientes propter nomen meum: glorificetur dominus, et uidebimus in laetitia uestra. ipsi autem confundentur.

6 Es. 65, 11—12 12 Es. 66, 1 et 2 18 ib. 4 et 5

2 ſınus *a* 4 qui] quıa *P* 5 remıτıar (remıc. *M*) MP^1C 6 ſınu[ſ] *M*, ſınu CRP^2v X] aliquos *a* 7 qui *pr.*] *om.* *MCR* montem] nomen *MPCR* 9 corruıτıſ MP^1C 10 uocauı uoſ *Ca* 11 facıeτıſ P^1, fecıſτıſ P^2 12 ſedıſ *C* 13 ſcabıllum *MP* meorum] τuorũ S^1 quae eſτ RP^2av 14 quam] qua *S* 17 VII] IIII *P*, ſextus *a* 18 illuſiones eorum eligam *a* 19 reſponderıτ MP^1 21 elıger̃ *C* legem] uerbū *Sv* τrem&ıſ P^2CSa *(cod. Am.)* 22 od.] hodıenτeſ *M*, obedıenτes *R* 24 autem] *om.* P^1 confundeñτ. EXPLICIT ESAIAS• INCIPIT DE LIBRO HIEREMIAE *S*

XX.

DE LIBRO HIEREMIAE.

Audite uerbum domini, domus Iacob et omnes cognationes domus Israhel. haec dicit dominus: quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis, quia elongauerunt a me et ambulauerunt post uanitatem et uani facti sunt? Et post X uersus: Hereditatem meam posuistis in abominationem. sacerdotes non dixerunt: ubi est dominus? et tenentes legem nescierunt me, et pastores praeuaricati sunt in me, et prophetae prophetauerunt in Bahal et idola secuti sunt. Et paulo post: Numquid obliuiscitur uirgo ornamenti sui, sponsa fasciae pectoralis suae? populus uero meus oblitus est mei diebus innumeris. quid niteris bonam ostendere uiam tuam ad quaerendam dilectionem, quae insuper et malitias tuas docuisti uias tuas, et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum et innocentium? non in fossis inueni eos, sed in omnibus quae supra memoraui. et dixisti: absque peccato et innocens ego sum, et propterea auertatur furor tuus a me! ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris: non peccaui. quam uilis es facta nimis iterans uias tuas! et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. nam et ab ista egredieris et manus tuae erunt super caput tuum, quoniam obtriuit dominus confidentiam tuam. Et paulo post: Conuertimini, filii, reuertentes, dicit dominus, quia ego uir uester.

3 Hier. 2, 4 et 5 7 ib. 7 et 8 11 ib. 32—37 23 Hier. 3, 14

2 ıheremıæ *M*, ıeremıe *CR* 3 cogıтaтıoneſ P^1 6 X] aliquot *a* 7 poſſuıſтı P^1 8 dominus] d̃ſ *MP'CR* et ten.] exтenenтeſ *P* 9 pph*eтae (*ras.* a) ꝓfeтauerunт *P* 10 et *ante* idola *om.* *MCR* 11 oblıuıſceтur *CSav* auт ſponſa *CRav*, eт ſponſa P^2 12 uero] *om.* *S* 14 docuıſтıſ *P* 15 in alis] malıſ P^1 est] *om.* MP^1S 16 ınnocenтẽ *M*, ınnocenтū *PCRav* sed] eт P^1 18 ego] *om.* MP^1S 19 eo] ego *M* 21 aſur *C* 23 obtr.] ɔтrıuıт *R* ɔfıducıam *R* paulo post] p' paꝉ (u) *P* 24 dıc̄ dн̄ſ. sтulт'|populuſ . . . poſт XXX uērſ pluſ mınuſ. Ad me conuerтere . . . laudabunт || *pag. 100* || eт paulo p'. Quıa ego uır ūr. Itē paulo p' Sı conuerтerıſ | ırꝉ. conuerтere aıт dн̄ſ. Cırcuıтe uıaſ . . . *S*

Item paulo post: Si conuerteris, Israhel, conuertere, ait dominus, ad me conuertere. si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoueberis. et iurabis: uiuit dominus! in ueritate et in iudicio et in iustitia: et benedicent eum gentes ipsumque laudabunt. Et paulo post: Stultus populus meus me non cognouit: filii insipientes sunt et uecordes: sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Et post XXX uersus: Circuite uias Hierusalem et aspicite et considerate et quaerite in plateis eius, an inueniatis uirum facientem iudicium et quaerentem fidem, et propitius ero eius. quod si etiam: uiuit dominus! dixerint, et hoc falso iurabunt. domine, oculi tui respiciunt fidem. percussisti eos, et non doluerunt: adtriuisti eos, et rennuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas super petram, noluerunt reuerti. ego autem dixi: forsitan pauperes sunt et stulti, ignorantes uiam domini, iudicium dei sui. ibo igitur ad optimates et loquar eis: ipsi enim cognouerunt uiam domini, iudicium dei sui: et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt uincula. Et post VI uersus: Filii tui dereliquerunt me et iurant in his qui non sunt dii. saturaui eos, et moechati sunt et in domo meretricis luxuriabantur. equi amatores et admissarii facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. numquid super his non uisitabo, dicit dominus, et in gente tali non ulciscetur manus mea? Et post XL uersus: Qui

1 Hier. 4, 1 et 2 5 ib. 22 8 Hier. 5, 1—5 19 ib. 7—9 24 ib. 22—24

1 conuertere] *om. Rv* ait] dıcıт *R* 4 benedıcebunт *MP*[1] 5 p' pal (u) *P* 6 fılı *P*[1] uecordıſ *MP*[1] 7 facıenт *M* facere] *om. P*[1] 8 XXX] aliquot *a* ıherufalē *M* et *ante* consid. *om. P*[1] 9 an] uт *S*[1] 10 eius] ei *av*, eis *cod. Am., cf. Septuag.* 11 dıxerunт *P*[1] falſum *S* 14 *uerba:* facies s. s. p. noluerunt *om. P*[1] eт noluerunт *P*[2]*v* 16 *uerba:* ibo igitur — — dei sui *om. MPCR* 16 *et* 17 et iudicium *a (cod. Am.)* 18 hıı *MPCR*, hıſ *S* 19 VI] aliquos *a* derelınquerunт *P*[1] 20 hı*ſ *P*, híís *R* quae *MP*[1] mechaтı *R* 21 luxorıabanтur *MPC*[1], luxurıaтı ſunт *S*[1] equi] eт quı *RS* emıſſarıı *P*[2]*v* 22 ınnıebaт *M*, hın*nıebaт *P*, hınnıebaṅт *C*, hınnıabaт *S*[1] 24 manus] anıma *P*[2]*Sv* XL uērſ pluſ mınuſ *S*, aliquot *a*

posui arenam terminum mari, praeceptum sempiternum, quod non praeteribit: et commouebuntur et non poterunt, et intumescent fluctus eius et non transibunt illud. populo autem huic factum est cor incredulum et exasperans: recesserunt et abierunt, et non dixerunt in corde suo: metuamus dominum deum nostrum. Et post VII uersus: Inuenti sunt, inquit, in populo meo impii, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes et pedicas ad capiendos uiros. sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenae dolo: ideo magnificati sunt et dilatati, incrassati sunt et inpinguati, et praeterierunt sermones meos pessime. causam pupilli non dixerunt et iudicium pauperum non iudicauerunt. numquid super his non uisitabo, dicit dominus, aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea? stupor et mirabilia facta sunt in terra. prophetae prophetabant mendacium, et sacerdotes adplaudebant manibus suis, et populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouis-

6 Hier. 5, 26—31

1 harenā *S* 2 commouebunτ P^1S ıntumeſcenſ *S* 5 habıerunτ *MC* non] *om.* P^1 6 VII] paucos *a* 7 in] *om.* P^1 8 peducaſ MP^1 9 sic] ſıcuτ P^1 10 ınpınguatı ſunτ *MP* 11 *ad uocem* pupilli *add:* ñ ıudıcauerunτ cauſam P^2 *(cf. v)* dixerunt] dırexerunt P^1CR 12 non ſup híís *R* 13 aut] *om.* P^1 ulcisc.] oblıuıſcıτur *R* anima] manuſ MP^1CR 14 mea] *add.* hıc (tunc *edd.*) exponıτ quod (*om.* quod MP^1C) ſupra dıxeraτ: ıbo ad opτımaτeſ & loquar eıſ· forſıτan ıpſı (*add:* nõ *R*) cognouerunτ (cognouerınτ *M*) uıam dñı: & ecce magıſ hı parıτer confregerunτ ıugum, ruperunτ uıncula. nunc deſcrıbıτ quı ſunτ (ſınτ P^2) opτımaτeſ, propheτae uıdelıceτ & ſacerdoτeſ, quorum alıı fuτura praedıcunτ, alıı facıenda ex lege decernunτ (dıſcernūτ *R*). & ecce, ınquıτ (ınquıd *MP*), ıllıſ mendacıum propheτanτıbuſ (-τaτıbuſ *M*, profeτaτıb: P^1) ſacerdoτeſ manıbuſ adplauſerunτ. & uτ (*om.* ut P^1) oſτendaτur (oſτendaτ P^1) populuſ non eſſe ſıne culpa, quı a τalıbuſ abducaτur, ſcrıpτum eſτ: eτ populuſ meuſ dılexıτ τalıa: (*add:* populuſ P^1) quondam meuſ ſed (eτ *MCR*) poſτquam dılexıτ (*add:* τalıa P^1R) meuſ eſſe deſıuıτ (desinit *edd.*) quıd ıgıτur facıenτ (*om.* fac. P^1), cum nouıſſımum τempuſ ıudıcıı aduenerıτ, ſıue capτıuıτaτıſ neceſſıτaſ, unde ſτupor & mırabılıa facτa ſunτ, quıa (quae MP^2C) nec ın prıncıpıbus, nec ın populo ınuenτuſ ſıτ, quı recτa ſenτıreτ (*uerba:* quia nec — — sentiret *om.* P^1) *MPCR*, *cf. S. Hieronymi in Hierem. Comm. l. II. cap. V* 14 *uerba:* stupor e. m. f. sunt *om.* P^1 15 pph&auerunτ (prophaeτ. *P*) *MPCR* eτ plaudebanτ P^1

simo eius? Et post XXX uersus: Cui loquar? et quem contestabor, ut audiat? ecce incircumcisae aures eorum, et audire non possunt: ecce uerbum domini factum est illis in obprobrium, et non suscipiunt illud. Et paulo post: Audite uerbum domini, omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis dominum. haec dicit dominus exercituum deus Israhel: bonas facite uias uestras et studia uestra, et habitabo uobiscum in loco isto. nolite confidere in uerbis mendacii, dicentes: templum domini, templum domini est. quoniam si benedixeritis uias uestras et studia uestra, si feceritis iudicium inter uirum et proximum eius, aduenae et pupillo et uiduae non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, et post deos alienos non ambulaueritis in malum uobismet ipsis: habitabo uobiscum in loco isto, in terra, quam dedi patribus uestris, a saeculo usque in saeculum. ecce uos confiditis uobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt uobis. furari, occidere, adulterare, iurare mendaciter, libare Bahalim et ire post deos alienos, quos ignoratis. et uenistis et stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, et dixistis: liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas. ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? ego, ego sum, ego uidi, dicit dominus. ite ad locum meum in Silo, ubi habitauit nomen meum a principio, et uidete, quae fecerim ei propter malitiam populi mei Israhel. et nunc, quia fecistis omnia opera haec, dicit dominus, et

1 Hier. 6, 10   4 Hier. 7, 2—19

1 ṗ uērſ XXX pluſ mınuſ *S*, poſt aliquot u. *a*   5 om̄ſ *M*, omnıſ (ıſ *in ras.*) *P*   6 dominum] dm̄ *S*   7 *uerba:* et habitabo — — studia uestra *om. R*   8 isto] hoc *C*   mendatıa P^1 9 *uerba:* templum domini *ter* P^2*av*   10 benedırexerıtıſ P^2C^2*Rv*, benedırexıſtıſ P^1 11 *uerba:* aduenae — — calumniam *om. MPCR*   13 non] ın P^1 15 & uſque P^1*v*   17 furare *MPC*   19 ſt&ıſ M^1 20 *uerba:* et dixistis — — nomen meum *add. in marg. sign.* hd *et* hh *m. pr. S*   lıberatı* *P*   21 omnes] *om.* P^1 latronem P^1 23 ego *bis*] *semel MPCR*   24 ubı tauıt *P*   25 fecerunt P^1 26 fecıſtı *C*   opera] uerba *S*

locutus sum ad uos mane consurgens et loquens et non audistis, et uocaui et non respondistis: faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum et in qua uos habetis fiduciam, et loco, quem dedi patribus uestris, sicut feci Silo, et proiciam uos a facie mea, sicut proieci omnes fratres uestros uniuersum semen Ephraim. tu ergo noli orare pro populo hoc, nec adsumas pro eis laudem et orationem, et non obsistas mihi: quia non exaudiam te. nonne uides, quid isti faciant in ciuitatibus Iuda et in plateis Hierusalem? filii colligunt ligna et patres succendunt ignem et mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginae caeli et libent diis alienis et me ad iracundiam prouocent. numquid me ad iracundiam prouocant? dicit dominus, nonne semet ipsos in confusione uultus sui? Et paulo post: Numquid qui cadit non resurget? et qui auersus est non reuertetur? quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? adprehenderunt mendacium et noluerunt reuerti. adtendi et auscultaui: nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat paenitentiam super peccato suo dicens: quid feci? Et post VIIII uersus: Quomodo dicitis: sapientes nos sumus et lex domini nobiscum est? uere mendacium operatus est stilus mendax scribarum. confusi sunt sapientes, perterriti et capti sunt. uerbum enim domini proiecerunt, et sapientia nulla est in eis. Et paulo post: Quis dabit me in solitudine diuersorium uiatorum, et derelinquam populum meum et recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, coetus praeuaricatorum. et extenderunt linguam

14 Hier. 8, 4—6 20 ib. 8 et 9 24 Hier. 9, 2—9

4 locum *MPCa*, in loco *R* quam *MP¹C¹* 5 ꝓieci *MP¹* 6 effraim *MPCSa*, effraym *R* or.] er|rare *C* 8 uidif *MC¹* qd *MC* 9 collegunt *MP¹* 11 ut faciant] *om. S* placentef *P¹* regina *M*, regna *C* 12 prouocent] prouocaffent (nt *s. lin. al. m.*) *S* 14 cad& *S* (*cod. Am.*) 15 ergo] autem *P* reuerfuf *C* 16 contentione *P¹* 17 adtendite & *MC* aufculta** (ui *ras.*, te *s. lin. add. al. m.*) *C* 18 poenitentiā *S* 19 VIII *P*, paucos *a* 21 mendacium uere eft operatuf *P* fcribarum mendax *R* 23 ꝓicerunt *MP¹C* paull p; *M*, ṗ pal *P* 24 diuerforum *P¹Ca* 26 caetuf *P¹*, cetus *R*, et coetus *a* praeuaricatorum] *sequ.*: & derelinquam populum meum *MPC*

suam quasi arcum mendacii et non ueritatis: confortati sunt in terra. quia de malo ad malum egressi sunt et me non cognouerunt. dicit dominus. unusquisque se a proximo suo custodiat et in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit et omnis amicus fraudulenter incedet. et uir fratrem suum deridebit et ueritatem non loquentur. docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: ut inique agerent. laborauerunt. habitatio tua in medio doli: in dolo rennuerunt scire me. dicit dominus. propterea haec dicit dominus exercituum: ecce ego conflabo et probabo eos. quid enim aliud faciam a facie filiae populi mei? sagitta uulnerans lingua eorum. dolum locuta est in ore suo: pacem cum amico suo loquitur et occulte ponit insidias. numquid super his non uisitabo. dicit dominus. aut in gente tali non ulciscetur anima mea? Et paulo post: Haec dicit dominus: non glorietur sapiens in sapientia sua. et non glorietur fortis in fortitudine sua. et non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur. scire et nosse me. quia ego sum dominus. qui facio misericordiam et iudicium et iustitiam in terra. haec enim placent mihi. ait dominus. Et post XVI uersus: Haec dicit dominus: iuxta uias gentium nolite discere et a signis caeli nolite metuere quae timent gentes: quia leges populorum uanae sunt. quia lignum de saltu praecidit opus manus artificis in ascia: argento et auro decorauit illud: clauis et malleis conpegit. ut non dissoluatur. in similitudinem palmae fabricata sunt. et non loquentur: portata tollentur. quia incedere non ualent. nolite ergo timere ea. quia nec male possunt facere. nec bene. non est similis tui.

15 Hier. 9. 23 et 24   21 Hier. 10. 2—11

1 suam] meam *P*[1]   qu-asi (*ras.* 1) *C*   4 omne *MP*[1]   fratri (*Sa*   5 ſubplantanſ *MP*   ſubplantauit *MP*[1]. ſupplantabitur *R*   fraudolenter *S*   6 incedit *C*[1]*Ra*   7 loquet̃ *R*   8 doli] ydoli *R*   11 filii *R*   ſagita *P*[1]   18 glorietur ſcirem *P*[1]   20 placet *a*   21 XVI] aliquot *a*   dñſ dſ *MPCR*   22 metimere *S*. mutuare *P*[1]   23 ſalta *C*[1]   ꝑcedit *MP*[1]*C*[1]   24 manuum *P*[2]   26 palmae] plaſme (-ę *Pa*) *MPCa*

domine: magnus es tu et magnum nomen tuum in fortitudine. quis non timebit te, o rex gentium? tuum est enim decus: et inter cunctos sapientes gentium et in uniuersis regnis eorum nullus est similis tui. pariter insipientes et fatui probabuntur. doctrina uanitatis eorum lignum est. argentum inuolutum de Tharsis affertur et aurum de Ophaz. opus manus aerarii. hyacinthus et purpura indumentum eorum. opus artificum uniuersa haec. dominus autem deus uerus est. ipse deus uiuens et rex sempiternus. ab indignatione eius commouebitur terra, et non sustinebunt gentes comminationem eius. sic ergo dicetis eis: dii, qui caelos et terram non fecerunt, pereant de terra et de his quae sub caelo sunt. Et aliquanto post: Haec dicit dominus: maledictus homo, qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum, et a domino recedit cor eius. erit enim quasi myricae in deserto et non uidebit cum uenerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis et inhabitabili. benedictus uir, qui confidit in domino, et erit dominus fiducia eius. et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: et non timebit, cum uenerit aestus: et erit folium eius uiride, in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Item aliquanto post: Haec dicit dominus: facite iudicium et iustitiam et liberate ui oppressum de manu calumniatoris, et aduenam et pupillum et uiduam nolite contristare neque opprimatis inique, et sanguinem innocentem ne

13 Hier. 17. 5—8 22 Hier. 22. 3

3 et *pr. om.* P^1SRv 6 tarsis *MC*. tharsis *S* de ophaz] topazion *a* opaz P^1. tophaz P^2. ophir *R* *ad uocem* opus *add.:* artificis & P^2av manuum *R* herarii P^1. earum *R* 7 hyacinctus (hiac. P^2S) MCP^1S. iacinctus *R*. hiacynthus *a* 8 uniuersum P^1 dominus *om.* P^1 10 non] *om.* *MPCR* 11 dicitis MP^1CS 14 ponet MP^1C^1 in carnē *R* recedet *a* 15 myrrice *P*. miri ce (r *s. lin. add. m. 1*) *M*. mirrice *C*. mirice *R* 16 habitauit P^1a 17 inhabitabile *S* confid& *M* 18 trasplantatur *P* 19 sup quas P^1 umorē S^1 mitt& *Sa* 20 aestas MP^1a. estas *S* 21 desinit P^2 22 item] et *PSa* 24 contristari P^1 25 oppremاتis *M*. opp̄mates P^1

effundatis in loco isto. Et paulo post: Vae pastoribus, qui dispergunt et dilacerant gregem pascuae meae, dicit dominus. ideo haec dicit dominus deus Israhel ad pastores, qui pascunt populum meum: uos dispersistis gregem meum et eiecistis eos et non uisitastis: ecce ego uisitabo super uos malitiam studiorum uestrorum, ait dominus. Item paulo post: Haec dicit dominus exercituum: nolite audire uerba prophetarum, qui prophetant uobis et decipiunt uos. uisionem cordis sui locuntur, non de ore domini. dicunt his qui blasphemant me: locutus est dominus: pax erit uobis, et omni qui ambulat in prauitate cordis sui dixerunt: non ueniet super uos malum. quis enim adfuit in consilio domini? Et post XI uersus: Non mittebam prophetas, et ipsi currebant: non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant. si stetissent in consilio meo et nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utique eos a uia sua mala et a pessimis cogitationibus suis. Et post IIII uersus: Audiui quae dixerunt prophetae prophetantes in nomine meo mendacium atque dicentes: somniaui, somniaui. usquequo istud est in corde prophetarum uaticinantium mendacium et prophetantium seductiones cordis sui. qui uolunt facere, ut obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia cordis sui, quae narrat unusquisque ad proximum suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Bahal? propheta, qui habet somnium, narret somnium: et qui habet sermonem meum, narret sermonem meum uere. quid paleis ad triticum? dicit dominus. numquid non uerba mea sunt quasi ignis, ait dominus, et quasi malleus conterens

1 Hier. 23, 1 et 2 6 ib. 16—18 13 ib. 21 et 22 17 ib. 25—32

1 effudatıſ *MC*¹, effundıtıſ *P*¹ paulł *M* 4 ıecıſtıſ *M*, eıecıſtı *P*¹ 5 non] *om.* *P*¹ uıſſıtaſtıſ eoſ *P* 7 profetarum *P* 8 decıpıent *S* 11 noſ *S*, eos *R* 12 XI] aliquos *a* 13 pph&ıſ *C* loquebar (ar *in ras.*) *P* 16 IIII] paucos *a* 17 quı *P*¹ 20 uolet *R* 22 narrant *S* 24 ab& *M* 26 paleaſ *M*¹, palleıſ *S* mea] *om.* *R* 27 ſunt ſıc̃ (quaſı) ıgnıſ *(corr. m. 1)* *M* ait] dicit *av*

petram? propterea ecce ego ad prophetas, ait dominus, qui furantur uerba mea unusquisque a proximo suo. ecce ego ad prophetas, ait dominus, qui adsumunt linguas suas et aiunt: dicit dominus. ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait dominus, qui narrauerunt ea et seduxerunt populum meum in mendacio suo et in miraculis suis, cum ego non misissem eos nec mandassem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit dominus. Et paulo post: Et misit dominus ad uos omnes seruos suos prophetas consurgens diluculo mittensque, et non audistis, neque inclinastis aures uestras, ut audiretis, cum diceret: reuertimini unusquisque a uia sua mala et a pessimis cogitationibus uestris, et habitabitis in terra, quam dedit dominus uobis et patribus uestris, a saeculo et usque in saeculum. et nolite ire post deos alienos, ut seruiatis adoretisque eos, neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum uestrarum, et non adfligam uos. et non audistis me, |dicit dominus. Et aliquanto post: Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. Item post aliquantum: Bonus est dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum. bonum est praestolari cum silentio salutare domini. bonum est uiro, cum portauerit iugum ab adulescentia sua. sedebit solitarius et tacebit: quia leuauit super se. ponet in puluere os suum, si forte sit spes. dabit percutienti se maxillam, saturabitur obprobriis: quia non repellit in sempiternum dominus.

8 Hier. 25, 4—7 17 Hier. 48, 10 18 Thren. 3, 25—32

1 ecce] *om.* *P*¹ 2 proxımo ſuo (*utrumque* o *terminat. in ras.*) *P* 4 et ecce . . ſomniātes ꝓphetas *a* ſonmianт̃ *C* 6 mıſſıſſem *MC* 7 eoſ *M*¹ 9 ꝓpheтanſ *P*¹ 12 quā ın тerra *P*¹ 14 seruiatis eis *v* 16 audıſтı *M*, audı&ıſ *S*¹ alıco *MC* 17 deı *R* fraudolenтer *S* 18 ṗ alıquanтo *S* dominus] d̃ſ *MCR* 19 querenтe *S* preſтuları *MC*¹, praeſтuları *P*², preſ|тolare *S* 20 ·˙ſaluтare dm̃ı ·˙ cū ſılenтıo *S* 22 leuauıт ſe ſup ſe *Ra* ponıт *PS* 23 pcuтıenтeſ *S* 24 repelleт *Rv*

XXI.

DE LIBRO EZECHIELIS.

Cum autem pertransissent septem dies, factum est uerbum domini ad me dicens: fili hominis, speculatorem dedi te domui Israhel. et audies de ore meo uerbum, et adnuntiabis eis ex me. si dicente me ad impium: morte morieris, non adnuntiaueris ei. neque locutus fueris, ut auertatur a uia sua impia et uiuat. ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. si autem tu adnuntiaueris impio et ille non fuerit conuersus ab impietate sua et uia sua impia. ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. sed et si conuersus iustus a iustitia fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. ipse morietur. quia non adnuntiasti ei. in peccato suo morietur. et non erunt in memoria iustitiae eius. quas fecit: sanguinem uero eius de manu tua requiram. si autem adnuntiaueris iusto, ut non peccet iustus. et ille non peccauerit, uiuens uiuet. quia adnuntiasti ei, et animam tuam liberasti. Et post aliquantum: Et dixit dominus ad eum: transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem, et signa thau super frontem uirorum gementium et dolentium super cunctis abominationibus, quae fiunt in medio eius. et illis dixit audiente me: transite per mediam ciuitatem sequentes eum et percutite. non parcat oculus uester, neque misereamini: senem. adulescentulum, et uirginem, et paruulum, et mulieres interficite usque ad inter-

3 Ez. 3, 16—21 19 Ez. 9, 4—6

2 INCIP̄ DE LIBRO EZECHIELIS PROPH̄ *S* HEZECHIELIS (I *supra*) *P*, hæzechıelıs *M* 3 perτranſiſſeτ P^2 dıeſ ſepτē *C* 4 domini] *om.* P^1 fılıı *M* 5 ex] de *S* 6 me dıcenτe *Sa* morıereſ *M*, morıenſ P^1 non] ſı non P^2 adnunτıaberıſ *S* 8 in] *om.* MP^1 *(cod. Am.)* morıaτur P^1 9 adnunτıaberıſ *S* 10 a uıa P^2av 11 iniquitate] ımpı&aτe *MCR* 12 si] *om.* MP^1C a ıuſτıτıa ſua P^2av 13 *et* 14 morıaτur P^1 17 peccet** *P* et] *om.* MP^1C uıuıτ *MC* 18 et tu *av* alıquanτa *R* 19 eum] me P^2 20 τau *Pa* *(cod. Am.)* 26 fronτem (f *supra*) *P* 23 eum] *om.* *MPCR* 24 senem] *om.* P^1 25 mulıerē *a* ınτ̄nıτıonē *Ma*, ınτer**nıτıonem *P*, ınτernıcıonem C^1R

necionem. omnem autem super quem uideritis thau ne occidatis: et a sanctuario meo incipite. Et aliquanto post: Pro eo quod maerere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui, et confortastis manus impii, ut non reuerteretur a uia sua mala et uiueret. Item post aliquantum: Ecce haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae: superbia, saturitas panis, et abundantia, et otium ipsius et filiarum eius: et manum egeno et pauperi non porrigebant: et eleuatae sunt et fecerunt abominationes coram me. et abstuli eas, sicut uidisti. Et post paululum: Vir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iustitiam, in montibus non comederit et oculos non leuauerit ad idola domus Israhel et uxorem proximi sui non uiolauerit et ad mulierem menstruatam non accesserit et hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per uim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit et nudum operuerit uestimento, ad usuram non commodauerit et amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam, iudicium uerum fecerit inter uirum et uirum, in praeceptis meis ambulauerit et iudicia mea custodierit, ut faciat ueritatem, hic iustus est: uita uiuet, ait dominus deus. quod si genuerit filium latronem et effundentem sanguinem et fecerit unum de istis, et haec quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem et uxorem proximi sui polluentem, egenum et pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem et ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientem, ad usuram dantem et amplius accipientem: num-

3 Ez. 13, 22 5 Ez. 16, 49 et 50 10 Ez. 18, 5—32

1 autem] tum P^1 tau *Pa (cod. Am.)* ne *in ras. P* 2 poſt aliqua *R* 3 feciſti *S* 4 confortaſti S^1 reuertetur P^1R 5 item] *om. MPCR* aliqua *R* ecce] et *a* 6 haec *om. C* 10 paulo poſt *R* paull *MC*, pal P, paulolum S^1 11 commederit MP^1R oculoſ ſuoſ P^2v 12 lauauerit *M* 14 per] poſt P^1 15 et] *om. P* 17 acciperit *M* 19 hic iuſtũ ẽ *M* 20 uiuet et nõ morietur *R* 21 et *pr. om. Sa* effudentem P^1 fecerit iudicium P^1 22 haec] *om. R* 23 commedentem MP^1 25 suos] *om.* P^1 abominationes *a* 26 numquid non (non *perductum*) *P*

quid uiuet? non uiuet: cum uniuersa detestanda haec fecerit, morte morietur: sanguis eius in ipso erit. quod si genuerit filium, qui uidens omnia peccata patris sui, quae fecit, timuerit et non fecerit simile eis, super montes non comederit et oculos suos non leuauerit ad idola domus Israhel et uxorem proximi sui non uiolauerit et uirum non contristauerit, pignus non retinuerit et rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit et nudum operuerit uestimento, a pauperis iniuria auerterit manum suam, usuram et superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit et in praeceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed uita uiuet. pater eius, quia calumniatus est et uim fecit fratri, malum operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. et dicitis: quare non portauit filius iniquitatem patris? uidelicet quia filius iudicium et iustitiam operatus est et omnia praecepta mea custodiuit et fecit illa: uita uiuet. anima, quae peccauerit, ipsa morietur. filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii. iustitia iusti super eum erit et impietas impii super eum erit. si autem impius egerit paenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, et custodierit uniuersa praecepta mea et fecerit iudicium et iustitiam, uita uiuet et non morietur. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, uiuet. numquid uoluntatis meae est mors impii, dicit dominus deus, et non ut conuertatur a uiis suis et uiuat? si autem auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari

1 uiuet *pr.*] uiuenſ *MPC* uiuet *alt.*] uidet P^1 4 fecerit *P* commederit *MP* 5 lauauerit *M* 6 sui] *om.* MP^1R 7 r&enuerit MPC^1 8 pauperſ *M*, paupeſ P^1 iniuriā *MPC* 10 accīperit *MP* 11 in] *om.* MP^1 uita] *om.* MP^1CR. ʼita *S* 12 quia] qui P^1S facit P^1, fecerit *R* malum] *om.* M^1, et malum *Sav* 13 est *alt.*] *om.* *S* in] *om.* *P* iniquitatem P^1 14 diciſ *MSa*, dicit P^1, dixiſtiſ P^2 portabit *a* patris] *om.* P^1 15 omnia (*om.* et) *PSav* 16 uita] *om.* MP^1CR 17 moriatur P^1 17 *et* 18 portauit MP^1C 19 erit ſup eũ *Rav* 20 inpiuſ *M* poenitentiā MP^1C qui P^1 22 et *alt.*] *om.* *S* (*cod. Am.*) 23 iniquitatem P^1 24 quam] que *M*, quę *C* 27 omnes] *om.* P^1 operare *MP*

solet impius, numquid uiuet? omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur. in praeuaricatione, qua praeuaricatus est, et in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur. et dixistis: non est aequa uia domini. audite, domus Israhel: numquid uia mea non est aequa et non magis uiae uestrae prauae sunt? cum enim auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia, quam operatus est, morietur. et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, et fecerit iudicium et iustitiam, ipse animam suam uiuificabit. considerauit enim et auertit se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est: uita uiuet et non morietur. et dicunt filii Israhel: non est aequa uia domini. numquid uiae meae non sunt aequae, domus Israhel, et non magis uiae uestrae prauae? idcirco unumquemque iuxta uias suas iudicabo, domus Israhel, ait dominus deus. conuertimini et agite paenitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris, et non erit uobis in ruinam iniquitas. proicite a uobis omnes praeuaricationes uestras, in quibus praeuaricati estis, et facite uobis cor nouum et spiritum nouum: et quare moriemini, domus Israhel? quia nolo mortem morientis, dicit dominus deus: reuertimini, et uiuetis. Et aliquanto post: Ecce principes Israhel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem. patrem et matrem contumeliis adfecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui. pupillum et uiduam contristauerunt apud te. sanctuaria mea spreuistis et sabbata mea polluistis. uiri detractores fuerunt in te ad

21 Ez. 22, 6—12

2 fecit *Sa* p̃uaricationẽ quã *C* ſua qua *R* 4 audite ergo *Rav* 5 mea] dñi C^1 est] *om. a* **ẹqua *S* 6 enim] *om. R* a] *om. P* 7 in *ante* iniustitia *om. MPC* iniustitia] iuſtitia *P* 10 uiuificauit *MPC* confiderauit (*supra lin.* er *ras.*) *P* auerterit P^1, auert& *S* 10 *et* 16 omnibus] hominib; P^1 14 idcircum M^2P^1 15 ait] dicit *P* 16 poenitentiã *M* 17 ruina *MP* iniquitatiſ P^1 20 morientis] peccatoriſ *C* 21 uiuitiſ P^1, uiu&e *S*, uiuite P^2av poſt aliquanta *R* 23 adfecerunt] et fecerunt P^1 25 ſpreuiſti . . . polluiſti P^1v detractatoreſ *P*

effundendum sanguinem. et super montes comederunt in te: scelus operati sunt in medio tui. uerecundiora patris discooperuerunt in te, inmunditiam menstruatae humiliauerunt in te. et unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abominationem, et socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam, filiam patris sui, oppressit in te. munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem, usuram et superabundantiam accepisti, et auare proximos tuos calumniabaris, mei quoque oblita es, ait dominus deus. Et post paululum: Et factum est uerbum domini ad me dicens: fili hominis. dic ei: tu es terra inmunda et non conpluta in die furoris. coniuratio prophetarum in medio eius. sicut leo rugiens capiensque praedam animam deuorauerunt, opes et pretium acceperunt, uiduas eius multiplicauerunt in medio illius. sacerdotes eius contempserunt legem meam et polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum et profanum non habuere distantiam et inter pollutum et inmundum non intellexerunt. Et post II uersus: Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem et ad perdendas animas et auare sectanda lucra. prophetae autem eius liniebant eos absque temperamento uidentes uana et diuinantes mendacium, dicentes: haec dicit dominus deus, cum dominus non sit locutus. populi terrae calumniabantur calumniam et rapiebant uiolenter, egenum et pauperem adfligebant et aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. et quaesiui de his uirum, qui interponeret saepem et staret oppositus contra me pro terra, ne disperderem eam: et non

10 Ez. 22, 23—26 18 ib. 27—31

1 commederunt *MP*[1] 3 in mĕndicia *(corr. m. pr.) S* 5 pollu& (pull. *M) MP*[1]*C* 6 opreſſit *M*, opraeſſit *P*[1] 9 mei] *om. P*[1] mei quoque] meiq; *Sav* paul *MPC*, paulolũ *S* 10 filii *a* 13 opuſ *M*, inopiſ *S (cod. Am.)* 14 acciperunt *MP* 15 illius] eiuſ *P* 16 profanum] pphãm *R* habuerunt *av* 17 inter] in *P*[1] inmundum *P* 19 ad *pr.*] et ad *R* efundendam *P*[1] perd.] precedendaſ *P*[1] 20 a*uarae *P* ſectande *P*[1] 22 diuinanteſ ei *P*[2] 23 sit] eſt *P*[1] 25 calumnia] calumniabanturque *P*[2] 26 his] eiſ *PSav* 27 obpoſituſ *M*

inueni. et effudi super eos indignationem meam, in igne irae meae consumpsi eos. uiam eorum in caput eorum reddidi, ait dominus deus. Item aliquanto post: Et factum est uerbum domini ad me dicens: fili hominis, loquere ad filios populi tui, et dices ad eos: terra cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terrae uirum unum de nouissimis suis et constituerit eum super se speculatorem, et ille uiderit gladium uenientem super terram et cecinerit bucina et adnuntiauerit populo, audiens autem quisquis ille est sonitum bucinae non se obseruauerit, ueneritque gladius et tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. sonum bucinae audierit et non obseruauerit: sanguis eius in ipso erit. si autem custodierit, animam suam saluabit. quod si speculator uiderit gladium uenientem et non insonuerit bucina, et populus non se custodierit, ueneritque gladius et tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israhel: audiens ergo ex ore meo sermonem, adnuntiabis eis ex me. si me dicente ad impium: impie, morte morieris: non fueris locutus, ut se custodiat impius a uia sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. si autem adnuntiante te ad impium, ut a uiis suis conuertatur, non fuerit conuersus a uia sua, ipse in iniquitate sua morietur, porro tu animam tuam liberasti. tu ergo, fili hominis, dic ad domum Israhel: sic locuti estis dicentes: iniquitates nostrae et peccata

3 Ez. 33, 1—20

1 in] et ın *Pav*   2 reddı *M*, reddıdı* *P*   3 ait] dıcıt *P*   item] et *PSa*   poſt alıqua *R*   4 fılı P^1 5 dıcıſ *M*   ınduxerıſ *C*, duxero *S*   eam] eum P^1 7 suis] *om.* MP^1CR 8 gladium] glorıam P^1 8 *et* 14 buccına *et* 10 *et* 11 buccıne *R*   10 non] et non *av*   obſeruaberıt *S*   10 *et* 15 tullerıt *M*   11 ſonıtŭ C^2av audıuıt P^1Sav 12 non ſe *Sav*   obſeruauıt P^2av, ſe obſeruabıt *S (cod. Am.)*   13 se cust. *v*   14 bucınae P^1 16 ılla quıdam P^1 in] *om.* P^1 *(cod. Am.)*   18 domuſ P^1 19 et *ante* adnuntiabis *add.* P^2 21 in] *om. M*   23 et non *a*   24 in] *om.* P^1 25 tu *pr.*] *om. C*   26 dıcentıſ MP^1

nostra super nos sunt et in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo uiuere poterimus? dic ad eos: uiuo ego, dicit dominus deus, nolo mortem impii, sed ut reuertatur impius a uia sua et uiuat: conuertimini a uiis uestris pessimis: et quare moriemini, domus Israhel? tu itaque, fili hominis, dic ad filios populi tui: iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit, et impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua, et iustus non poterit uiuere in iustitia sua, in quacumque die peccauerit. etiamsi dixero iusto quod uita uiuat, et confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiae eius obliuioni tradentur et in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. si autem dixero impio: morte morieris, et egerit paenitentiam a peccato suo feceritque iudicium et iustitiam, pignus restituerit ille impius, rapinam reddiderit, in mandatis uitae ambulauerit nec fecerit quicquam iniustum: uita uiuet, non morietur. omnia peccata eius, quae peccauit, non inputabuntur ei. iudicium et iustitiam fecit, uita uiuet. et dixerunt filii populi tui: non est aequi ponderis uia domini. et ipsorum uia iniusta est. cum enim recesserit iustus a iustitia sua feceritque iniquitates, morietur in eis. et cum recesserit impius ab impietate sua feceritque iudicium et iustitiam, uiuet in eis. et dicitis: non est recta uia domini. unumquemque iuxta uias suas iudicabo de uobis, domus Israhel. Et post XLVIIII uersus: Et tu, fili hominis, filii populi tui locuntur de te iuxta muros et in ostiis domorum et dicunt unus ad alterum, uir ad proximum suum, dicentes: uenite et audiamus, qui sit sermo egrediens a domino. et uenient ad te, quasi ingrediatur populus,

24 Ez. 33, 30—33 et Ez. 34, 1—10

2 dominus deus] *om.* P^1 3 sua] ſua impia *R*, ſua mala *a* 6 liberauit P^1S 7 ei] eũ *Sa* 8 iuſtũ *M* 10 uiuet *R* & fecerit S^1 11 iuſticia *M* in] *om.* P^1 12 ſin P^2 13 poenitentiã *MS* 15 rapinam] rapinamque C^2Sav redderet M^1, redderit $M^2P^1C^1$ 16 iniuſtuſ P^1 non] & non *CRav* 20 iniquitatem *R* 23 recta] ęqua *a* 24 XL nouem *S*, aliquot *a* 25 fili] filii *P* tui qui *Sav* 26 hoſtiiſ *CR*, hoſtiſ P^1 27 dicens *R* audiemuſ S^1 28 ueniunt *a* quaſi ſi P^2Sr

et sedent coram te populus meus et audiunt sermones tuos et non faciunt eos: quia in canticum oris sui uertunt illos et auaritiam suam sequitur cor eorum. et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur: et audient uerba tua et non facient ea. et cum uenerit quod praedictum est — ecce enim uenit — tunc scient quod prophetes fuerit inter eos. Et factum est uerbum domini ad me dicens: fili hominis, propheta de pastoribus Israhel, propheta et dices pastoribus: haec dicit dominus deus: uae pastoribus Israhel, qui pascebant semet ipsos, nonne greges pascuntur a pastoribus? lac comedebatis et lanis operiebamini et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. quod infirmum fuit non consolidastis, et quod aegrotum non sanastis, quod fractum est non alligastis, et quod abiectum est non reduxistis. quod perierat non quaesistis: sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. et dispersae sunt oues meae, eo quod non esset pastor: et factae sunt in deuorationem omnium bestiarum agri et dispersae sunt. et errauerunt greges mei in cunctis montibus et in uniuerso colle excelso, et super omnem faciem terrae dispersi sunt greges mei. et non erat qui requireret: non erat, inquam, qui requireret. propterea, pastores, audite uerbum domini: uiuo ego, dicit dominus deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam et oues meae in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor, neque enim quaesierunt pastores gregem meum, sed pastores pascebant semet ipsos et greges meos non pascebant: propterea,

1 audıanт *MP¹C¹* 2 ıncanтı cunт *M* cant. oris] canтıcũ morıſ *S* u'тerũт *R* illos] eos *P¹* 3 carmen (men *in ras.*) *P* 4 muſıcorum *R* quod *in ras. P* ſonu *C¹* audiunt *ar* 5 faciunt *ar* p̃dıcaтũ *MP¹Sa* 6 enim] *om. P¹* ꝓph&a *P¹* 10 commedebaтıſ *MP* 11 erıт *MC¹* occidebatis] comedebaтıſ (comm. *M*) *MPCR* 13 quod *alt.*] qua *P¹* 14 est] fuıт *P¹* quod *pr.*] *om. P¹* ꝓıecтum *P¹* 17 eſſenт *P¹*, eſт *R* facтa eſт *P¹* omnium] homınum *MC*, õmı *R* 18 dıſpſı *R* 18 *et* 20 gregıſ *MP* 19 colle* *P* 21 *uerba:* non er. inquam q. requireret *om. MCR* requıreт *P¹* 23 quod] quae *P¹* quod gregeſ meı daтı ſũт ın rapınā *R* gregıſ *P* deuoracıone* *M* 24 õmı *R* quod] quae *P¹* 26 paſcebanт paſтoreſ *Sav* semet ipsos — — pascebant *om. P¹*

pastores, audite uerbum domini: haec dicit dominus deus: ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manibus eorum et cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semet ipsos: et liberabo gregem meum de ore eorum et non erit eis ultra in escam. Et post XXXIIII uersus: Vos autem, greges mei, haec dicit dominus deus: ecce ego iudico inter pecus et pecus, arietem et hircum. nonne satis uobis erat pascuam bonam depasci? insuper et reliquias pascuarum uestrarum conculcastis pedibus uestris, et cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus uestris turbabatis. et oues meae his quae conculcata pedibus uestris fuerant pascebantur, et quae pedes uestri turbauerant haec bibebant. propterea haec dicit dominus deus ad eos: ecce ego ipse iudico inter pecus pingue et macilentum, pro eo quod lateribus et umeris inpingebatis et cornibus uestris uentilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. Et post aliquantum: Haec dicit dominus deus: sufficiat uobis, principes Israhel: iniquitatem et rapinas intermittite et iudicium et iustitiam facite et separate confinia uestra a populo meo, ait dominus deus. statera iusta et oephi iustum erit uobis et batus iustus.

Ista de libris posuimus, quos et Iudaei canonicos habent, in quibus eorum inuenimus quae huic operi conuenirent. sed non sunt omittendi et hi quos quidem ante saluatoris aduentum constat esse conscriptos, sed eos non receptos a Iudaeis recepit

6 Ez. 34, 17—21 17 Ez. 45, 9 et 10

2 ipse] *om.* P^1 ſub P^1 3 manu *Sav* 4 nec paſtoreſ paſcant ampliuſ P^2 6 XXXIIII· uer̃ | pluſ minuſ *S*, aliquantum *a* 8 hyrcum *P* ari&ū & hyrcorū (hirc. *av*) *Sav* nonne] & ne *MC*, et nec *R* paſcua bona P^2*Sav* 9 ɔculcatis *Ra* 10 ũriſ***** *M* biberitiſ $MP^1C^1S^1a$ 11 turbatiſ P^1a quae] qui *MC*, que P^1 12 peſ P^1 13 ur̃e *M*, ur̃* P^1, ur̃i* (*ras.* f) *S* turbauerunt *MPCS* 15 macelentū MP^1C inpinguebatiſ *P*, inping*ebatiſ (*ras.* u) *C* 19 confirma P^1 20 ait] dicit *Sa* 21 *ephi (*ras.* o) *C*, ephi *Ra*, oefi *S* beatuſ *CRS* iuſtuſ | EXPLICIT EZECHIHEL | *S* 23 aliqua ĩuenim' que *R* opere *S* 24 ĩuenirent *R*, conuenerint *Sa* 25 quidam P^1 26 eos] *om.* *R* a iudeoſ M^1 recipit *MP*

tamen eiusdem saluatoris ecclesia. in his sunt duo qui Salomonis appellantur a pluribus propter quandam, sicut existimo, eloquii similitudinem. nam Salomonis non esse nihil dubitant quique doctiores. nec tamen eius qui Sapientiae dicitur quisnam sit auctor apparet. illum uero alterum quem uocamus Ecclesiasticum, quod Iesus quidam scripserit, qui cognominatur Sirach, constat inter eos qui eundem librum totum legerunt. de libro ergo Sapientiae ista huic operi congruere uisa sunt.

XXII.

DE LIBRO SAPIENTIAE.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis quaerite illum. quoniam inuenitur ab his qui non temptant illum, apparet autem eis qui fidem habent in eum. peruersae enim cogitationes separant a deo: probata autem uirtus corripit insipientes. quoniam in maliuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum et auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, et corripietur a superueniente iniquitate. benignus est enim spiritus sapientiae et non liberabit maledictum a labiis suis: quoniam renum illius testis est deus et cordis eius scrutator est uerus et linguae illius auditor. quoniam spiritus

6 Retract. 2, 4, 2 cf. Doctr. chr. 2, 8, 13   13 Sap. 1, 1—11

1 tamen eos *R*   eiusdem] eosdem *P*[1]   ecclesię *C*   in his] hu *MPCR*   2 a pluribus appellantur *a*   4 solomonis *M*   7 quem] quae *P*[1]   quod] quē *R*   8 scripsit *P*[2]*CR*   cognominantur *P*[1]   syrach *S*, syrac *R*   constant *MPC*   9 legerint *P*[2]   10 opere *M*   12 DE SAPIENTIA (-cia *M*) *MCS*   LIBRO* *P*   13 iudica*tis *P*   14 et] *om.* *P*[1]   15 inuentur (ie *add. al. m.*) *P*   16 abent *M*   eum] illū *Sv*   18 maliuola anima *M*, maliuolo animā *C*[1]   introiū *C*, intrauit *MP*[1], intrabit *P*[2]*RS*   habitauit *MP*[1]*C*, inhabitabit *P*[2]   19 scīs *P*[1]   20 a] *om.* *S*   22 liberauit *MC*, liber au** *P*[1]   24 scrutatus *P*[1]   illius] eius *Sv*

domini repleuit orbem terrarum. et hoc quod continet omnia scientiam habet uocis. propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, sed nec praeteriet illum corripiens iudicium. in cogitationibus enim impii interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad dominum ueniet ad correptionem iniquitatum illius. quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non absconditur. custodite ergo uos a murmuratione, quae nihil prodest, et a detractione parcite linguae: quoniam responsum obscurum in uacuum non ibit. os autem, quod mentitur, occidit animam. Et paulo post: Qui confidunt in illum, intellegunt ueritatem, et fideles in dilectione adquiescent illi: quia donum et pax est electis illius. impii autem secundum quae cogitauerunt correptionem habebunt, qui neglexerunt iustitiam et a domino recesserunt. sapientiam enim et disciplinam qui abicit, infelix est. Et post VI uersus: Quoniam felix sterilis et incoinquinata, quae nesciuit thorum in delicto: habebit fructum in respectione animarum: et spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus dominum nequissima. Et aliquanto post: Audite ergo, reges, et intellegite: discite, iudices, finium terrae iustitiam. praebete aures, uos qui continetis multitudinem et placetis uobis in turbis nationum. quoniam data est a domino potestas uobis et uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra et cogitationes scrutabitur. quoniam cum essetis ministri regni ipsius, non recte iudicastis, neque

10 Sap. 3, 9—11 16 ib. 13 et 14 20 Sap. 6, 2—22

1 replebit *PS* 2 ſcientia *MC* uoceſ *MP*[1]*C* 3 nec] *om.* *P*[1] preteribit (bit *in ras.*) *P* in iudicium *P* 4 ſermonẽ *C* 5 ad *alt.*] et *CR* iniquitatem *P*[1] 6 murmuratio*nẽ *M* 7 abſcondetur *MPCRv* 8 nihil] *om.* *P*[1] prodem *P*[1] a] ad *M* tractione *S* 9 abibit *R* 10 occidet *P (cod. Am.)* p' pauł *P* 11 intellegent *Ca (cf. v)* adquieſcunt *P* 12 quia] qui *P*[1] 15 VI] III *MPCR* 16 coinquinata *MP*[1]*CS* 17 animarum] aĩar' ſcãr' *R (non C) v* 19 dominum] dñ̃ *P*[2]*v* aliqt̃ p; *MC*, aliquantũ poſt *R*, *om.* post *P*[1], poſt aliquantũ *Sa* 21 *uoſ *P* 22 multitudine *M*, multitudineſ *Pav* 24 interrogauit *MP*[1]*C* cogitationibuſ (cogitac. *M*) *MP*

custodistis legem iustitiae, neque secundum uoluntatem dei ambulastis. horrende et cito apparebit uobis: quoniam iudicium durissimum in his qui praesunt fiet. exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. non enim subtrahet personam cuiusquam dominus, nec reuerebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum et magnum ipse fecit et aequaliter illi cura est pro omnibus. fortioribus autem fortior instat cruciatus. ad uos autem, mali reges, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam et non excidatis. qui enim custodierint iustitiam iuste, iustificabuntur, et qui didicerint ista, inuenient quid respondeant. concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, et habebitis disciplinam. clara est enim et quae numquam marcescat sapientia et facile uidetur ab his qui diligunt eam et inuenietur ab his qui quaerunt illam. praeoccupat qui se concupiscunt, ut illis se priorem ostendat. qui de luce uigilauerit ad illam, non laborabit: adsidentem enim illam inueniet foribus suis. cogitare enim de illa sensus est consummatus, et qui uigilauerit pro illa, cito erit securus. quoniam dignos se ipsa circuit quaerens et in uiis ostendit se illis hilariter et in omni prouidentia occurrit illis. initium enim illius uerissima est disciplinae concupiscentia. cura ergo disciplinae dilectio est, et dilectio custoditio legum illius est, custoditio autem legum confirmatio incorruptionis est, incorruptio autem facit esse proximum deo. concupiscentia itaque sapientiae deducit ad regnum perpetuum. si ergo delectamini

3 in] *om. a* fiet] *om.* P^1 exigua *C* conced&ur *S* 4 patiuntur *CR (cod. Am.)*, patienter P^1 5 enim] *om.* P^1 ſubtrahit *S (cod. Am.)* reuerebitur (r *pr. in ras. trium litterarum*) *P* 6 cuiuſquam *in ras., add.* d̃ſ P^2 puſſillū *P* 7 pro] propter P^1, de P^2*Rav* autem] ergo *Pv* 8 mali* (*ras.* ſ) *C* re*geſ *P* 9 hii *MPCR* excedatiſ *MPCR* 10 dedicerint *M*P^1 11 ista] iuſta P^2 *(cod. Am.)* 12 illos] *om.* P^1 clara eſt (ra eſt *in ras.*) *P* 13 hiſ *P* 14 ea *M* eam et (am et *in ras.*) *P* inuenitur *CRSav* 15 priorem *C*, *litt.* riorem *in ras. P*, prior *v* 16 laborauit P^1 abſedentem $\dot{P}^2$*S* 17 forib; ſuiſ inuenı& (*om.* suis *R*) *MPCRv* 18 pro] *corr. in* propter, *deinde restitut. P*, ꝑ *R* illā *S* 19 quoniam] & qm̃ *MPCR* digniſ P^2 oſtendet *a* 21 concupiſcentię *MC*, concupiſcentia* *P*, ↄcupiſcencie *R* 23 confirmatio] conſummatio P^2*v*

sedibus et stemmatibus, reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis. Et paulo post: Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent uirtutes. sobrietatem enim et sapientiam docet et iustitiam et uirtutem, quibus utilius nihil in uita hominibus.

Nunc iam de libro, qui Ecclesiasticus dicitur, ponenda sunt quae uidentur. de quo hic etiam ea dixisse deputer quae de Prouerbiorum libro sum praelocutus, quamuis in isto Ecclesiastico plura repperi huic operi necessaria.

XXIII.

DE ECCLESIASTICO.

Timor domini scientiae religiositas. religiositas custodiet et iustificabit cor, iocunditatem atque gaudium dabit. timenti dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur. plenitudo sapientiae est timere deum et plenitudo a fructibus illius. Et post II uersus: Corona sapientiae timor domini. Et post IIII uersus: Radix sapientiae est timere deum: rami enim illius longaeui. in thesauris sapientiae intellectus est et scientiae religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. timor domini expellit peccatum. nam qui sine timore est non potest iustificari: iracundia enim animositatis illius subuersio illius est. sapiens usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iocunditatis. bonus sensus

2 Sap. 8, 7 13 Eccli. 1, 17—20 17 ib. 22 18 ib. 25—40

1 ſtematib; *MC*, ſcematib; *R*, ſimmatib; *S*[1], ſummatib; *S*[2] 3 huius] *om.* *P*[1] 5 uita] uia *R* hominũ *S* 6 nunc] num *S*[1] de] *om.* *S* 8 deputantur *R*, deputeſ *S* 9 quaſuiſ *M* 13 ſcientia & *S* · relegioſitaſ *MP*[1] *(bis)* religiositas *alt. om.* *C* 14 et] *om.* *P*[1] iuſtificabit* (ur *ras.)* *M* 16 est] *om.* *P*[1] deum] dñm *CR* 17 II] IIII *P*[1] 18 timor] eſt timor *P* 19 deum] dominum *av* enim] autem *P*[1] 20 ſcientia & *S (cod. Corb. ap. Sab.)* 22 pote*ſt iuſtificare *M* 23 animoſitaſ *C*[1] ſubuerſo *M*

usque in tempus abscondit uerba illius. et labia multorum enarrabunt sensum illius. concupiscens sapientiam. serua iustitiam. et deus praebebit illam tibi. sapientia enim et disciplina timor domini. et quod beneplacitum est illi fides et mansuetudo. et adimplebit thesauros tuos. non sis incredibilis timori domini et ne accesseris ad illum duplici corde. ne fueris hypocrita in conspectu hominum et non scandalizeris labiis tuis. adtende in illis, ne forte cadas et adducas animae tuae confusionem et reuelet deus abscondita tua et in medio synagogae elidat te. quoniam accessisti maligne ad dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia. Fili. accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem. et deprime cor tuum et sustine. declina aurem tuam et excipe uerba intellectus. et ne festines in tempus obductionis. sustine sustentationem dei. coniungere deo et sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. omne quod tibi adplicitum fuerit accipe: et in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe. quoniam in igne probatur aurum et argentum. homines uero acceptabiles in camino humiliationis. crede deo, et recuperabit te. et dirige uiam tuam et spera in illum. serua timorem illius et in illo ueteresce. metuentes dominum, sustinete misericordiam eius. et non deflectetis ab illo. ne cadatis. qui timetis dominum. credite illi, et non euacuabitur merces uestra. qui timetis dominum,

11 Eccli. 2, 1—23 et Eccli. 3, 1 et 2

1 abſcondet P^1v *uerba:* et labia m. e. s. illius *om.* *P* 2 narrabunt S^1 3 *pb& *(ras.* p) *S*, praebet *cod. Am.* enim] e**m̄ *M* 5 adımpleuıt *MC (cod. Am.)*, adpleūıt P^1 thesauruſ tuuſ M^1P^1, ſermoneſ tuoſ *R* 6 tımore *MCS* ne access.] neceſſerıſ P^1 7 hypochrıta *P* ſcandalızaberıſ *R* 10 ſınagoge (na *ex corr. add. pr. m.)* *M*, ſınıgogę P^1, ſınagogę *C* acceſıſtı P^1 11 fallacıae P^1 fılı M^1 12 tımore et ıuſtıtıa *Sa* 15 obdutıonıſ . . ſuſtentıonē *C* 17 amplıcıtū *C* accıp*& & *(ras.* ı) *M* 19 aceptabıleſ *M*, receptabıleſ *S*, receptibiles *av* humılıa***tıonıſ (tıa *eras.)* *P*, humılıtatıſ RS^1 20 recuperabat P^1 dıreget P^2 uıtam *S* 21 illum] eū *C* ueteraſce *Rav* 22 deflectatıſ *RSav* 23 *et* 24 dominum] dm̄ *S* 24 mercıſ *MP*

sperate in illum, et in oblectatione ueniet nobis misericordia. qui timetis deum, diligite illum, et inluminabuntur corda uestra. respicite, filii, nationes hominum, et scitote: quis sperauit in domino et confusus est, permansit in mandatis eius et derelictus est? et quis inuocauit illum et despexit illum? quoniam pius et misericors est deus et remittit in tempore tribulationis peccata omnibus exquirentibus se in ueritate. uae duplici corde et labiis scelestis et manibus malefacientibus et peccatori terram ingredienti duabus uiis. uae dissolutis corde, qui non credunt deo, ideo non proteguntur ab eo. uae his qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt uias rectas et deuerterunt in uias prauas. et quid facietis, cum inspicere coeperit deus? qui timent dominum, non erunt incredibiles uerbo illius: et qui diligunt illum, conseruabunt uiam illius. qui timent dominum, inquirent quae beneplacita sunt illi: et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. qui timent dominum, parabunt corda sua et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. qui timent dominum, custodiunt mandata illius et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius dicentes: si paenitentiam non egerimus, incidemus in manus dei et non in manus hominum. secundum enim magnitudinem illius, sic et misericordia ipsius cum eo. Filii sapientiae ecclesia iustorum, et nati illorum oboedientia et dilectio. iudicium patris audite, filii dilecti, et sic facite, ut salui sitis. Et post II uersus: Qui diligit deum, exorabit pro peccatis et con-

25 Eccli. 3, 4—10

1 oblectate *M*, oblectatione (tatione *in ras. trium uel quatt. litt.*) *P* 2 deum] dnm *PR* 3 nationis *C* sperabit *MC* 4 cfisus *M* *uerba:* permansit i. m. e. e. d. est *om. MPCR* 5 illum *pr.*] in illū *MC* illum inuocauit *Sa* dispexit *MPC* 6 remittet *RS*[1]*av* 7 exquir.] expectantib, *S*[1] 8 scelestes *M* 10 deo] dm *MP* his *PR* 11 diuerterunt *Rav* 12 in] ad *R* qui *P*[1] 13 ceperit *MCRS* domin.] dm *MC* 15 inquaerent *P*[1] 16 eum] *om. P*[1] domin.] dm *S* 17 pparabunt *Sar* 19 et] *om. P*[1] inconspectionem *P*[1] 20 paenit.] patientiam *P*[1] incedimus *MP*[2], incidim' *C* in dī manus *Sa* 21 enim] *om. P* 22 ipsius] illius *Rv* eo] ipso *Sav* 23 nati] natio *P*[2]*Rv* 24 audite] attendite *R* 25 deum] dnm *R* exorauit *P*[1] (*cod. Am.*)

tinebit se ab illis: in oratione dierum exaudietur. et sicut qui thesaurizat ita et qui honorificat matrem suam. qui honorat patrem, iocundabitur in filiis. qui honorat patrem suum, uita uiuet longiore, et qui obaudit patri, refrigerabit matrem. qui timet deum, honorat parentes: et quasi dominis seruiet his qui se generauerunt. in opere et sermone et omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio a domino. Et post III uersus: Ne glorieris in contumelia patris tui. Et post III uersus: Fili, suscipe senectam patris tui et ne contristes eum in uita illius. et si defecerit sensus, ueniam da et ne spernas eum in tua uirtute. Et post IIII uersus: Quam malae famae est qui relinquit patrem! et est maledictus a deo qui exasperat matrem. fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris. quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia dei solius et ab humilibus honoratur. altiora te ne quaesieris et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecepit tibi deus, illa cogita semper: et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. non est enim tibi necessarium ea quae abscondita sunt. Et post III uersus: Multos enim inplanauit suspicio eorum et in uanitate detinuit sensus illorum. cor durum male habebit in nouissimo,

8 Eccli. 3, 12 9 ib. 14 et 15 12 ib. 18—23 21 ib. 26—29

2 matrem ſuã qui honorificat *R* honorat] honorificat *Sa* 3 honorat] honorificat *S* 4 longiori *S* 5 deum] *om.* *R* ſerui. & hiſ *M* 6 generauerunt *S* *(cod. Am.)*: genuerunt *MPCRar* in ſermone (-oni *M*) & in omni *MC* in om̃i *R* 8 *uerba:* et p. III uersus *om.* *MPCR* 9 ſenecta *C* 10 contriſteriſ *S* ſenſu *Rar* 12 reli*quit *(eras.* n) *C*, relinqu& *S*, derelinquit *ar* 13 fili* *P* manſu&udinẽ *MC* 14 hominem P^1, omnem P^2 quando P^1 15 humilia te] humilitatem P^1 in] ** in *(ras.* ex) *P* 16 quoniam] quam *R* ſoliuſ dei et ab hoĩbus *R* 18 ꝑcipit *M*, percipit P^1 **illa *(ras.* in) *M* 19 ne] ñ *C* enim] *om.* *P* enim eſt *a* 20 neceſſariam P^1 neceſſariũ ſcrutari *R* ea quae abſcondita ſunt uidere oculis tuis *ar* 21 inpl*nauit *(ras.* a, *in marg:* al inquinauit *al. m.)* *C*, ſubplantauit P^2 *(cf. v)* 22 d&enuit *MPS* habit *C*

et qui amat periculum, in illo peribit. cor ingrediens duas uias non habebit successus, et prauicordius in illis scandalizabitur. cor nequam grauabitur in doloribus, et peccator adiciet ad peccandum. Et post II uersus: Cor sapiens intellegitur in sapientia, et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. sapiens cor et intellegibile abstinebit se a peccatis et in operibus iustitiae successus habebit. ignem ardentem extinguit aqua, et elemosyna resistit peccatis: et deus prospector eius qui reddit gratiam meminit in posterum, et in tempore casus tui inuenies firmamentum. Fili, elemosynam pauperum ne fraudes et oculos tuos ne transuertas a paupere. animam esurientem ne despexeris et non exasperes pauperem in inopia sua. cor inopis ne adflixeris et non protrahas datum angustianti. rogationem cum tribulatione ne abicias et non auertas faciem tuam ab egeno. ab inope non auferas oculos tuos propter iram et non relinquas quaerentibus tibi retro maledicere: maledicentis enim in amaritudine exaudietur precatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum. congregationi pauperum affabilem te facito, et presbytero humilia animam tuam et magnato humilia caput tuum. declina pauperi aurem tuam et redde debitum tuum et responde illi pacifica in mansuetudine. libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi, et non acide feras in anima tua. in iudicando

4 Eccli. 3, 31—34 et Eccli. 4, 1—36 et Eccli. 5, 1—18 et Eccli. 6. 1 et 2

2 prauum cor *S*, praui cordis *R* illis] ulliſ *P*[1] 3 *uerba:* cor nequam grauabitur *om. MCR* 4 peccandum] peccatũ *R* 8 tinguit *P*[1] elimoſina *M*, elemoſiniſ *C*, elemoſina *RS* reſiſtiſ *C*, reſiſt& *S* 9 perſpector ei' eſt *R* redd& *S* 10 tui** *P* elymoſinā *M*, elemoſinam *PR*, hemoſinā *C*[1], elemoſina *S* 11 pauperum] pauperē *S*, pauperis *av* tranſuertanſ *P*[1], auertaſ *P*[2] 12 diſpexeriſ *MPC* 13 in] *om. MP*[1]*C*[1] non] ne *S* 14 anguſtanti *P*[1] cum tribulatione] contribulati *v* habiciaſ *MC* et] *om. P* 15 non] ne *CR* 16 et] *om. P*[1] 17 maledicenteſ *MP*, maledicenti *S*[1] enim] *add.* tibi *CRav* amaritudine animae *av* 18 deprecatio *av* eum] *om. P*[1] congregatione *S* 19 preſbitero (pręſb. *C*) *MPCRS* 21 pauperi ſine triſtitia *av* 22 pacifice *R* de manu] *om. P*[1] 23 accide eraſ *P*[1]

esto misericors pupillis ut pater et pro uiro matri illorum: et eris uelut filius altissimi obaudiens, et miserebitur tui magis quam mater. sapientia filiis suis uitam inspirauit, et suscipit exquirentes se et praeibit in uia iustitiae. et qui illam diligit, diligit uitam: et qui uigilauerint ad illam, conplectebuntur placorem eius. qui tenuerint illam, uitam hereditabunt, et quo introiuit benedicit deus. qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto: et eos qui diligunt illam diligit deus. qui audit illam, iudicat gentes: et qui intuetur illam, permanebit confidens. si crediderit ei, hereditabit illam et erunt in confirmatione creaturae illorum. quoniam in temptatione ambulat cum eo et in primis eligit eum. timorem et metum et probationem inducet super illum et cruciabit illum in tribulatione doctrinae suae, donec temptet illum in cogitationibus illius et credat animae illius. et firmabit illum et iterum adducet directum ad illum, et denudabit absconsa sua illi et thesaurizat super illum scientiam et intellectum iustitiae. si autem oberrauerit, derelinquet illum et tradet eum in manus inimici sui. fili, conserua tempus et deuita a malo. pro anima tua non confundaris dicere uerum. est enim confusio adducens peccatum et est confusio adducens gloriam et gratiam. non accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium. non reuerearis proximum tuum in casu suo, nec retineas uerbum in tempore salutis.

2 erſ (ſ *in ras.*) *P* tui] tibi *P* 3 ſapientiam *MP*[1] uita *C* inſpirabit *S*, ĩſpirat *Rv* 4 exquirentes] inquirentes *ar* piuit *MP*[1] *(cod. Am.)* 5 conplectebunt̃ (bu *perduct.*) *C*, ɔplebunt̃ *R* 6 placorem] dulcore *R* tenuerit *R* uita *M* 7 et] eo *S*[1] introibit *CRSav* benedicet *Rav* 8 hos] oſ *C*, eoſ *RSav* 9 intuetur (e *in ras. 2 uel 3 litt.*) *P*, intuebitur *cod. Am.* 10 ei] *om. P*[1] 11 temptationem *P*[1] 12 elegit *MCS* 13 prob.] pro^tec^tionem *P* inducat *P*[1], inducit *MP*[2]*CS* ſup eum *P* *uerba:* et cruciabit illum *om. R* 14 suae] *om. P*[1] 15 firmauit *P* 16 iterum] iter** *P*, iam *MCR*, iter *Sav* (*cf. cod. Sangerm. ap. Sabat.*) adducit *MP* ad illum et laetificabit illum *av* abſconſa *CRv* 17 theſaurizabit *Rav* illum] *om. P*[1] 18 autem] *om. S (cf. Septuag.)* illum] eum *Sav* 19 filii *P*[1] 20 p̧ animā tuā *C* confunderiſ *S* 22 *et* 23 non] ne *Pv* accipieſ *M* 24 tempuſ *S (cod. Am.)*

non abscondas sapientiam tuam in decore eius. in lingua enim agnoscitur sapientia et sensus et scientia et doctrina in uerbis ueritatis et firmamentum in operibus iustitiae. non contradicas ueritati ullo modo et de mendacio ineruditionis tuae confundere. non confundaris confiteri peccata tua et ne subicias te homini pro peccato. noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuii. in iustitia agonizare pro anima tua et usque ad mortem certa pro iustitia, et deus inpugnabit pro te inimicos tuos. noli citatus esse in lingua tua et inutilis et remissus in operibus tuis. noli esse sicut leo in domo tua euertens domesticos tuos et opprimens subiectos tibi. non sit porrecta manus tua ad capiendum et ad dandum collecta. Noli adtendere ad possessiones iniquas et ne dixeris: est mihi sufficiens uita. nihil enim proderit in tempore uindictae et obductionis. non sequaris concupiscentiam cordis et ne dixeris: quomodo potui? aut quis me subiciet propter facta mea? deus enim uindicans uindicabit. ne dixeris: peccaui et quid accidit mihi triste? altissimus enim est patiens redditor. de propitiatu peccatorum noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum. et ne dicas: miseratio dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. misericordia enim et ira ab illo cito proximat et in peccatores respicit ira illius. non tardes conuerti ad dominum et ne differas de die in diem. subito enim uenit ira illius et in tempore uindictae disperdet te. noli anxius esse in diuitiis iniustis: nihil enim proderunt tibi in diem obductionis et uindictae. non uentiles te in omni uento et non eas in omni uia. sic enim peccator probatur duplici lingua. esto firmus in uia dei et in ueritate sensus tui et scientia, et prosequatur te uerbum pacis et iustitiae. esto mansuetus ad audiendum uerbum dei, ut intellegas: et cum

1 non] *om.* P[1], ne *R* 6 homine *S* 7 agomare *MP*[1]*S* 9 expugnabit *Sav* *uerba:* in lingua — — noli esse *om.* P[1] 12 capiendum] accipiendum *PSav* 18 ne] & ne *Sa* accedit *MP*[1] 21 multitudines *MP* 23 non] et non *MPCR* 24 differas conuerti *C* ueniet *av* 26 die *CRSav* 27 uentilis *MP*[1] 28 pbat̃ peccator *C* 31 ad] et ad *P* dei] dī *P*, *om. v* ut] et *P*[1]

sapientia fers responsum uerum. si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum. ne capiaris uerbo indisciplinato et confundaris. honor et gloria in sermone sensati: lingua uero inprudentis subuersio est ipsius. non appelleris susurrio et lingua tua capiaris et confundaris. super furem enim est confusio et paenitentia, et denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium et inimicitia et contumelia. iustifica pusillum et magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo: inproperium et contumeliam malus hereditabit et omnis peccator inuidus et bilinguis. non te extollas in cogitatione animae tuae, uelut taurus. ne forte elidatur uirtus tua per stultitiam. Et post VII uersus: Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille. si possides amicum, in temptatione posside eum et non facile credas illi temet ipsum. est enim amicus secundum tempus suum et non permanebit in die tribulationis: et est amicus qui egreditur ad inimicitiam: et est amicus qui odium et rixam et conuicia denudabit. est autem amicus socius mensae et non permanet in die necessitatis. amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coaequalis et in domesticis tuis fiducialiter aget. si humiliauerit se contra te et a facie tua abscondet se, unianimem habebis amicitiam bonam. ab inimicis tuis separare et ab amicis tuis adtende. amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. amico fideli nulla est conparatio et non est digna ponderatio

13 Eccli. 6, 6—22

1 fref *M*, fer* (f *ras.*) *C*, fer *R*, adferf P^2 5 non] ne *R* appellarıf P^1 fufurro RS^1av, in uita tua *add. a* lingua] in lingua *a* cap.] ne capiaris *av* 6 poenıtentıa *MCS*, potentıa P^1 7 denot.] deuocıo *R* odium] audıam P^1 8 et contumelia] contulı a me P^1 puffıllum *P* 10 et *pr.*] enım et P^2v 11 bılınguf *M* extollarıf P^2 12 tua** *P* 13 confılıarıı (-arı P^1) fınt tıbı MP^1S, confılıarıuf tıbı fıt P^2 *(cod. Am.)* 14 poffıdıf *M* 16 die] *om.* P^1 17 inimicitiam] amıcıtıam *MPCRS* 18 denudauıt MP^1C 19 permanebıt *Sav* 20 quoequalıf *M* 21 agıt *MPC*, age *R (cod. Am.)* et] *om. MCR* 22 abfcondıt *S*, abfconderit *av* unanımem *PRSav* 23 amicis] ınımıcıf P^1 24 theffaurũ *MC* 25 et *et* est *alt. om.* P^1 ponderatio] cõparatıo *S*

auri et argenti contra bonitatem fidei illius. amicus fidelis medicamentum uitae et inmortalitatis: et qui metuunt dominum, inueniunt illum. qui timet deum, aeque habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius. fili, a iuuentute tua excipe doctrinam et usque ad canos inuenies sapientiam. quasi is qui arat et seminat, accede ad illam et sustine bonos fructus illius. in opere enim ipsius exiguo laborabis et cito edes de generationibus illius. quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus et non permanet in illa excors. quasi lapidis uirtus probatio erit in illis et non demorabuntur proicere illam. Et post II uersus: Quibus autem agnita est, permanet usque ad conspectum dei. audi, fili, et accipe consilium intellectus et ne abicias consilium meum. inice pedem tuum in conpedes illius et in torquem eius tuum collum. subice umerum tuum et porta illam et ne acedieris uinculis eius. in omni animo tuo accede ad illam et in omni uirtute tua serua uias eius. inuestiga illam et manifestabitur tibi, et continens factus ne dereliqueris eam: in nouissimis enim inuenies requiem in ea, et conuertetur tibi in oblectationem. et erunt tibi conpedes in protectionem fortitudinis et bases uirtutis et torques illius in stolam gloriae. Et post IIII uersus: Fili, si adtenderis mihi, disces: et si adcommodaueris animam tuam, sapiens eris. et si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: et si dilexeris audire,

11 Eccli. 6, 23—30 22 ib. 33—37 et Eccli. 7, 1—15

1 fide *MC* 2 et] *om. MCR* 3 inuenient *Mv* deum] dnm *MP* 4 filii *P*[1] 6 is] *iſ *(ras. h)* *M* accede** *P* 7 illiuſ fructuſ *C* ipsius] illiuſ *Sa* exigue *R*, exiguum *av* 9 permanebit *P*[2]*av* in] *om. C* 10 lapideſ *M*[1]*P*[1] 12 agnita *PSa* *(cod. Sangerm. ap. Sabat.)*: cognita *MCRv* (magnificata *cod. Am.)* ꝑmanent *Sa* dei] dñi *MPCR* 13 conſilium meum *P* 14 pedum *P* conpede *M (cod. Am.)* torque* *uirg. s. lin. et ſ eras.)* *P* 15 ſubice* *P* collum tuum *Rav* 16 acidieriſ *MC*, accidieriſ *PR* a uinculiſ *P*[2] animo] amico *C* 18 derelinqueriſ *MR (cod. Am.)* 20 oblectatione . . . . ꝑtectione *MP (cod. Am.)* 21 fortitudineſ *MP*[1] ſtola *R (cod. Am.)* 22 si] *om. MP*[1] diceſ *C*[1] 23 accõmodaberiſ *S*

sapiens eris. in multitudine presbyterorum prudentium sta et sapientiae illorum ex corde coniungere, ut omnem narrationem dei possis audire et prouerbia laudis ne effugiant te. et si uideris sensatum, euigila ad illum, et gradus ostiorum illius exterat pes tuus. cogitatum habe in praeceptis dei et in mandatis illius maxime adsiduus esto, et ipse dabit cor tibi et concupiscentia sapientiae dabitur tibi. Noli facere mala, et non te adprehendent. discede ab iniquo, et deficient mala abs te. non semines mala in sulcis iniustitiae, et non metes ea in septuplum. noli quaerere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. non te iustifices ante deum: quoniam agnitor cordis ipse est: et penes regem noli uelle uideri sapiens. noli quaerere fieri iudex, nisi si uales uirtute inrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis et ponas scandalum in agilitate tua. non pecces in multitudine ciuitatis, nec te inmittas in populum: neque alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris inmunis. noli esse pusillanimis in anima tua. exorare et facere elemosynam non despicias. ne dicas: in multitudine munerum meorum respiciet deus, et offerente me deo altissimo, suscipiet munera mea. non inrideas hominem in amaritudine animae: est enim qui humiliat et exaltat deus. noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. noli uelle mentiri omne mendacium: adsiduitas enim illius non bona. noli uerbosus esse in multitudine presbyterorum. Et post uersus

1 multitudinē *MP* prefbiterorum (pręfb. *C) MPCR* 2 narrationem] rationē *MCR* 3 efugiant *P*, effugient *R (cod. Am.)* 4 illā *C* oftiarum *P*[1] 6 mandata *MPC* 8 inico *M* 9 feminaf *MC* 10 ab omine *C* 11 non] et non *MCR* 12 poenef *MC* 13 uirtutem . . iniquitatif *MPSa* 14 extremiscas *edd.* 15 multitudinem *CRav* 16 inmittas] mittaf *P*, ìmittes *R* adligef *P*[1] 17 puffillanimif *P* 18 elymofinā *M*, elimofinā *P*, elemofinā *CR* difpiciaf *MPC* 19 multitudinē *C* deus] dñf *PS (P in ras.)* 20 et] *om. P*[1] offerentē *CS (cod. Am.)* 21 in hominem *P* amaritudinem *P* 22 exaltat circūinfpector *P·v* amare] arare *v* 23 mentire *MPS* 24 bonam *P*[1], ē bona *C'av* 25 prefbiterorum (pręfb. *C) MPC*

XII: Non laedas seruum operantem in ueritate, neque mercennarium dantem animam suam. seruus sensatus dilectus quasi anima tua: non defraudes illum libertate, neque inopem relinquas illum. Et post II uersus: Filii tibi sunt? erudi illos. pecora tibi sunt? adtende illis. filiae tibi sunt? serua corpus illarum. non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. trade filiam, et grande opus feceris, et homini sensato da illam. mulier si est tibi secundum animam tuam, non proicias illam, et odibili non credas te in toto corde. honora patrem tuum et gemitus matris tuae ne obliuiscaris. memento enim quoniam nisi per illos non fuisses. et retribue illis, quomodo et illi tibi. in tota anima tua time deum et sacerdotes illius sanctifica. in omni uirtute dilige deum, qui te fecit, et ministros eius non derelinquas. honora deum ex tota anima tua et honorifica sacerdotes. Et post VI uersus: Et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur benedictio tua. gratia datus in conspectu omnis uiuentis, et a mortuo non prohibeas gratiam. non desis plorantibus in conrogatione et cum lugentibus ambula. non te pigeat uisitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, et in aeternum non peccabis. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. non contendas cum homine locuplete, ne forte contra consistat litem tibi. multos enim perdidit aurum, et usque ad

1 Eccli. 7, 22 et 23 4 ib. 25 et 24 et 26—33 16 ib. 36—40 et Eccli. 8, 1—4

1 XII] aliquos *a* 2 dilect.] ſıτ τıbı dılecτuſ *CRv* 4 fılı *MC*[1] *R* tibi] τuı *R* 5 illos] *add:* eτ curua ılloſ a puerıτıa ıllorum *P*[2]*v* peccora *P*[1]*C* adten**de *P* 6 non] ne *(in ras.) C*, eτ non *R* ostendas] abſcondaſ *M*, *rasura 15 litt.* (oſτendaſ *s. lin. al. m.) C* 7 homıne *MP*[1] da* *P* 8 mul.] eτ mulıer *P* 11 per illos natus *av* fuisses] *add.* naτuſ *P*[2] 12 et *ante* illi *om. P*[1]*S* 12 *et* 14 τoτo *P*[1] 14 non] ne *R* deum] dnm *M* 16 benedictio] ꝓpıτıaτıo & benedıcτıo *P*[2]*v* 17 datı *Rv*, datur *S* a] *om. R* 18 conrogaτıone (-cıone *M) MS*, conroga*τıone *P:* rogaτıone (-cıone *R) CR (cod. Am.)*, conſolatione *av* 22 lıτıgıeſ *C*[1] ıncedaſ *MP*[2]*C*, ıncedeſ *P*[1] 23 contra te *av* consistat] conſıſτ& *M*, ɔcıτeτ *R* 24 et] *om. MPCR*

cor regum extendit et conuertit. non litiges cum homine linguoso et non strues in ignem illius ligna. Et post II uersus: Ne despicias hominem auertentem se a peccato, neque inproperes ei: memento quoniam omnes sumus in correptione. ne spernas hominem in sua senecta: etenim ex nobis senescunt. noli de mortuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur et in gaudium nolumus uenire. ne despicias narrationem presbyterorum sapientium et in prouerbiis illorum conuersare. ab ipsis enim disces doctrinam intellectus et seruire magnatis sine querella. non te praetereat narratio seniorum: et ipsi enim didicerunt a parentibus suis. quoniam ab ipsis disces intellectum et in tempore necessitatis responsum. Et post XVI uersus: Cum fatuis ne consilium habeas: non enim poterunt diligere nisi quae ipsis placent. coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariat. Et post II uersus: Non zeles mulierem sinus tui. Et post VII uersus: Virginem ne concupiscas, ne forte scandalizeris in decore eius. non des fornicariis animam tuam in nullo. ne perdas te et hereditatem tuam. Et post II uersus: Auerte faciem tuam a muliere compta et non circumspicias speciem alienam. Et post XII uersus: Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. uinum nouum amicus nouus: ueterescet et cum suauitate bibes illud. non zeles gloriam et opes peccatoris: non enim scis quae

3 Eccli. 8, 6—12 13 ib. 20 et 21 16 Eccli. 9, 1 17 ib. 5 et 6 20 ib. 8 21 ib. 14—17

1 regem *P*¹ non] eτ non *P* lıτıgıſ *M*, lıτıgıeſ *C*¹ 2 ſτruaſ *P*²*R* ıgne *MS* 3 dıſpıcıaſ *MPC* 4 ınpro-pereſ *P* ſum'|omes *R* correpτıonē *M*, corrupτıonem *P*, corrupτıone *S* 6 de morτuo ınımıco τuo *P*²*CRv* *(errant Maur.)* 7 gaudıū ınımıcorum *R* dıſpıcıaſ *M*, dıſpıcıeſ *P* 8 preſbıτerorum (preſb. *PC*) *MPCR* 10 quærela *S* 11 parentibus] paτrıb; *P*²*RSav* 13 XVI] XV *S*, aliquos *a* 15 facıeſ *P*¹, fecerıs *R* pareaτ *M*, parı& *Sv* 17 ne *pr.*] nō *R* concupiscas] conſpıcıaſ *P*²*v* 18 decorem *P*¹ ullo *Rav* 19 ne] eτ *P*¹*CR* et] *om.* *P*¹ 20 cırcumſpıcıeſ (ıc *in ras.)* *P* 21 speciem] mulıerem *MCR* XII] aliquos *a* 23 ueτereſcaτ *CS*, ueτeraſceτ *Rav*

futura sit ipsius subuersio. non placeat tibi iniuria iniustorum. Et post II uersus: Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, et non suspicaberis timorem mortis. et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat uitam tuam. Et post IIII uersus: Et cum sapientibus et prudentibus tracta. uiri iusti sint tibi conuiuae, et in timore dei sit gloria tibi. Et post LIIII uersus: Semen hominum honorabitur hoc, quod timet deum: semen autem hoc exhonorabitur hominum, quod praeterit mandata domini. in medio fratrum illorum rector in honore, et qui timent dominum erunt in oculis illius. gloria diuitum, honoratorum et pauperum timor dei. non est despicere hominem iustum pauperem et non magnificare uirum peccatorem diuitem. magnus est iudex et potens est in honore, et non est maior illo qui timet deum. seruo sensato liberi seruiunt: uir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus. Et post V uersus: Fili, in mansuetudine serua animam tuam et da illi honorem secundum meritum suum. Et post VI uersus: Sapientia humiliati exaltat caput ipsius, et in medio magnatorum considere illum faciet. non laudes uirum in specie sua, neque spernas hominem in uisu suo. breuis in uolatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius. in uestitu ne glorieris umquam, nec in die honoris tui extollaris. Et post VI uersus: Priusquam

2 Eccli. 9, 18 et 19 5 ib. 21 et 22 7 Eccli. 10, 23—28 16 ib. 31 18 Eccli. 11, 1—4 23 ib. 7—10

1 iu**ria (r *in ras. et* in *supra lin. m. pr.*) *M* iniustorum] iustorū *RS* 2 *II (*ras.* X) *P* 3 habentē *MC* suspic.] suspicaueri** *P*, supplicaberis *C* mortis (is *in ras.*) *P* 4 noli] n̄ *S* auferet *P*[1] 5 uitā (u *et* t *in rasura bin. uel tern. litt.*) *M* IIII] III *R*, :VII: (IIII *corr. m. pr.*) *S*, quattuor *a* 7 gloriatio *CRr* tibi] tua *C*[1] LIIII] LIII *R*, aliquos *a* 9 p̄terit *MP*[1]*C* 11 illius] eius *C* 12 non est *scripsi*, est non *MPCSa (cod. Am.)*, est ne *R* dei est. noli despicere *r* dispicias (desp. *Sa*) *MPCSa* et] *om. MCR* 13 magnificaueris *R* est iudex] et iudex *r* 14 est *alt.*] *om. R* 15 seruient *Ra* 16 murmurauit (mormur. *M*) *MP*[1] 18 humilitati *MP*[1] 19 exaltabit *P*[2]*CRr* ɔsidere *R*

interroges, non uituperes quemquam: et in medio seniorum ne adicias loqui. de re ea, quae te non molestat, ne certeris: et in iudicio peccatorum ne consistas. fili, ne in multis sint actus tui: et si diues fueris, non eris inmunis a delicto. si enim secutus fueris, non adprehendes: et non effugies, si praecurreris. Et post XX uersus: Ne manseris in operibus peccatorum: fide autem in deo et mane in loco tuo. Et post XIII uersus: Ante mortem ne laudes hominem quemquam. Et post I uersum: Non omnem hominem inducas in domum tuam: multae enim insidiae sunt dolosi. sicut enim eructuant praecordia infantium, sicut perdix inducitur in foueam et ut caprea in laqueo. sic et cor superborum, et sicut prospectator uidens casum proximi sui. bona enim in mala conuertens insidiator et in electis inponet maculam. ab scintilla una augetur ignis et ab uno doloso augetur sanguis. homo uero peccator sanguini insidiatur. adtende te a pestifero: fabricat enim mala: ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. admitte ad te alienigenam, et subuertet te in turbore et abalienabit te a tuis propriis. Si benefeceris, scito, cui benefeceris, et erit gratia in bonis tuis multa. benefac iusto et inuenies retributionem magnam, et si non ab ipso, certe a deo. et non est eis bene

6 Eccli. 11, 22 8 ib. 30 9 ib. 31—36 et Eccli. 12. 1—4 et 6 et 7

1 non] ne *P* quemquam] *add:* et cum interrogaueris, corripe iuste. priusquam audias, ne respondeas uerbum *v* et] *om. PCR* 2 loquı** *P* de ea re *Rv* certaueris *edd.* 3 peccantıũ *S* 5 adp̄hendıſ (app̄h. *S) MP¹S* 6 pręcucurrerıſ *P²S* XX] aliquos *a* 8 XIII] VII *MPCR*, aliquot *a* 9 I] unũ *Sa* 10 multa *MC¹* ınſıdıa eſt doloſı *P¹* 11 dolosi ſunt *a* sicut enim] et ſıcut *R* eructant *Rv* infantium] fetantıum (-cıũ *R) P²R (cod. Am.)*, foetentium *v* 12 sicut] ſıc *MC*, ſı *P¹*, et ſicut *av* fou.] caueā *Sv* laqueũ *P²CRa* 13 p̄ſpectator *R*, prospector *v* 14 conuertens] ɔu'tet *R* (conuertit *cod. Am.)* insidiatur *v* 15 ınponıt *MP*, ponıt (im *superscr.*) *S* ab] et ab *R* ſcıntella *MP* 17 adtende te] adtendıte *CS²*, attende tibi *av* 19 ſubuertıt *MP* turbore] turporē *S*, torpore *a* abalıenauıt *C* 20 cuı benefecerıſ *P (cf. v)* 22 ab] ad *MC¹* ıpſoſ *C* et non] non *P²Sa*

qui adsidui sunt malis et elemosynam non danti, quoniam et altissimus odio habet peccatorem et misertus est paenitentibus. da misericordi et ne susceperis peccatorem. benefac humili et non dederis impio. prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit: nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quoniam et altissimus odio habet peccatores et impiis reddet uindictam. Et post IIII uersus: Non credas inimico tuo in aeternum: sicut enim aeramentum aeruginat nequitia illius. et si humiliatus uadat curuus, adice animum tuum et custodi te ab illo. non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne conuersus stet in loco tuo, ne forte conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam et in nouissimo agnoscas uerba mea et in sermonibus meis stimuleris. quis miserebitur incantatori a serpente percusso et omnibus qui adpropiant bestiis? et qui comitatur cum uiro iniquo et obuolutus est in peccatis eius. una hora tecum permanebit: si autem declinaueris, non subportabit. in labiis suis indulcat inimicus et in corde suo insidiatur, ut subuertat te in foueam. in oculis suis lacrimatur inimicus: et si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine. si incurrerint mala tibi, inuenies eum illic priorem. in oculis suis lacrimatur inimicus et quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. caput suum mouebit et plaudebit manu, et

7 Eccli. 12, 10—19

1 malis] ın malıs *Rv* elemoſyna *S*, elımoſınam *MP*, elemoſınā *CR*, elemoſynas *a (cf. v)* 2 peccatores *P²RSav* poenıtentıb; *MS* 3 ſuſcıperıſ *MPC* peccatorem] & ımpııſ & peccatorıbuſ redd& uındıctā da bono & ñ receperıſ peccatorem *in margine inferiore (fol. 40ʳ) sub signo* hł, *cui nihil respondet in textu, addidit alia manus, quae supplere uolebat uersum 4 et 5, mediam lineam ipsa omittens in P* 4 et] *om. P¹* non] ne *Sa* ıllı paneſ *C* dare *MP¹Sa* in] *om. MP¹C* 5 in omnibus bonis] ın hoıb; nõ bonıs *R* 8 erugınat malı *C* 9 abijce *a* 10 a dexteram *C* 12 in] *om. P* 13 mea] tua *MP¹C* et] *om. MC* ſtımuleriſ (e *in ras. 2 litt.) P* 14 et] et ın *P* quę *M (cod. Am.)* adppriant *MP¹*, adppınquant *P²* 15 et *pr.*] sic et *a*, et sic *v* obuolutus] oblutuſ *M*, oblıtuſ *P¹* 16 declınaberıſ *MC* 17 ındulgat *P¹* 18 ſubuert& *MP¹CS* 20 ıncurrerunt *P¹* tıbı mala *Sv* 21 ſuffodıt *MP*, ſuffodıat *C*

multa susurrans commutabit uultum suum. Et post uersus LXI: Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia: et nequissima paupertas in ore impii. Et post III uersus: Beatus uir, qui non est lapsus uerbo ex ore suo et non est stimulatus in tristitia delicti. felix qui non habuit animi sui tristitiam et non excidit ab spe sua. uiro cupido et tenaci sine ratione substantia, et homini liuido ad quid aurum? Et post XIIII uersus: Fili, si habes, benefac tecum et deo dignas oblationes offer. memor esto quoniam mors non tardat et testamentum inferorum quia demonstratum est tibi: testamentum enim huius mundi morte morietur. ante mortem benefac amico tuo et secundum uires tuas exporrigens da pauperi. Et post XVI uersus: Beatus uir, qui in sapientia sua morietur et qui in iustitia sua meditabitur et in sensu cogitabit circumspectionem dei: qui excogitat uias illius in suo corde et in absconditis illius intellegens. Et post XXV uersus: Homines stulti non adprehendent illam, et homines sensati obuiabunt illi. homines stulti non uidebunt illam: longe enim abest a superbia et dolo. uiri mendaces non erunt illius memores, et uiri ueraces inueniuntur in illa et successum habebunt usque aspectionem dei. non est speciosa laus

2 Eccli. 13, 30 4 Eccli. 14, 1—3 8 ib. 11—13 13 ib. 22 et 23 17 Eccli. 15, 7—22 et 16, 1—4

1 commutabit *C*, cōmouebit *MP*¹ 2 LXI] LVI *P*¹*S* aliquos u. *a* 3 et p. III uersus] *om. P*¹ 5 triſtitiae *P* 6 excedit *MPC* (*cod. Am.*), excid& *S* ab] a *R* ſpem *P*¹ ten*aci *P* 7 ratione] *add:* eſt *P*¹*Sav* homine *M*, omine *C* libido *PCS* ad quid] acquirit *S* 8 XIIII] aliquos *a* 9 oblationes] obligationes *edd.* 10 testamentum] teſtimonium *R* demonſtrata eſt *MP*¹*C* 11 enim] aū *S* moriatur *RS* ante morte *M* 12 exporregenſ *MP*¹ 13 ˣVI v̄r *M*, uerſ· XVI· *S*, aliquos u. *a* 14 sua *pr.*] *om. Rav* morietur] morabitur *MP*¹*CRav* sua *alt.*] *om. R* ſenſu ſuo *a* 15 cogitauit *MP* circumſpectionem (in *supra*) *M*, circuminſpectionem *P* dei] dn̄i *MP* uias ſuas in corde ſuo *a* 16 abſconſiſ *P*² (*cod. Am.*) XXV] XXV* *C*, aliquos *a* 17 illam] *om. R* 19 enim] *om. P* et nō erūt illi' memores uiri mendaces *R* 20 memores illius *a* inuenientur *v* illam *MP*¹ 21 ad inſpectionem *PRSav* (usque inspectionem *cod. Am.*)

in ore peccatoris, quoniam a deo profecta est sapientia. sapientiae enim dei adstabit laus, et in ore fideli abundabit, et dominator dabit eam illi. non dixeris: per deum abest: quae odit enim ne feceris. non dicas: ille me inplanauit: non enim necessarii sunt illi homines impii. omne execramentum erroris odit deus. et non erit amabile timentibus illum. deus ab initio constituit hominem et reliquit illum in manu consilii sui. adiecit mandata et praecepta sua: si uolueris, mandata conseruabunt te, et in perpetuum fidem placitam facere. adposuit tibi aquam et ignem: ad quod uoles porrige manum tuam. ante hominem uita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur illi. quoniam multa sapientia dei et fortis in potentia uidens omnes sine intermissione. oculi dei ad timentes eum, et ipse agnoscet omnem operam hominis. nemini mandauit impie agere et nemini dedit spatium peccandi. non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium et inutilium. Et ne iocunderis in filiis impiis, si multiplicentur: non oblecteris super ipsos, si non est timor dei cum illis. non credas uitae illorum et ne respexeris in labores illorum. melior est enim unus timens deum quam mille filii impii: et utile mori sine filiis quam relinquere filios impios. Et post XXI uersus: Non dicas: a deo abscondar et ex summo quis mei memorabitur? Et paulo post: Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem eorum et omnes iniquitates eorum in conspectu dei. elemosyna uiri quasi signaculum cum ipso

22 Eccli. 16, 16 23 Eccli. 17, 17—23

1 in ore] *om. CR* a deo] *om.* MP^1S pfecta *R* 2 aſſtabit *S* habundauit P^1 3 eam illi dabit *a* 4 enim odit *v* inplanabat P^1, inplanabit *CR* 5 omnẽ *MPS* |7 conſtitu& *M* P^1C^1 relinqu& P^1 8 mandata conseruare *cod. Am. (cf. Sab.)*, ſeruare mandata *R*, mandata seruare *v* 10 porrigeſ *S* 13 omnes] om̃ *P* intmiſione *M* 14 agnuſc& *M*, agnoſcit *P* omne *MC* operem MP^1, opuſ *C* 15 manducauit P^1 17 et] *eras. P* 18 non] et nõ *R* 20 enim] *om. R* 21 utile eſt P^2v 22 XXV uerſuſ poſt *S* XXV P^1, XXII P^2, aliquos *a* 24 eorum *pr.*] illorum *av* 25 elimoſina *M*, aelimoſina P^1, elemoſina P^2CR

et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: et postea resurget et retribuet illis unicuique in caput illorum et conuertet in interiores partes terrae. paenitentibus autem dedit uiam iustitiae et confirmauit deficientes sustinere et destinauit illis sortem ueritatis. conuertere ad deum et relinque peccata tua: precare ante faciem et minue offendiculum. refers te ad deum et auertere ab iniustitia tua et nimis odito execrationem. Et post VIIII uersus: Quam magna misericordia dei et propitiatio illius conuertentibus ad se! nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est inmortalis filius hominis. Et post XXX uersus: Miseratur excipientes doctrinam miserationis et qui festinant in iudiciis eius. fili, in bonis non des querellam, et in omni dato non des tristitiam uerbi mali. nonne ardorem refrigerabit ros? sic et uerbum melius quam datum. nonne ecce uerbum supra datum bonum? et utraque cum homine iustificato. stultus acriter inproperabit, et datus indisciplinati tabescere facit oculos. ante iudicium para iustitiam tibi et antequam loquaris disce. et ante languorem adhibe medicinam et ante iudicium interroga te ipsum, et in conspectu dei inuenies propitiationem. ante languorem humilia te et in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam. non inpediaris orare semper et non ueteris usque ad mortem iustificari: quoniam merces dei manet in aeternum. ante orationem praepara animam tuam et noli esse quasi homo, qui temptat deum. Et post VI uersus: Homo sapiens in omnibus

8 Eccli. 17, 28 et 29 11 Eccli. 18, 14—23 25 ib. 27

1 reſurgit MP^1 2 illiſ retributionem P^2v capite *PCa* conuertit *MPS* 3 poenitentib; *MS* 4 difficienteſ MP^1C diſtinauit *MPC* 5 relinquere *MC* 6 faciem] *add.* eiuſ P^2R et] *om.* P^1 refer P^2CS, et refer *R*, reuertere *av* 7 deum] dñm *Sv* auertere] reuertere *S* 8 VIIII] VIII *S*, aliquot *a* 10 hominib: *M*, omnib; *PCR (cod. Am.)* 11 XXX] aliquot *a* miſerator MP^1RSa, miſereatur *C (cod. Am.)* excipienſ *libri*, excipientium *edd.* 12 feſtinat *PSav* 13 quaere*lam *P*, querelam *S* 15 et] ſed *av* 16 acriter] acharit̃ MP^1C 17 facit] feč *C* 18 et *alt.*] *eras. P* 18 *et* 20 langorem *C* 19 et *alt.*] *om.* P^1 22 non *pr.*] ne *R* ueteris] uereris *a*, uerearis *v* 25 in omnibus] ſemp *R*

metuet et in diebus delictorum adtendit ab inertia. Et post V uersus: Post concupiscentias tuas non eas et a uoluntate tua auertere. si praestes animae tuae concupiscentiam eius, faciet te in gaudium inimicis. ne oblecteris in turbis, nec inmodicis delecteris. Et post V uersus: Et qui spernit modica, paulatim decidet. uinum et mulieres apostatare faciunt sapientes et arguent sensatos. Et post IIII uersus: Qui credit cito leuis corde, minorabitur: et qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. Et post II uersus: Et qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Et post VIII uersus: Audisti uerbum aduersus proximum: commoriatur in te fidens quoniam non te disrumpet. a facie uerbi parturit fatuus tamquam gemitus partus infantis. sagitta infixa femori carnis, sic uerbum in ore stulti. corripe amicum, ne forte non intellexerit et dicat: non feci, aut si fecit, ne iterum addat facere. corripe proximum, ne forte non dixerit, et si dixerit, ne forte iteret. corripe amicum: saepe enim fit commissio. et non omni uerbo credas. est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo. quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? corripe proximum, antequam commineris. et da locum timori altissimi: quia omnis sapientia timor dei et in illa timere deum. Et post V uersus: Melior est homo, qui deficit sapientia et deficiens sensu in timore quam qui abundat sensu et transgreditur legem altissimi. Et post XVI uersus: Quam bonum est arguere quam irasci! Et post XII uersus:

2 Eccli. 18, 30—32 5 Eccli. 19, 1 et 2 7 ib. 4 9 ib. 5 11 ib. 10—18 22 ib. 21 25 Eccli. 20, 1

1 metuit *R* attendet *RSv* 2 poſt (oſt *in ras.*) *P* uoluptate *PCSa* 3 auertere] uetere MC^2, uetare P^1 concupiſcentia *M*. concupiſcentias *Rv* 5 in modiciſ *RSav* delecteris] oblecteris *R* V] aliquos *a* 7 arguunt *a* IIII] q̃ttuor *a* 8 corde eſt et *av* delinqu& *CRS* 10 extingu& *S* VIII] aliquos *a* audiſtiſ *S* 11 aduerſū *S* prox.] *add.* tuū P^2v 12 dirūpet *R* parturiſ S^1 13 ſicut ſag. P^2 femore (-ra P^1) MP^2C, in femore *R* carnis] canis P^2R (*cod. Am.*) 18 in] *del.* P^2 19 quis] qui MP^1 21 quia] et quia *R* 22 V] VI *S*, II *R* homo] *om. CR* defecit MP^1 24 XVI] ^{x}VI *M*, XV P^1, aliquos *a* 25 arguere ẽ *S* et p. XII uersus] *om. MPCRS* XII *scripsi*, aliquos *a*

Et qui potestatem sibi adsumit iniuste, odietur. Et post VIII uersus: Sapiens in uerbis se ipsum amabilem facit. Et post XIII uersus: Lapsus falsae linguae quasi qui pauimento cadens, sic casus malorum festinanter uenit. homo acharis quasi fabula uana in ore indisciplinatorum adsidua erit. ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim illam dicit in tempore suo. Et post II uersus: Est qui perdit animam suam prae confusione. et ab inprudenti persona perdet eam: personae autem acceptione perdet se. est qui prae confusione promittit amico, et lucratus est eum inimicum gratis. obprobrium nequam in homine mendacium et in ore indisciplinatorum adsidue erit. potius fur est quam adsiduitas uiri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt. mores hominum mendacium sine honore, et confusio ipsius cum ipso sine intermissione. sapiens in uerbis producet se ipsum. Et post IIII uersus: Xenia et dona excaecant oculos iudicum, et quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. sapientia absconsa et thesaurus inuisus, quae utilitas in utrisque? melior est in hominibus qui abscondit insipientiam suam quam qui abscondit sapientiam suam. Fili, peccasti: ne adicias iterum, sed et de praeteritis deprecare, ut tibi remittantur. quasi a facie colubri fuge peccata, et si accesseris ad illa, suscipient te. dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum: quasi romphaea bis acuta omnis iniquitas: plagae illius non est sanitas. Et post IIII uersus: Qui odit correptionem, uestigium est peccatoris: et

1 Eccli. 20, 8 2 ib. 13 3 ib. 20—22 7 ib. 24—28 15 ib. 31—33 et Eccli. 21, 1—4 25 ib. 7

1 aſſum& *S* 3 XIII *P*: XVI *MCRS*, aliquos *a* 3 qui] *om. S (initio lineae)* pauımentum *P*² *(cod. Am.)*, de pauimento *a* cade|rıſ *C*, cadıt *R* 4 uenıet *Sav*, uenıt et *R* 5 diſciplinatorum *a* 6 ılla *R* suo] *om. R* 7 pd& *MPv* 9 promittit] p|d& *M* 10 omıne *M*, homınem *P*¹, omne *P*² 11 erit] *om. R* potior *av* 12 fur est] furem *MP (cod. Am.)*, fur *v* 14 ipsius] ıllıuſ *Sa* 15 ꝑducıt *MCR* exenıa *P*² 16 iudicum] ıudıc*um *P*, ducũ *S* mutoſ *S* 18 in hominibus] *om. P*¹ qui abscondit] *in rasura P*² abſcond& *MC* 19 insipientiam suam quam] *om. P*¹ quam] *add.* homo *P*² abſcond& *MP*¹*C* 22 leoneſ *M*¹*C* eius] eı *C*¹, ıllıuſ *P*² 23 rumphea *MPR* bıſcuta *MP*¹ 25 et] nam *P*²

qui timet deum, conuertetur ad cor suum. Et post V uersus: Via peccantium conplantata lapidibus, et in fine illorum inferi et tenebrae et poenae. qui custodit iustitiam, continebit sensum eius. consummatio timoris dei sapientia et sensus. Et post VII uersus: Verbum sapiens quodcumque audierit scius, laudabit et ad se adiciet: audiet luxuriosus et displicebit illi et proiciet illud post dorsum suum. narratio fatui quasi sarcina in uia: nam in labiis sensati inuenietur gratia. os prudentis quaeritur in ecclesia, et uerba illius cogitabunt in cordibus suis. Et post II uersus: Conpedes in pedibus stulto doctrina et quasi uincula manuum super manum dexteram. fatuus in risu exaltat uocem suam: uir autem sapiens uix tacite ridebit. ornamentum aureum prudenti doctrina et quasi brachiale in brachio dextro. Et post VIII uersus: In ore fatuorum cor illorum et in corde sapientium os illorum. dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. susurrio inquinabit animam suam et in omnibus odietur: et qui manserit, odiosus erit: tacitus et sensatus honorabitur. In lapide luteo lapidatus est piger, et omnes loquentur super aspernationem illius. Et post IIII uersus: Filia prudens hereditas uiro suo: nam quae confundit, in contumeliam fit genitoris. patrem et uirum confundit quae audax est, et ab impiis non minorabitur: ab utrisque autem inhonorabitur. musica in luctu inportuna narratio: flagella et doctrina in omni tempore sapientia. qui

2 Eccli. 21, 11—13 5 ib. 18—20 10 ib. 22—24 15 ib. 29—31 et Eccli. 22, 1 21 ib. 4—13

2 uiam *P*[1] finem *MP'C (cod. Am.)* 3 et *pr. om. C* poena *CS*, pena *R* qui] et qui *R* 5 VII] IIII *MPCR*, aliquos *a* 6 infciuf *MPCRSa* audebit *MC*, audiet (iet *in ras.) P* luxoriofuf *MPC* 7 illi] ei *R* illud] illũ *MPCS* post] per *P*[1] 8 in *alt.*] *om. MC* 9 gratia] fapientia *S* prudentef *MP*[1] eclefia *M* 10 cogitabant *P*[1] 11 super] fupra *Sa* 12 dextrā *PS*[1] 13 sapiens] *om. P*[1] tac&e *MP*[1] 15 VIII] aliquos *a* cor] *om. P*[1] 16 dum] cũ *R* diabulu *M*, diabulo *P*[1] 17 et fufurrio *R* inquinauit *MPC*, coinquinabit *Sav* 20 loquentur] torquent̃ *R* illius] ipĩus *R* 21 prudens] fapiens *R* 23 quae *et* est *del. P*[2]*v*

docet fatuum quasi qui conglutinat testam. qui narrat uerbum non adtendenti quasi qui excitat dormientem de graui somno. qui enumerat stulto et in fine dicit: quis est hic? super mortuum plora, defecit enim lux eius: et super fatuum plora, defecit enim sensus. modicum plora super mortuum, quoniam requieuit: nequissimi enim nequissima uita super mortem fatui. luctus mortui septem diebus: fatui autem et impii omnes dies uitae illorum. Et post XXI uersus: Mittens lapidem in uolatilia deiciet illa: sic et qui conuiciatur amico dissoluit amicitiam. ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus. ad amicum si aperuerit os triste, non timeas: est enim concordatio, excepto conuicio et inproperio et superbia et mysterii reuelatione et plaga dolosa: in his omnibus effugiet amicus. Et post X uersus: Quis dabit ori meo custodiam et super labia mea signaculum certum, uti ne cadam ab ipsis et lingua mea perdat me. Domine pater et dominator uitae meae, non relinquas me et ne sinas me cadere in illis. quis superponit in cogitatu meo flagella et in corde meo doctrinam sapientiae, ut ignorationibus eorum non parcant mihi et non appareant delicta illorum, ne adincrescant ignorantiae meae et multiplicentur delicta mea et peccata mea abundent et incidam in conspectu aduersariorum et gaudeat inimicus meus? domine pater et deus uitae meae,

8 Eccli 22, 25—27 14 ib. 33 et Eccli. 23, 1—14

1 conglutın& *MP'CS* 3 qui] cum dormiente loquitur qui *av* enumer.] narrat *a*, enarrat *v* fınem *R* quis] quı *MP*¹ 4 deficıt *bis CRa* et] uτ *MC* *uerba:* lux — — enim *om. P*¹ 5 ſenſuſ eıuſ *P*², ei ſenſus *a* 7 morτuıſ *M* impii o. d. uıτae *in ras. al. m. P* 8 XXII *P*², aliquos *a* lapıde *MC* 9 decıd& *MP'C* confıτıaτ̃ *M*, conficıaτur *P*' dıſſolu& *Sa* 10 amicum] ınımıcum *P*¹ 11 ad amıcum· eτ ſı *R*, ad amıcũ· sı *S* aparuerıτ *P*¹, aperueris *v* non] ne *R* 13 mıſτerıı *MPCRS* reuelaτıo *MPCS* ın omnıbuſ hıſ *P* 16 uti ne] ut non *av* 17 non] ne *R* derelınquaſ *P'C* ſıneſ *P*¹ 18 ſupponıτ *R*, ſuperponet *v* cogıτaτo *MP*¹ 19 ut] eτ *P*¹ 20 parcanτ *P* appareant] parcanτ *MP*, paranτ *C*, pareanτ *RS* illorum] eorum *Rv* ne] eτ *P*² ad(in)creſcanτ *M* 22 habundanτ *P*¹ ıncedam *MP'C*

ne derelinquas me in cogitatu illorum. extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi et omne desiderium auerte a me. aufer a me uentris concupiscentias, et concubitus concupiscentiae ne adprehendat me, et animae inreuerenti et infrunitae ne tradas me. doctrinam oris audite, filii, et qui custodierit illam, non periet labiis suis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. in uanitate sua adprehenditur peccator et superbus et maledicus scandalizabitur in illis. iurationi non adsuescat os tuum: multus enim casus in illa. nominatio uero dei non sit adsidua in ore tuo, et nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris inmunis ab eis. sicut enim seruus interrogatus adsidue a liuore non minuitur, sic omnis iurans et nominans in toto a peccato non purgabitur. uir multum iurans implebitur iniquitate et non discedet a domo illius plaga. et si frustrauerit, delictum illius super ipsum erit. et si dissimulauerit, delinquit dupliciter. et si in uacuum iurauerit, non iustificabitur: replebitur enim retributione domus illius. Et post IIII uersus: Indisciplinationi non adsuescat os tuum: est enim in illa uerbum peccati. memento patris et matris tuae: in medio enim magnatorum consistis: ne forte obliuiscatur te deus in conspectu illorum, et adsiduitate tua infatuatus inproperium patiaris et maluisses non nasci et diem natiuitatis tuae maledicas. homo adsuetus in uerbis inproperii in omnibus diebus suis non erudietur. duo genera abundant in peccatis, et tertium adducit iram et perditionem. anima

18 Eccli. 23, 17—23

1 me] *om.* P^1 extollentiũ *MC*, extollent P^1 2 deſiderium prauum *a* 3 concupiſcentiã *S* concupiſcentiaſ uentriſ *C* 4 apprehendant *r* animo C^2 infrunito *C* 5 et] *om.* P^1 6 perit *S*, peribit P^2 *uerba:* in operibus — — scandalizabitur *om.* *R* 7 et] *om.* P^1 8 iuratione *S* adſuiſcat MP^1 9 multoſ C^2S 10 aſſidua *CRSa* 12 minuetur P^1 13 multuſ P^1 14 diſcedit *C* illius] ei' *R* 15 fruſtra iurauerit MP^1CR, fruſtrauerit fratrem *a* ſup illũ *MCR* 16 delinqu& *S* 17 iudicabitur *R* retributione peſſima P^1a 18 indiſciplinatione *MSa*, indiſciplinate *C*, indiſciplinate iuracioni uł loquele *R* 20 conſiſteſ *CS* 22 infatue*atuſ *P* 25 aducit *MC*, adduc& *S*

calida quasi ignis ardens non extinguetur. donec aliquid glutiat: et homo nequam in ore carnis suae non desinet, donec incendat ignem. Et post II uersus: Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam et dicens: quis me uidet? tenebrae circumdant me et parietes cooperiunt me et nemo circumspicit me: quem uerear? delictorum meorum non memorabitur altissimus. et non intellegit, quoniam uidet oculus illius: quoniam expellet a se timorem dei huiusmodi hominis timor et oculi hominum timentes illum. et non cognouit, quoniam oculi domini multo plus lucidiores super solem, circumspicientes omnes uias hominum et profundum abyssi et hominum corda intuentes in absconditas partes. Et paulo post: Qui in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies in senectute tua? quam speciosum canitiae iudicium et presbyteris cognoscere consilium! quam speciosa ueteranis sapientia et gloriosis intellectus et consilium! corona senum multa peritia et gloria illorum timor dei. Et post X uersus: Timor dei super omnia superposuit. beatus cui donatum est habere timorem dei. qui tenet illum, cui adsimilabitur? Et post XX uersus: Ne respicias mulieris speciem et non concupiscas mulierem in specie. Et post uersus XXVIII: Mulier ebriosa ira magna: et contumelia

3 Eccli. 23, 25—28 13 Eccli. 25, 5—8 18 ib. 14 et 15 20 ib. 28 22 Eccli. 26, 11—14

1 callida *MP¹S* extinguitur *MP²* *(cod. Am.)* 2 deglutiat *P*, crutiat *C*, gluttiat *S²* *(cod. Am.)* ore] honore *CR* carn.] domus carnis (domus *del.*) *C* desinat *MP¹C*, desinit *P²* 3 II uersus] ū ·II· *MP* 4 contempnens *MPC*, contemnes *S* in] *om.* *R* 5 uidens *P¹* 6 cooperient *C* circūspec̃ *M*, circum(in)specit *P¹* uerebar *R* 7 morabit̃ *M* intellig& *Sa* 8 uidet] omnia uidet *P²v*, non uidet *a* 10 domini] dei *R* multo*plus *P*, plus multo *C* lucidioris *MP¹* 11 circūspecientes *M* 12 abissi *PR* absconsas *P²* 13 que *R* *(cf. v)* tua] sua *M*, *om.* *R* 15 presbiteris *MPCR* quam] *om.* *P¹* 18 se superposuit *av* cui] est cui *P²* 19 tenet] tenent *S*, tim& *CRa* *(cod. Am.)* adsimulabitur *MP¹C* 20 XX] aliquos *a* respicias] *add.* in *P²* 21 specie] speciem *MP¹* 22 XXXIII *MCR* aliquos uersus *a*

et turpitudo illius non contegitur. fornicatio mulieris in extollentia oculorum et in palpebris illius agnoscitur. in filia non auertente se firma custodiam, ne inuenta occasione abutatur se. ab omni inreuerentia oculorum caue: et ne mireris, si te neglexerit. Et post IIII uersus: Gratia mulieris sedulae delectabit uirum suum et ossa illius inpinguabit disciplina illius. datum dei mulier sensata et tacita, non est inmutatio eruditae animae. gratia super gratiam mulier sancta et pudorata. omnis autem ponderatio non est digna continentis animae. Et post XII uersus: Et qui transgreditur a iustitia ad peccatum, deus parauit eum ad romphaeam. Et post IIII uersus: Et qui quaerit locupletari, auertit oculum suum. Et post III uersus: Conuertetur delictum. si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. si in pertusura cribri remanebit stercus, sic aporia hominis in cogitatu illius. uasa figuli probat fornax, et homines iustos temptatio tribulationis. sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic uerbum ex cogitatu hominis cordis. ante sermonem non conlaudes uirum: haec enim temptatio est hominum. si sequaris iustitiam, adprehendes illam et indues quasi poderem honoris: et habitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis inuenies firmamentum. uolatilia ad sibi similia conueniunt, et ueritas ad eos qui operantur illam reuertetur. leo uenationi insidiatur semper,

5 Eccli. 26, 16—20 10 ib. 27 12 Eccli. 27, 1 13 ib. 3—27

1 contegitur] tegitur P¹, contegetur *a (cod. Am.)* 2 agnoſcetur *P²Sav* 3 abutatur] utatur *CRv* 4 miſereriſ *MC*, miſeriſ *P²* 6 delectauit *MP¹* 7 diſciplina illius datū dei eſt. mulier *av* 8 gratiam *P¹* 9 continenſ *C* 11 parabit *S* eā *MC* rūpheā *MCR*, r*ompheam *P* 12 locupl&are *MP²*, locopl&are *P¹* *uerba:* et qui quaerit l. a. o. s. e. p. III uersus *om. CR* 13 ū· III· *MP* conu'tatur *R*, conuerter&ur *M*, conter&ur *PS²av* delictum] delinquente delictum *P² (cf. v)* 15 si] ſicut *av* ptunſura *R* cribri] cri *in ras. P*, cibri *M* stercus] puluiſ *CRav* 16 furnax *M* 17 sicut] ſic *P¹* ruſtigatio *MP¹* 18 cor *P¹* 20 ſequeriſ *Sa* 21 podorem *S*, pudorem *MP¹Ca (cod. Am.)* 24 reuertitur *CR* uenatione *C*

sic peccata operantibus iniquitatem. homo sanctus in sapientia manet sicut sol: nam stultus sicut luna inmutatur. in medio insensatorum serua uerbum tempori: in medio autem cogitantium adsiduus esto. narratio peccantium odiosa, et risus eorum in delictis peccati. loquella multum iurans horripilationem capiti statuit, et inreuerentia ipsius obturatio aurium. effusio sanguinis in rixa superborum, et maledictio illorum auditus grauis. qui denudat arcana amici, perdet fidem et non inueniet amicum ad animam suam. dilige proximum et coniungere fide cum illo: quod si denudaueris abscondita illius, non persequaris eum. sicut enim homo qui perdet amicum suum, sic qui perdet amicitiam proximi sui. et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic reliquisti proximum tuum, et non eum capies. non illum sequaris, quoniam longe abest. effugit enim quasi caprea de laqueo: quoniam uulnerata est anima eius: et ultra eum non poteris conligare. maledicti est concordatio: denudare autem amici mysteria desperatio est animae infelicis. adnuens oculis fabricat iniqua, et nemo eum abiciet. in conspectu oculorum tuorum indulcabit os suum et super sermones tuos admirabitur: nouissime autem peruertet os suum et in uerbis tuis dabit scandalum. multa odiui et non coaequaui ei, et dominus odiet illum. Et post II uersus: Qui foueam fodit, in illam decidet, et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo, et qui laqueum alio parat, peribit in

22 Eccli. 27, 29—32

3 u'ba *R* cogıτacıonũ *R* 4 adſıdıuſ *S*[1] oτıoſa *P*[1] 5 obrıpılaτıonem *MP*[1]*CRS*, *in marg:* ł horrıpılaτıo• ex horrore & pılıſ cōpoſıτũ *P*[2], *fort:* obrepilationem 6 capıτıſ *PC* ſtatuet *av* 8 pdıτ *P*[2]*C Rav* 9 anımum ſuum *P*[2]*CRSav* 10 fıdem *MPCa* denud.] nudaueris *a* pſequerıſ *P*[2]*CRav* 11 poſτ eum *P*[2]*v* 11 *et* 12 perdit *av* 12 demıττıτ *MP* 13 sua] *om. R* ſıc quı *P*[2]*R* relıquıſτı (ſτı *in ras. m. al.*) *P* *uerba:* et non e. c. n. i. sequaris quoniam *om. MP*[1]*CR* 16 conlıgarı *MP* & maledıcτa *P*[2] 17 mıſτerıa *MPCR* dıſperaτıo *MP* 18 ınnuenſ oculo *P*[2] 19 condulcabıτ *CRv*, conculcabit *a* suum] τuum *MP*[1]*S* 20 ammırabıτur *MPC* 21 odiui] audıuı *MPCRSa* 23 fodıτ foueam *R* decidet in illam *a* 24 offendıτ *MPC (cod. Am.)*, offendaτ *R* eo] ıllo *C* alii *v*

illo. facienti nequissimum consilium super illum deuoluetur, et non agnoscet unde adueniet illi. inlusio et inproperium superborum et uindicta sicut leo insidiabitur illi. laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum. Et post III uersus: Qui uindicari uult, a deo inueniet uindictam, et peccata illius seruans seruabit. relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata soluentur. homo homini seruat iram et a deo quaerit medellam! in hominem similem sibi non habet misericordiam et de peccatis suis deprecatur! ipse dum caro sit, seruat iram et propitiationem petit a deo! quis exorabit pro delictis illius? memento nouissimorum et desine inimicari: tabitudo enim et mors inminet in mandatis. memorare timorem dei et non irascaris proximo. memorare testamenti altissimi et despice ignorantiam proximi. abstine te a lite et minues peccata. homo enim iracundus incendit litem, et uir peccator turbabit amicos et in medio pacem habentium inmittit inimicitiam. Et post IIII uersus: Certamen festinatum incendit ignem, et lis festinans effundit sanguinem. et lingua testificans adducit mortem. si sufflaueris, quasi ignis exardebit: et si expueris super illam, extinguetur: et utraque ex ore proficiscuntur. susurrio et bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. lingua tertia multos commouit, et dispersit illos a gente in gentem. ciuitates muratas diuitum destruxit et domus magnatorum effodit. uirtutes populorum concidit et gentes fortes dissoluit. lingua

5 Eccli. 28, 1—11 17 ib. 13—20

1 facientem *MP*¹, faciente *S* 2 ɔgnoſcet *R* 4 caſui *a* IIII *P* 6 ſeruauit *P*¹ nocenti te] nocente *MPC* 7 ſoluunt̃ *S* reseruat *r* 8 a] *om.* *C* medelam *P*²*S* 9 depc̃abitur *R* dum] cum *r* 10 seruat] ^re^ſeruat *M*, ſeru& *S*, reſeruat *PCRav* petit] querit *C*¹ a] *in ras.* *P* 11 exorauit *P*¹ 12 imminu& *S* in mandatiſ dĩ *Sa* 13 dei] *om.* *S* 14 ignorantiae *P*¹ 15 minuiſ *P* 16 turbabit] *om.* *P*¹ 17 innitt& *S* (*cf.* *v*) 18 effund& *S* 19 adduc& *S* 20 expaueris *R* exſtinguitur *S* et *alt.*] *om.* *MPSv* 21 ex ore utraq; *P* ſuſurro *Rav* 22 turbabit *Pv* 23 commou& *S* a gentẽ *MP* 24 diſtruxit *MPC* effodit *S*

tertia mulieres uiritas eiecit et priuauit illas de laboribus suis. qui respiciet illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat. Et post uersus XXIII: Verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos: et adtende, ne forte labaris in lingua et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi et sit casus tuus insanabilis in mortem. Qui facit misericordiam, faenerat proximo: et qui praeualet manu, mandata seruat. faenera proximo tibi in tempore necessitatis illius, et iterum redde proximo tuo in tempore suo. confirma uerbum et fideliter age cum illo, et in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est. multi quasi inuentionem aestimauerunt faenus et praestiterunt molestiam his qui se adiuuauerunt. Et post XIII uersus: Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro elemosyna non trahas illum. propter mandatum adsume pauperem, et propter inopiam illius ne dimittas eum uacuum. perde pecuniam tuam pro fratre et amico, et non abscondas illam in lapidem in perditionem. pone thesaurum tuum in praeceptis altissimi, et proderit tibi magis quam aurum. conclude elemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo: super scutum potentis et super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. uir bonus fidem facit proximo suo: et qui perdiderit confusionem, de-

3 Eccli. 28, 29 et 30 et Eccli. 29, 1—4 13 ib. 11—26

1 ueriꞇaſ P^1S *(cod. Am.)*, forꞇeſ P^1R, *om. initio lineae C.* uiratas *av* eıc& MP^1, eıcı& P^2 *(cod. Am.)* prıuabıꞇ (prau. *S*) *MCS* 2 reſpıcıꞇ P^2RSav hab& MP^1CR requiem] *in marg:* nec habıꞇabıꞇ cum requıe *add.* P^2 *(cf. cod. Am.)* 3 uꝛ̄ XXII *C*, XXIII u· *R (sic)*, aliquos uers. *a* tuis] ſuıſ P^1 5 ınımıcorum ꞇuorum P^2 6 morꞇe *S* 7 ꝓxımū *MP* ꝓualıꞇ MP^1 8 faenera] eꞇ fen'a *R*, fęnerare *a (cf. v)* 9 tuo] *om.* P^1a 11 ınuenꞇıone *S* aestim.] ſꞇımauerunꞇ MP^1 12 faenus] *om.* P^1 adıuua*uerunꞇ *P*, adíuuerūꞇ *Rr* 13 XIII] aliquos *a* 14 elımoſına *M*, aelımoſına P^1, elemoſına *CR* ꞇraaſ *MC* eꞇ propꞇer *R* 15 mandata *a* pauperum P^1 16 demıꞇꞇaſ *MP* eum] ıllū *S* propꞇer fraꞇrem & amıcum *Sav* 17 ıllū *MPCR* ſub lapıde P^2v 19 elımoſınā *M*, aelımoſınam P^1, elemoſınā *CR* 20 exorauıꞇ P^1 21 aduerſum *S* pugnaū *C* 22 pro ꝓxımo P^2v

relinquet sibi. gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. repromissorem fugit peccator et inmundus. bona repromissoris sibi adscribit peccator, et ingratus sensu derelinquet liberantem se. uir repromittit de proximo suo, et cum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo. repromissio nequissima multos perdidit dirigentes et commouit illos quasi fluctus maris. uiros potentes gyrans migrare fecit, et uagati sunt in gentibus alienis. peccator transgrediens mandata domini, incidet in promissionem nequam. Et post I uersum: Recupera proximum secundum uirtutem tuam et adtende tibi, ne incidas. Et post XVI uersus: Qui diligit filium suum, adsiduat illi flagella, ut laetetur in nouissimo suo. qui docet filium suum, laetabitur in illo. Et post X uersus: Equus indomitus euadet durus, et filius remissus euadet praeceps. lacta filium, et pauentem te faciet: lude cum eo, et contristabit te. non conrideas illi, ne doleas: et in nouissimo obstupescent dentes tui. non des illi potestatem in iuuentute et ne despicias cogitatus illius. curua ceruicem eius in iuuentute et tunde latera eius, dum infans est, ne forte induret et non credat tibi, et erit tibi dolor animae. doce filium tuum et operare in illo, ne in turpitudine illius confundaris. melior est pauper sanus et fortis uiribus quam diues inbecillis et flagellatus malitia. salus animae in sanctitate iustitiae et melior omni auro et argento, et corpus ualidum quam census inmensus. non est census super censum salutis

10 Eccli. 29, 27 11 Eccli. 30, 1 et 2 14 ib. 8—18

1 sibi] τıbı *C* *post* gratiam *distinx.* *RS* enim] *om.* *S* 3 ıngraτıſ *C*, graτıſ *P*[1] 6 dılıgenτeſ *Ra* 7 *poτenτıſ *P*[1] gıranſ *RS* facıτ *P*[1] 8 uaτıgaτı *P*, uacaτı (uaca *in ras. m. pr.*) *S* 9 pmıſſione *MC*, pmıſıone *P̈* 10 I] unũ *S* 11 intende tibi *a* ıncedaſ *MPC* XIII *S*, aliquos *a* 13 laetabitur] laudabıτur *Sav* 14 euadıτ *Sv* 15 euadıτ *Sa* 16 eo] illo *a* conτrıſτauıτ *MP*[1]*C* non] ne *S* et] *om.* *MCRa* 17 eτ obſτupeſcenτ *Ra* 18 dıſpıcıeſ *MP*[1]*C* 21 τurpıτudınem *MPR* 22 melıus *R* pauper] *in ras. m. al.* *P* 23 ınbecı*lıſ *P*, ınbecılleſ *S*[1], ınbecılıſ *S*[2] 24 et *ante* mel. *om.* *v* melıor eſτ *Rv* & ın menſum *MP*[1]*C*, & ın menſuſ *S*

corporis. et non est oblectatio super cordis gaudium. melior est mors quam uita amara et requies aeterna quam languor perseuerans. bona abscondita in ore clauso quasi adpositiones epularum circumpositae sepulchro. Et post V uersus: Tristitiam non des animae tuae et non adfligas temet ipsum in consilio tuo. iocunditas cordis haec est uita hominis et thesaurus sine defectione sanctitatis, et exultatio uiri est longaeuitas. miserere animae tuae placens deo et contine, et congrega cor tuum in sanctitate eius et tristitiam longe expelle a te. multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa. zelus et iracundia minuent dies, et ante tempus senectam adducit cogitatus. Et post X uersus: Qui aurum diligit, non iustificabitur: et qui insequitur consumptionem, replebitur ex ea. multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie illius perditio illorum. lignum offensionis est aurum sacrificantium: uae illis qui sectantur illud et omnis inprudens deperiet in illo. beatus diues, qui inuentus est sine macula et qui post aurum non abiit nec sperauit in pecunia et thesauris. quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in uita sua. quis probatus est in illo et perfectus est? et erit illi in gloria aeterna: qui potuit transgredi et non est transgressus, et facere mala et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in deo, et elemosynas illius enarrabit ecclesia sanctorum. Et post X uersus: Vtere quasi homo frugi quae tibi adponuntur, ut non, cum manducas multum, odio habearis. cessa prior disciplinae causa, et noli nimius esse, ne forte

5 Eccli. 30, 22—26   12 Eccli. 31, 5—11   24 ib. 19—22

2 est] *om.* P^1 langor P^1 3 quasi] quam S^1 adpoſitio nıſ S^1 4 cırcũpoſıta *MPC*   7 sanct.] ſcıtaſ *S*   8 mıſerıre *M*   10 trıſtıtıam MP^1C 11 mınu& P^1C 12 X] aliquos *a*   13 conſum|ptıone *S*   14 multı* *M*   auro P^1 15 illorum] dolorum *S*   16 ınpudenſ *MPC*   17 derıpı& (dır. *P*) *MPC*, dırıpıetur *(sic) R*   18 habııt P^1CS 19 laudauımuſ *S*   20 quis] quı *MPCv*   *uerba:* perfectus — — transgredi et *om.* *M*   21 in] *om.* *CRSav*   23 deo] dño *Rv*   elımoſınaſ (ael. *P)* *MP*, elemoſınaſ *CR*   eclefıa *M*   24 X] aliquos *a*   fruge *S*   quae] hıſ quae P^1av 25 ut] & *CS* *(cod. Am., cf. Sabat.)*   multuſ P^1 habuerıſ *C*   26 nę *M*

offendas. et si in medio multorum sedisti, prior illis non extendas manum tuam. nec prior poseas bibere. quam sufficiens est homini erudito uinum exiguum. Et post XVI uersus: Diligentes in uino noli prouocare: multos enim exterminauit uinum. Et post XXV uersus: Loquere maior natu: decet enim te primum uerbum diligenti scientiam: et non inpedias musicam. ubi auditus est, non effundas sermonem: et inportune noli extolli in sapientia tua. Et post V uersus: Adulescens, loquere in tua causa uix. si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. in multis esto quasi inscius et audi tacens simul et quaerens. in medio magnatorum non praesumas, et ubi sunt senes, non multum loquaris. ante grandinem praeibit coruscatio, et pro reuerentia accedit tibi bona gratia. praecurre autem prior in domum tuam et illic auocare et illic lude et age conceptiones tuas, et non in delictis et uerbo superbo. et super his omnibus benedicito deum, qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis suis. qui timet deum, excipiet doctrinam eius: et qui uigilauerint ad illam, inuenient benedictionem. qui quaerit legem, replebitur ab ea: et qui insidiose agit, scandalizabitur in ea. qui timent dominum, inuenient iudicium iustum et iustitiam quasi lumen accendent. peccator homo deuitabit correptionem, et secundum

4 Eccli. 31, 30   5 Eccli. 32, 4—6   9 ib. 10—22

2 priuſ *MC*   parcaſ (porc. *C*) *MC*   3 XVI] X *MPCR*, aliquos *a*   5 XXV] XV *P*, aliquos *a*   maioſ (aioſ *in litt. ablutis*) *M*   6 dilıgentı (entı *in litt. ablutis*) *M*, dilige *R*   impediarıſ muſıta *R*   in muſicā *P*[2]   7 est] non eſt *Rav*   sermonem] ſanguinē *M* *P*[1], loquelam *R*   8 inoportune *C*   9 cauſa tua *R*   uix] *add:* cum necesse fuerit *a*   10 esto] ſto *M*   11 magnatorum] *add:* loqui *a*   13 grandine *MC*   coruscatio] *add*: et ante uerecundiā praeibit gratia *P*[2]*av*   accidit *C (cod. Am.)*, accidet *R*, accedet *v*   14 gratia] et hora ſurgendi non te triceſ *(uersiculi 15 priorem partem add. al. m., sed non ea quae cetera addidit) P*   15 auocare] uacare *M*, aduocare *a*   delicıis *R*   17 inebriante *C*, inebriauit *a*   ab] in *a*   ſuiſ boniſ *S*   18 dñm *PSv*   uigilauerit . . inuenit *C*   19 illum *Sav*   20 qui *pr.*] quiſ *P*[1]   timet *R*   21 inueniunt *MCR*   22 accedet *C*   debitabit *MP*[1]*C*[1]

uoluntatem suam inueniet conparationem. uir consilii non disperdet intellegentiam. Et post IIII uersus: Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non paeniteberis. Et post VI uersus: Qui credit deo, adtendet mandatis: et qui confidit in illo, non minorabitur. Timenti dominum non occurrunt mala: sed in temptatione deus illum conseruabit et liberabit a malis. sapiens non odit mandata et iustitias, et non inlidetur quasi nauis in procella. homo sensatus credit legi dei, et lex illi fidelis. qui interrogationem manifestat, parabit uerbum. Et paulo post: Vana spes et mendacium uiro insensato: et somnia extollunt inprudentes. et quasi qui adprehendit umbram et sequitur uentum, sic et qui adtendit ad uisa mendacia. hoc secundum hoc uisio somniorum, ante faciem hominis similitudo hominis. ab inmundo quid mundabitur? et a mendace quid uerum dicetur? diuinatio erroris et auguria mendacia et somnia male facientium uanitas est. et sicut parturientis cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa uisitatio: ne dederis in illis cor tuum. multos enim errare fecerunt somnia et exciderunt sperantes in illis. sine mendacio consummabitur uerbum et sapientia in ore fideli conplantabitur. Et post V uersus: Multa uidi enarrando et plurimas uerborum consuetudines. aliquotiens

2 Eccli. 32, 24 4 ib. 28 et Eccli. 33, 1—4 10 Eccl. 34, 1—8 21 ib. 12—31 et Eccli. 35, 1 et 2 et 5—18

1 conparationem] correptionem P^1 3 pen&eberiſ *M*, poeniteberiſ *P*, penitebiſ *R* *uerba:* et post — uersus *om. MPCRS* VI *scripsi*, paucos *a* 4 adtendat *C*, attēdit *Rv* 5 confidunt *P*, confident *S* minorabuntur *PSa (cf. Sab.)* deū *R (cod. Am.)* occurrent *PRv* 7 liberauit S^1 8 inlid.] lidetur P^1 9 lex] *add:* dī P^2 illi *del.* P^2 10 parauit P^1 poſt paululum *a* 12 apprehenderit *R* 13 hoc ſcdm̄ uiſionem ſompniora *R* 14 ſimilitudo alteriuſ hominiſ P^2 *(cod. Am., cf. Sab.)* mandabit̃ MP^1C^1 15 uirum dicitur MP^1C^1 16 male facientiā MP^1C 17 parturientes *S* fantaſiaſ *MPCRS* pati&ur *S* 18 emiſſi *S* in] *om. Ra* 21 fidelis P^2av contemplabit̃ *CRa*, complanabitur *v* 22 errando *Sv* uerborum ſuper *add.* P^2 (superborum *cod. Am.)*

usque ad mortem periclitatus sum horum causa et liberatus sum gratia dei. spiritus timentium deum quaeritur. et in respectu illius benedicentur. spes enim illorum in saluantem illos, et oculi dei in diligentes se. qui timet dominum, nihil trepidabit et non pauebit, quoniam ipse est spes eius. timentis dominum beata est anima. ad quem respicit? et quis est fortitudo eius? oculi domini super timentes eum: protector potentiae, firmamentum uirtutis. tegimen ardoris et umbraculum meridianum, et precatio offensionis et adiutorium casus, exaltans animam et inluminans oculos, dans sanitatem, uitam et benedictionem. immolans ex iniquo, oblatio est maculata, et non sunt beneplacitae subsannationes iniustorum. dominus solus sustinentibus se in uia ueritatis et iustitiae. dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui uictimet filium in conspectu patris sui. panis indigentium uita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinum est. qui aufert in sudore panem, quasi qui occidat proximum suum. qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercennario, fratres sunt. unus aedificans et unus destruens, quid prodest illis nisi labor? unus orans et unus maledicens, cuius uocem exaudiet deus? qui baptizatur a mortuo et iterum tangit illum, quid proficiet lauatione illius? sic homo, qui ieiunat in peccatis suis et iterum eadem facit, quid proficit humiliando se? orationem eius quis exaudiet? Qui conseruat legem, multiplicat orationem. sacrificium salutare adtendere mandatis

1 pereclitatuſ *MP*, paraclitatuſ *S*¹ 2 a gratia *P*² 4 dei] dñi *R* dom.] deũ *R* 5 trepidauit *C* timenteſ *MP*¹*CS*, timenti *R* 6 reſpici& *S* quis] quę *S (cf. Sab.)* 8 tegmen *S* 9 et prec.] deprecatio *v* exultanſ *MPCR* 10 et uitam *av* 11 immolantes *R*, immolantis *av* 12 ſubſanationeſ *MP* iniust.] iuſtor. et *R* 13 iniqu.] inicorum *M*, inimicorũ *CR* 14 probat] portabat *C* 15 inicorum *M* 17 uictimat *Rav* sui] *om. R* 19 occidit *P*²*CRav* 21 *et* 22 et unus] et alter *a* 23 baptizat̃ a mortuo & iterum tagit (n *suprascr.*) *in ras. M* tang& *S* 24 lauationi *MP*¹*CS*, lauatio *P*²*Rav* 25 facienſ *Sv* ꝑfecit *P*, ꝑfici& *S* 26 conſeru& *S*¹ 27 salutare est *v*

et discedere ab omni iniquitate. et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. non apparebis in conspectu dei uacuus. haec omnia propter mandatum domini fiunt. oblatio iusti inpinguat altare. et odor suauitatis est in conspectu altissimi. sacrificium iusti acceptum est. et memoriam eius non obliuiscetur dominus. bono animo gloriam redde deo. et non minuas primitias manuum tuarum. in omni dato hilarem fac uultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas. da altissimo secundum datum eius, et in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum: quoniam dominus retribuens est et septies tantum reddet tibi. noli offerre munera praua: non enim suscipiet illa. noli respicere sacrificium iniustum: quoniam dominus iudex est et non est apud illum gloria personae. non accipiet dominus personam in pauperem. et precationem laesi exaudiet. non despiciet preces pupilli. nec uiduae, si effundat loquellam gemitus. nonne lacrima ad maxillam descendit, et exclamatio a maxilla ascendit propter illud quod descendit super illam? Et post IIII uersus: Oratio humili-

18 Eccli. 35, 21

1 dıſcere MC^1, dıſcedere (d *alt. ex* r *corr. m. pr. inter scribendum*) *S* iniquitate] *uersus tertii priorem partem, quae est:* et propitiationem litare ſacrificiis *(sic)* ſuper iniuſticias *add. a, in marg. inf:* & ṗ pāl hł beneplacıтum eſт dño recedere ab ınıquıтaтe, *quae signo* hł *respondent. ex uersiculo quinto sumpta add.* P^2 *(cf. codicis Sangermanensis testimonium ap. Sabat.)* 2 recedere] *om. P* iniustitia] *add:* et post paucos uersus *a* 3 haec enım P^2Rv mandata *Ra* ınpıngaт *M* 7 manum MP^1 8 da] deo *R* 9 et] *om.* M^1CR adınuenтıonē (nē *in ras. m. pr.*) *M* 10 manum (um *in ras.*) *P* тua*rum *(uirg. ras.) P* dominus] dſ M^1 11 reddet tantum *a* 12 respicere] ın *add.* P^2 *(cf. v)* 13 *et* 14 dom.] deus *R* 14 personam] *om.* P^1 15 non] eт non *MCR* dıſpıcı& *MPC* uıduā *Sc* 16 effund& *C*, effundit *a* lacrimae *v*, *add.* uıduae P^2v dıſcendıт MP^1, dıſcendunт P^2 17 exclamatio] *add:* ˋ *et in marg. inf.* ********* *(erasa* ˙ ad maxıllam) aſcendunт *(corr.* aſcendıт *al. m.)* uſque ad caelū & dñſ exaudıтor ı̄n delecтabıтur ın ıllıſ P^2 *(cf. v)* ad maxıllam *CR* maxilla] *add.* enım P^2 ascendit] dıſcendıт *MP*, deſcendıт *CR* *(cf. Sab.)* 18 dıſcendıт *MP*

antis se in nubes penetrabit. Et aliquanto post: Cum uiro sancto adsiduus esto. quemcumque cognoueris obseruantem timorem dei. cuius anima est secundum animam tuam. Et post V uersus: Et in his omnibus deprecare altissimum, ut dirigat in ueritate uiam tuam. Et post uersus XXI: Fili. in uita tua tempta animam tuam. et si fuerit nequam. non des illi potestatem. non enim omnibus omnia expediunt. et non omni animae omne genus placet. noli auidus esse in omni epulatione et non te effundas super omnem escam. Et post IIII uersus: Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creauit altissimus. a deo est medella. et a rege accipiet donationem. disciplina medici exaltabit caput ipsius. et in conspectu magnorum conlaudabitur. altissimus creauit de terra medicinam, et uir prudens non abhorrebit illi. nonne a ligno indulcata est amara aqua? ad agnitionem hominum uirtus illius. et dedit homini scientiam altissimus. honorari in mirabilibus suis. in his curans mitigauit dolorem ipsorum. Et post IIII uersus: Fili. in tua infirmitate non desperes. sed ora dominum. et ipse curabit te. auerte a delicto et dirige manus et ab omni delicto munda cor tuum. Et post I uersum: Et inpingua oblationem et da locum medico. etenim illum dominus creauit: et non discedat a te, quoniam opera eius sunt necessaria. est enim quando in manus illorum incurras: ipsi uero dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum et sanitatem propter conuersationem illorum. Et post

1 Eccli. 37, 15 et 16 4 ib. 19 6 ib. 30—32 10 Eccli. 38, 1—7 18 ib. 9 et 10 21 ib. 11—14

1 in] *om. Sav* poen&rabit *M* et] *om. S* poſt aliquantum *a* uiro] uero *MC*[1] 2 eſtu *MP*[1] quēque *MC* 5 digerat *MC* u. XXI] aliquot u. *a* 7 non *pr.*] ne *P* 9 non] *om. MC*[1] 10 neceſſitatem *P* 11 est] enim eſt *P*[2], est enim *v* omniſ medella *P* (*cf. v*) 12 exaltauit *P*, exaltat *S* 13 magnatorum *CRav* de t'ra creauit *R* 14 uir] *om. C* illam *Ra*, illa *v* 15 aqua amara *av* ad] & *MCR* agnitionem illiuſ *P*[2] 16 illius] illorum *P*[2]*v* 17 mitigabit *RSav* 18 diſpereſ *MPC* 19 dominum] dn̄m *S* curauit *P*[1] auerte] & uerte *P*[1] direge ** *P* 20 I] unū *RS* 21 locum] loculo *P*[1] 22 diſcedam *P*[1] 23 eius] tua *MP*[1]*C*, ſua *R* 25 conuerſionē *MCR*

I uersum: Fili, in mortuum produc lacrimas et quasi dira passus incipe plorare. et secundum iudicium contege corpus illius et ne despicias sepulturam illius. propter delaturam amare fer luctum illius una die et consolare propter tristitiam. a tristitia enim festinat mors et cooperiet uirtutem. et tristitia cordis flectet ceruicem. Et post I uersum: Non dederis in tristitiam cor tuum. Et post VIIII uersus: Sapientia scribae in tempore uacuitatis. et qui minoratur actu sapientiam percipiet. Et paulo post: In uoce dicito: oboedite me, diuini fructus aquarum, et quasi rosa plantata super riuum fructificate. quasi Libanus odorem suauitatis habete. florete flores quasi lilium, date odorem et frondete in gratiam et conlaudate canticum et benedicite dominum in operibus suis. date magnificentiam nomini eius et confitemini illi in uoce labiorum uestrorum, in canticis labiorum et citharis: et sic dicetis in confessione: opera domini uniuersa bona ualde. in uerbo eius stetit aqua sicut congeries et in sermone oris eius sicut exceptoria aquarum. quoniam in praecepto ipsius placor fit et non est minoratio in salute illius. opera omnis carnis coram illo et non est quicquam absconditum ab oculis eius. a saeculo et usque in saeculum respiciet et nihil est mirabile in conspectu eius. non est dicere: quid est hoc? aut quid est illud? omnia enim in tempore suo quaerentur. Et paulo post: Gratia sicut paradisus in benedictionibus

1 Eccli. 38, 16—19 6 ib. 21 7 ib. 25 9 Eccli. 39, 17—26 24 Eccli. 40, 17

1 I] unū *RS* filı *P* pruduc *P* lacrımıſ *P*[1] 2 plorare] clamare *R* 3 ne] non *av* dıſpıcıaſ *MPC* propter] eт propтer *R* fer] per *P*[1] 4 tristitiam] *uersum 18:* et fac luctum secundum meritum eius uno die uel duobus propter detractionem *add. a (cf. epist. 263, 3 et Sab.)* 5 tristitia enim] тrıſтıтıam *P*[1] *uerba:* festinat — tristitia *om. P*[1] 6 flecтıт *Sv* *uerba:* et p. I uersum *om. MPCR* I] unū *S* non] eт non *S* 7 tuum] *add.* ſed repelle eā a тe *P*[2] *(cf. v)* ſapıenтıā ſcrıbe *MPCRS (cf. Sab.)* 9 obaudıтe *Rav* 12 frondıтe *MP*[1]*C*[1] graтıa *S* 14 nomını (-nıſ *P*[1]) eıuſ magnıfıcenтıam *P Sv* 15 citharis] cynorıſ *MP*[1]*C*, cynerıſ *P*[2], cınerıſ *S* 16 confeſſıonem *MP*[1]*C* 19 fıт (fı *in ras.*) *P* 21 reſpıcıeт *P (cf. v)* 23 in] *om. MCR, in ras. P* тempora ſua *MC*[1] *(cf. Sept.)* 24 p' paul (u *s. lin. add. m. 2*) *P*

et misericordia in saeculo permanent. Et post XII uersus: Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, et super eos misericordia liberabit. Et post paululum: Sapientia enim abscondita et thesaurus occultus, quae utilitas in utrisque? melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quam homo, qui abscondit sapientiam. Et aliquanto post: Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis: major est omni laude. exaltantes eum replemini uirtute. Et post multa: Adpropiate ad me, indocti, et congregamini in domum disciplinae. quid adhuc retardatis? et quid adhuc dicetis in his? animae uestrae sitiunt uehementer. aperui os meum et locutus sum: conparate uobis sine argento et collum uestrum subicite iugo, et suscipiat anima uestra disciplinam. in proximo est enim inuenire eam. uidete oculis uestris, quoniam modice laboraui, et inueni mihi multam requiem. adsumite disciplinam multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea. laetetur anima uestra in misericordia eius, et non confundemini in laude ipsius. operamini opus uestrum ante tempus, et dabit uobis mercedem uestram in tempore suo.

De libro Tobiae ista ponenda credidimus.

XXIIII.

DE LIBRO TOBIAE.

Honorem habebis matri tuae omnibus diebus uitae eius. memor enim esse debes, quae et quanta pericula passa sit

2 Eccli. 40, 24 3 Eccli. 41, 17 et 18 6 Eccli. 43, 33 et 34 9 Eccli. 51, 31—38 23 Tob. 4, 3 et 4

1 saeculum *v* permanet *P¹Rav* 3 liberauit *P¹* enim] *om. S* 4 ocultus *M* 6 sapientiam suam *av* 7 & exaltate *C* est enim *P²*, enim est *v* 8 & exaltans *C* 9 adppiate (ia *in ras.*) *P* 10 dicitis *Rv* 12 sine argento sapientiam *P²a (cod. Am.)* 13 sub iugo *S* suscipiet *CRa* proxima *P¹* 14 enim est *a* enim] *om. R* inueniri *S* uidite *M* oculi urĩ *C* 16 multo] in multo *P²av* possedite *M*, possidite *P* eam *MP¹CR* 19 suo. EXPLICIT. *S* 20 credim' *C*, sunt *R*, credimus (di *supra lin. minio add. m. pr.*) *S* 22 *inscript.* de libro Tobiae *om. MPCRSa* 23 matris *P* 24 passa sit picula *R*

propter te in utero suo. E t p o s t II u e r s u s: Omnibus autem diebus uitae tuae deum in mente habe, et caue ne aliquando peccato consentias, et praetermittas praecepta dei tui. ex substantia tua fac elemosynam, et noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fit, ut nec a te auertatur facies domini. quo modo poteris, ita esto misericors. si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter inpertire stude. praemium enim tibi bonum thesaurizas in die necessitatis. quoniam elemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patitur animam ire in tenebris. fiducia magna erit coram summo deo elemosyna omnibus, qui faciunt eam. adtende tibi, fili, ab omni fornicatione, et praeter uxorem tuam numquam patiaris crimen scire. superbiam autem numquam in tuo sensu aut in tuo uerbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. quicumque aliquid tibi operatus fuerit, statim mercedem ei restitue: et merces mercennarii aput te omnino non maneat. quod ab alio odis fieri tibi, uide ne alteri tu aliquando facias. panem tuum cum esurientibus egenis comede, et de uestimentis tuis nudos tege. E t p o s t II u e r s u s: Consilium semper a sapiente perquire. omni tempore benedic deum, et pete ab eo, ut uias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant. E t p o s t VII u e r s u s: Noli timere, fili mi: pauperem quidem uitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene. E t p o s t m u l t a: Tunc R a p h a h e l dixit eis occulte: benedicite deum caeli, et coram omnibus uiuentibus confitemini illi, quoniam fecit uobiscum misericordiam suam. etenim sacramentum regis

1 Tob. 4, 6—17 20 ib. 19 et 20 23 ib. 23 26 Tob. 12, 6—10

1 ũ · II · *P* 4 elymoſynā *M*, ælemoſınam (e *ex* ı *m. al.*) *P*, elemoſınā *CR* 5 fıeт *Rav* 6 poтuerıſ *Sav* 7 tibi] *om.* *P*[1] 8 ımparтıre *R* 9 *et* 11 elymoſına *M*, aelımoſına *P*[1], elemoſına *CR* 10 тenebraſ *Sav* 13 ſupbıa *MC* 14 permittas] mıттaſ *MC*[1] 16 ei *om.* *MPCR* 19 eт egenis *Rv* commede *MP*[1] ueſтıтıſ *C* 20 ſapıenтıb, *S* 23 VII] VIII *R* 24 habemuſ *MC*[1], habuerımuſ *P*[1] тımuerıſ *MC* (*cf. Sept. et Sab.*) 26 rafahel *MPC* 28 suam *om.* *P*[1]

abscondere bonum est: opera autem dei reuelare et confiteri honorificum est. bona est oratio cum ieiunio, et elemosyna magis quam thesauros auri condere. quoniam elemosyna a morte liberat et ipsa est quae purgat peccata et faciet inuenire uitam aeternam. qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animae suae. Et paulo post: Audite ergo me, filii, patrem uestrum: seruite domino in ueritate et inquirite, ut faciatis quae sunt placita illi, et filiis uestris mandate, ut faciant iustitias et elemosynas, ut sint memores dei, et benedicant eum in omni tempore in ueritate et in tota uirtute sua.

Iam nunc quoniam non omnes libri canonici ueteresque huic operi nostro necessaria dederunt, neque hi qui dederunt ex omnibus suis locis conueniebat ut darent, sed ex his tantum ubi apertiora morum bonorum praecepta conperimus, siue ubi utilia iubentur, siue ubi contraria prohibentur: ad sacras litteras euangelicas et apostolicas transeamus. caput in canone testamenti noui notissima et praeclarissima quattuor euangelia tenuerunt, in quorum primo, quod secundum Matthaeum est, ea quae nobis sunt ad hoc opus, quod suscepimus, congrua uideamus.

6 Tob. 14, 10 et 11

2 *et* 3 elymoſina *M*, aelımoſına (. . aelem.) *P*, elemoſına *CRS* 3 condere] recondere *v* 4 *uerba:* peccata e. f. i. u. ae. q. a. faciunt *om.* *P*[1], *in marg. add.* *P*[2]. *sed* et fac. inuenire *in ras. et* mıſerıcordıam *ante* uitam *punctis del.* facit *av* 5 peccaтum (um *in ras.*) *P* 7 me filii] mı fılıı *MPC*, filii mei *RSv* 8 ınquaerıтe *P*[1] 9 elymoſınaſ *M*, aelımoſınaſ (aelem. *corr. al. m.*) *P*, elemoſınaſ *CRS* *uerba:* ut sint m. dei *om.* *R* 10 eum] dm̃ *C* (dominum *cod. Am.*) tota] omnı *MPCR* 11 ſua · EXPLICIT *S* 12 canonıce *MPCR* u&erıſq'| teſтamтı *Sa* 15 conuenıebanт *C* conuenıebaт uт (baт uт *in ras. pr. m.*) *P* his] eıſ *PSa* aperтıora *in ras. pr. m.* *P* 17 siue *alt.*] *om.* *MPCRS* 18 euuangelıcaſ *et* 20 euuangelıa *M* 19 in] *om.* *P*[1] 20 euuangelı*a (*ras.* c) *P* 21 prımum *MPCSa* 22 maтheum *MPCS* nobis sunt] *om.* *R* 23 ſuſcıpımuſ *MP*

XXV.

DE EVANGELIO SECVNDVM MATTHAEVM.

Videns autem dominus turbas ascendit in montem. et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. et aperiens os suum docebat eos dicens: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram. beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. quoniam ipsi saturabuntur. beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur. beati mundo corde. quoniam ipsi deum uidebunt. beati pacifici, quoniam filii dei uocabuntur. beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. quoniam ipsorum est regnum caelorum. beati estis cum maledixerint uobis et persecuti uos fuerint et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me: gaudete et exultate. quoniam merces uestra copiosa est in caelis: sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos. uos estis sal terrae: quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus. uos estis lux mundi. non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum. ut luceat omnibus qui in domo sunt. sic luceat lux uestra coram hominibus. ut uideant uestra bona opera et glorificent patrem uestrum. qui in caelis est. nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere. amen dico uobis. donec transeat caelum et terra, iota unum

3 Matth. 5, 1—48 et Matth. 6, 1—34 et Matth. 7, 1—27

2 DE EUANGELIUM (EUUANG. *M*) M^1P^1 MATTHEŨ *M*, MATHEUM P^1, mathm *C*, math *S* 3 dominus] ihſ *Pv* 4 ad eum] *om.* *C* 7 lugunt M^1 9 miſericordiã (eri *in ras. m. pr.*) *M* 10 conſequænt (æ *ex* a *corr. m. pr.*) *S* 13 uobis] uobis hoĩes *Ra* (*cf. Sab.*) 14 dixer' P^1 18 ſallietur *S* (*cod. Am.*) 20 neque] ne M^1 accedunt P^1 23 hominibus] omnib; *MC* bona opera ũra *C*, opa ũra bona *Rv* et] *et *P* 24 est] *om.* *R* 25 legem] **le (*du. litt. elut.*) M^1 adinplere *P*

aut unus apex non praeteribit a lege. donec omnia fiant. qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. dico autem uobis, quoniam nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. audistis, quia dictum est antiquis: non occides. qui autem occiderit reus erit iudicio. ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis. si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare et uade prius, reconciliare fratri tuo et tunc ueniens offers munus tuum. esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. audistis, quia dictum est antiquis: non moechaberis. ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est eam in corde suo. quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te. expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam et proice abs te. expedit tibi ut pereat unum

7 cf. Exod. 20, 13 et Deut. 5, 17 19 cf. Exod. 20, 14

1 aſpex *M* non] ñ *s. lin. add. m. pr. M* p̃teriuit *M*[1] 3 minuſ *P*[1] 4 fecerunt *P*[1] 5 autem] enĩ *Sc* 6 pharifſeorum *M*[1] regno *P*[1] 7 occidiſ *M*[1] 9 *uerba:* qui autem d. f. s. r. r. e. concilio *om. P*[1] 10 conſilio *a* 11 fatu*e *M*, fatuae *P* offreſ *M*[1] 12 ad] ante *a* 14 reconciliari *M*[1]*P*[2]*RSav* ueniеſ *P* offer *R*, offeres *a* 15 conſenti**enſ *P* 17 in carcere mitariſ *M*[1] 18 donec] antequam *R* 19 mechaberiſ *CR* quia] quo *S* 20 concupiſcendam eam *P*, concupiſcentiã *C* 21 mechatus *R* 22 erue] abſcide *P* proijce eum *a* expedit] *add.* enĩ *Sav* 23 unũ peat *S* 24 mittatur] eat *RS* dextra *MPC*[1]*R* 25 expedit enim *a* unũ pereat *a*

membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. dictum est autem: quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii. ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa facit eam moechari: et qui dimissam duxerit adulterat. iterum audistis, quia dictum est antiquis: non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. ego autem dico uobis non iurare omnino, neque per caelum, quia thronus dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. sit autem sermo uester: est est, non non: quod autem his abundantius est, a malo est. audistis, quia dictum est: oculum pro oculo et dentem pro dente. ego autem dico uobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, praebe illi et alteram: et ei qui uult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimittes ei et pallium. et quicumque te angariauerit mille passus, uade cum illo alia duo. qui petit a te, da ei: et uolentem mutuari a te ne auertaris. audistis, quia dictum est: diliges proximum tuum et odies inimicum tuum. ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos et orate pro persequentibus et calumniantibus uos, ut sitis filii patris uestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri

2 cf. Deut. 24, 1 6 cf. Exod. 20, 7, Leu. 19, 12, Deut. 5, 11
14 cf. Exod. 21, 24, Leu. 24, 20, Deut. 19, 21 20 cf. Leu. 19, 18

1 eat] erit *C*, mittatur *S* 2 demifferit *P*[1] 5 mechari *P*, mechare *R* dimifã *M*[1] duxerat *P*[1] iterum] item *R* 6 peierabif *Sa* (*Am.*) 8 tronuf (tr *in ras.*) *M* 9 est] *om.* *P*[1] eft pedum eiuf *P*[2]*Sv* peduũ *MC* hierufolinã *MP* 10 est] *om.* *C* magna *M*[1] magni regis eft *R* 11 iuraberif *PS* potef* (*ras.* t) *S* 13 hif qui *M*[1] 14 et] *om.* *P*[1] 15 dextrã *PCR* dextra maxilla tua *M* 16 *et* 17 tuam] *om.* *R* dimittif *MP*, dimitte *RSav* 18 quicumque] qui *S* angarizauerit *M*[1]*P*[1] mille] ire mille *a* 19 uolente *M*[1], uolenti *PSv* 20 mutuare *M*[1]*a*, mutari *C* au'tas *R*, auerterif *P*[1] est] eft antiquis *a* diligif *M*[1] 22 uof oder̃ *Ca* 23 et *alt.*] *om.* *P*[1] ut] et *P*[1]

facit super malos et bonos. et pluit super iustos et iniustos. si enim diligatis eos qui uos diligunt. quam mercedem habebitis? nonne et publicani hoc faciunt? et si salutaueritis fratres uestros tantum. quid amplius facitis? nonne et ethnici hoc faciunt? estote ergo uos perfecti, sicut et pater uester caelestis perfectus est. Adtendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus. ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum. qui in caelis est. cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te. sicut hypocritae faciunt in synagogis et in uicis, ut honorificentur ab hominibus. amen dico uobis, receperunt mercedem suam. te autem faciente elemosynam, ne sciat sinistra tua. quid faciat dextera tua. ut sit elemosyna tua in absconso: et pater tuus. qui uidet in absconso. reddet tibi. et cum oratis. non eritis sicut hypocritae. qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. amen dico uobis, receperunt mercedem suam. tu autem cum orabis. intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum in absconso: et pater tuus. qui uidet in absconso, reddet tibi. orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici: putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur. nolite ergo adsimilari eis: scit enim pater uester. quibus opus sit uobis. antequam petatis eum. sic ergo orabitis: pater noster. qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. ueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra, panem nostrum supersubstanti-

1 bonoſ & maloſ *RSv* 2 dılıgıtıs *Rav* habetıſ *P*¹ 4 facıetıs *R* et] *om.* *M*¹*PC* etınnıcı *P*¹, &nıcı *C*, ehtnıcı *S* 5 uos] & uoſ *P* cael.] ın cęlıſ *C* 6 *uerba:* faciatis *usque ad* patrem uestrum *om.* *P*¹ 9 elymoſınã (eı *pro* y *pos. al. m.*) *M*, elımoſınam *P*, elemoſınam *CRS* ante te] *om.* *MP*¹*CR* 10 ſınagogıſ *PC* uíís *R* honſıcetur *P*¹ 11 recıperunt *M*¹*P* 12 facıentem *P*¹ 12 *et* 13 elymoſınà *et* -na *M*, aelımoſınam *et* -na *P*¹, elemoſınam (-ſynã *S*) *et* -na *CRS* 13 dextra *P* abſcondıto *MP*¹*CRv* (*cod. Am.*) 14 abſcondıto *Rv* (*cod. Am.*) reddıt *M*¹ 15 ſınagogıſ *M*¹*PC* 17 uobis] *om.* *R* recıperunt *M*¹*P* oraberıſ *P*¹, oraueris *Rav* 18 cluſo *MP* 19 abſcondıto *Rv* (*cod. Am. bis*) 20 sicut] *om.* *P*¹ 21 in] *om.* *M*¹ adſımuları *PC* 22 quibus] quıd *Sav* 24 aduenıat *PRSav* tuum] *om.* *R* 25 supersubst.] cottıdıanũ *S*

alem da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne inducas nos in temptationem, sed libera nos a malo. si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et nobis pater uester caelestis delicta uestra. si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet peccata uestra. cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. tu autem cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in absconso: et pater tuus, qui uidet in absconso, reddet tibi. nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. thesaurizate autem uobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur. ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. lucerna corporis est oculus. si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt? nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contemnet. non potestis deo seruire et mammonae. ideo dico uobis, ne solliciti sitis animae uestrae, quid manducetis, neque corpori uestro, quid induamini. nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam uestimentum? respicite uola-

2 noſ inducaſ *PRSav* 4 dimiττiτ M^1P et] *om. edd.* 5 delicta] de|biτa *S* hom. peccaτa eorum P^1 6 demiττiτ *P*, dimiττaτ *C*, dimiττ& uobiſ *Sav* autem] *om. MCR*, enim *P* 7 hypochriτę *P* faciaſ P^1 8 appareant *v* receper̃ *S*, quia recepernnτ P^2v 10 laua faciem tuam *a* ab hominib, P^2S 11 *et* 12 abſcondiτo *Rv (cod. Am.)* 12 τhe*ſauri M^1, τheſaurizari PM^2 14 τheſſaurizaτe *M* autem] *om.* P^1 15 nec erugo M^1 et] *om* P^1 τheſſauruſ M^1 16 enim] *om. CR* 17 corporiſ τui P^1Rav eſτ oculus τuus P^2R^1v 19 fuerit totum] τoτum fueriτ P^1 20 quod] quo P^1 ipsae] *om. S (cod. Am.)* quanτe **er̃ *M* 22 diligiτ *MPC* 23 conτempn& M^1PC 25 corpore M^1 26 plus *om. S* uolaτalia P^1

tilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, et pater uester caelestis pascit illa: nonne uos magis pluris estis illis? quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? et de uestimento quid solliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque neunt. dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. si autem faenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos modicae fidei? nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? haec enim omnia gentes inquirunt: scit enim pater uester quia his omnibus indigetis. quaerite ergo primum regnum dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur uobis. nolite ergo solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. sufficit diei malitia sua. Nolite iudicare, ut non iudicemini. in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis, metietur uobis. quid autem uides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non uides? aut quomodo dicis fratri tuo: sine, eiciam festucam de oculo tuo: et ecce trabes est in oculo tuo? hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conuersi disrumpant uos. petite, et dabitur uobis: quaerite, et inuenietis: pulsate, et aperietur uobis. omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit inuenit, et pulsanti aperietur. aut quis ex uobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem

2 et] sed P^2 3 uos *in ras.* P plures MP^1 4 uestro P^1 5 quod M^1P^1 sollicitι sitis M^1 6 neque] nec S nent M^3P^2CR *Sav* 7 solomon M^1, salamon P^1 8 foenũ M^3PS 9 modicae] minime *Sa (cod. Am.)* 10 sollicite M^1 11 quo operiemur] cooperiemur P^2C 14 omnia hęc S (*cod. Am.*) adici&' M^1 sollicite M^1P^1 15 dies enĩ S 16 iudicemini] *add:* nolite condemnare et non condemnabimini P^2 iudiciũ M^1P^1 17 &^{in}qua M 18 me*tietur (*ras.* n) P, remeti&ur *RSav* autem] enim S 18 *et* 20 *et* 22 fistucã MP^1C 20 trabis MP 21 hypochrita P 23 sanctum dare *a* margar&as M^1P^1 25 dirumpant *Ra* 26 accepit MP^1

porriget ei? aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis uestris, quanto magis pater uester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se? omnia ergo quaecumque uultis ut faciant uobis homines et uos facite eis: haec est enim lex et prophetae. intrate per angustam portam: quia lata porta et spatiosa uia, quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. quam angusta porta et arta uia, quae ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam. adtendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. a fructibus eorum cognoscetis eos. numquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit. non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur. igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. non omnis qui dicit mihi: domine, domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. multi dicent mihi in illa die: domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus et in tuo nomine daemonia eiecimus et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? et tunc confitebor illis: quia numquam noui uos, discedite a me, qui operamini iniquitatem. omnis ergo qui audit uerba mea haec et facit ea adsimilabitur uiro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram: et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et inciderunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim erat supra petram. et

1 *uerba:* aut si piscem p. n. s. porriget ei *om.* P^1S si] *om.* *C* petıτ *CRa* (petet *Am.*) porriget] dabit *a* 2 bona] bona daτa *RSav* 4 po&enτıb; *MC* uultis] *om.* P^1 5 enim] *om.* P^1 7 uıa ẽ (c̃ *ras.*) P^2 10 ueſτıññτu M^1, ueſτıτu P^1 11 a] ex *R* 16 quae] quı P^1C 17 eos] *om.* P^1 omneſ quı dıcunτ P^1 19 facıτ (a *ex* e *et* cıτ *in ras. ab al. m.*) *P* ẽ ın cęlıſ *S* 20 dıcunτ MP^1C 21 nonne ın τuo nomıne *P* eτ ın nomıne τuo *RS* 22 eıcım' M^1C tuo] *om.* *R* 24 ergo] enī *R* 26 dıſcendıτ *MP* 27 inciderunt] ırruerunτ *Sav*, ınpıgerunτ (g *ex* d *corr.*) *P* (*cf. Sab.*) 28 supra] ſup *S* petra *a*

omnis qui audit uerba mea haec et non facit ea similis erit uiro stulto, qui aedificauit domum suam supra arenam: et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et inruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina eius magna. Et paulo post: Gratis accepistis, gratis date. nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris, non peram in uia, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque uirgam: dignus enim est operarius cibo suo. in quamcumque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit, et ibi manete, donec exeatis. intrantes autem in domum salutate eam. et si quidem fuerit domus digna, ueniat pax uestra super eam: sin autem non fuerit digna, pax uestra ad uos reuertetur. et quicumque non receperit uos neque audierit sermones uestros, exeuntes foras de domo uel de ciuitate excutite puluerem de pedibus uestris. amen dico uobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum et Gomorraeorum in die iudicii quam illi ciuitati. ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum: estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae. cauete autem ab hominibus: tradent enim uos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt uos, et ad praesides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium. et insurgent filii in

5 Matth. 10, 8—42

2 supra] ſup *MCR* 3 diſcendit *MP* 4 eius] *om.* *M*[1] 7 nec calciamenta *Pa* 8 eſt enim *CRa* cibo] *pro uaria lectione in marg. adnot:* mercede *P*[2] *(cf. Sab.)* quacūq; *MC* 10 donec inde *R* 11 in] *om. S* eam] *add.* dicentes: pax huic domui *av (cf. Luc. 10, 5)* domus illa *av* 12 ueniet *M*[3]*P*[1]*CRav* eam] illam *a* sin] si *Sav* 13 reuertitur *P*[1] recep.] ceperit *M*[1] 16 tollerabiliuſ *M*[1]*PR* 17 diem *P*[1] ciuitate *M*[1] 18 ſtote *M*[1] 20 ſinagogiſ *MPR* 21 ducimini *M*[1] 23 *uerba:* dabitur e. u. i. i. h. q. loquamini *om. P*[1]*R* 25 tradent *P*[1] 26 insurg.] ĩ ſurgent *M*[1], *inſurgent *S* fili *M*[1]

parentes et morte eos adficient. et eritis odio omnibus propter nomen meum. qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. cum autem persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israhel, donec ueniat filius hominis. non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius, et seruus, sicut dominus eius. si patrem familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? ne ergo timueritis eos. nihil enim opertum quod non reuelabitur et occultum quod non scietur. quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicate super tecta. et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. nonne duo passeres asse ueneunt? et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. uestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis uos. omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui est in caelis. qui autem negauerit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo, qui est in caelis. nolite arbitrari, quia uenerim pacem mittere in terram: non ueni pacem mittere, sed gladium. ueni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum suam: et inimici hominis domestici eius. qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: et qui amat filium aut filiam super me,

1 parentib; *C* omnibus] om∗nibuſ *P*, *add.* hominib, P^2*Sa* 2 usque] *om. S initio lineae (cf. Sab. et cod. Am.)* 4 consummabitis] menſurabitis *R* · 5 ueni& *S* 6 magiſtri P^1 7 seruo *r* 8 belzebub MP^1 9 opertum eſt *S*, eſt opertum *ar* 10 ſciatur *a* 11 aure] ore *C* 12 noli M^1 14 et *ante* animam] *om. CR* 15 ueniunt MP^1 17 ergo *om.* MP^1CR 18 uos] *om. MC* 19 coram ∗∗| *S* et] *om. C* ego] *om. MC* 20 in cælis ẽ *RSv* 21 in cælis ẽ *CRav* 22 mittere pacem P^2S *(Am.)* terra M^1P 24 filiuſ *(pr. corr. in* filioſ, *tum in* filiã) *P* 26 aut] & *MC (Am.)* matrẽ : ſuã : *S* 27 me *ante* dign.] *om.* P^1 *uerba:* et qui amat f. a. f. s. m. n. e. m. dignus *om.* P^1 super me] pluſ quã me *S*

non est me dignus. et qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus. qui inuenit animam suam, perdet illam: et qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. qui recipit uos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit. qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet: et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. et quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Et paulo post: Cui autem similem aestimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coaequalibus dicunt: cecinimus uobis et non saltastis, lamentauimus et non planxistis. uenit enim Iohannes neque manducans neque bibens, et dicunt: daemonium habet. uenit filius hominis manducans et bibens, et dicunt: ecce homo uorax et potator uini, publicanorum et peccatorum amicus. et iustificata est sapientia a filiis suis. Et post paululum: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. iugum enim meum suaue est, et onus meum leue est. Item post aliquantum: Si autem sciretis, quid est: misericordiam uolo et non sacrificium, numquam condemnassetis innocentes. Et post paululum: Qui non est mecum, contra me est: et qui non congregat mecum, spargit. ideo dico uobis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur. et

10 Matth. 11, 16—19 18 ib. 28—30 22 Matth. 12, 7 23 cf. Os. 6, 6 24 Matth. 12, 30—37

1 et *pr.*] *om. MCR* accepiτ *P* ſequaτur *M*¹*P*¹ 3 me ın uıτam aeτernam *P* 4 ınuenıτ *P*¹ 10 paulọlū *S* 13 plancxıſτıſ *P* enim] auτem *P*² ıohannıſ *MP*¹*C*¹ 14 bıb& *M*¹ 15 uenıτ enĩ *S* 17 ıuſτıfıcaτuſ *C* paulum *P*¹ 22 est *om. Sa* item] ıτerum *MC* aliq.] paulọlum *S*, paululum *a* 26 *et* 27 remıττıτur *MP*¹*C* 27 blaſphemıa* (*ras.* e) *M*, blaſphemıa *P*²*C*¹*v*

quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro. aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur. progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala. dico autem uobis, quoniam omne uerbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. ex uerbis enim tuis iustificaberis et ex uerbis tuis condemnaberis. Et aliquanto post: Audite et intellegite. non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Et paulo post: Respondens autem Petrus dixit ei: edissere nobis parabolam istam. at ille dixit: adhuc et uos sine intellectu estis? non intellegitis, quia omne quod in os intrat in uentrem uadit et in secessum emittitur? quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem. de corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. haec sunt quae coinquinant hominem: non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Item post aliquantum: Tunc Iesus dixit discipulis suis: si quis uult post me uenire, abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

12 Matth. 15, 10 et 11   15 ib. 15—20   23 Matth. 16, 24—27

1 *uerba:* et quicumque — — non remittetur ei *om.* P^1 4 **malã *S*   5 ex (& M^1) fructum M^1P^1 arbor^ũ cognofcıtur (an *supra*) *(corr. m. al.)* *P*   cognofcıtur *RSa*   8 theffauro M^1C 9 theffauro *M*   malum *R*   10 de eo rationem *P*   11 diem M^1P^1 12 condemnauerıf *P*   poft aliquantū *a*   14 ex] de P^2 hoc] *om.* P^1, *supra lin. add. m. pr. S*   p' pauł (u *add. al. m.)* *P*   15 petrus] *om.* P^1 17 om*ne *P*   22 *uerba:* non lotis a. m. m. n. c. hominem *om.* P^1 23 dix̄ ıhf *Ca*   24 abnegat *M*   26 faluum P^1

quid enim prodest homini, si mundum uniuersum lucretur, animae uero suae detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum opera eius. Item aliquanto post: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno caelorum. et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. uae mundo ab scandalis! necesse est enim ut ueniant scandala: uerumtamen uae homini, per quem scandalum uenit! si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscide eum et proice abs te. bonum tibi est ad uitam ingredi debilem quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. et si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te. bonum tibi est uno oculo in uitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. uidete, ne contemnatis unum ex his pusillis: dico autem uobis, quia angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei, qui in caelis est. uenit enim filius hominis saluare quod perierat. Et paulo post: Si autem peccauerit in te frater tuus, uade et corripe eum inter te et ipsum solum. si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum testium uel trium

5 Matth. 18, 3—11 24 ib. 15—35

1 quid] qui *S* uniuersum] totum *P* 3 enim] aũ *S* 4 gloria sua *P*[1] tunc *in ras. M* 5 post aliquanta *R* 7 regno *M*[1]*P*[1] *(Am.)* 9 suscipērit *MPC* 10 suscepit *M*[1]*P*[1] 12 dimergatur *P*[2] 14 uae homini] *om. P*[1] 15 scandalizet *a* 16 *et* 19 est tibi *Ra* 16 debilem] *add.* uel claudum *P*[2]*Rv* 19 cum uno *M*[3]*P*[2]*CRSav* oculu* *P*[1] introire *S*[1] 20 condemnatis *P*[2]*S* 21 pussillis *P* 24 p' (lu) paulum *P* 26 es* *P* si* *P* te non *Rav* 27 ut] & *M*[1] duor' ul' triũ testiũ *Rv*

stet omne uerbum. quod si non audierit eos, dic ecclesiae: si autem et ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. amen dico uobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata et in caelo, et quaecumque solueritis super terram, erunt soluta et in caelo. iterum dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re, quaecumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est. ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. tunc accedens Petrus ad eum dixit: domine, quotiens peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies? dicit illi Iesus: non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. ideo adsimilatum est regnum caelorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis: et cum coepisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta: cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus uenundari, et uxorem eius, et filios, et omnia quae habebat, et reddi. procidens autem seruus ille orabat eum dicens: patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. misertus autem dominus serui illius dimisit eum, et debitum dimisit ei. egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, et tenens suffocabat eum dicens: redde quod debes. et procidens conseruus eius rogabat eum dicens: patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. ille autem noluit, sed abiit et misit eum in carcerem, donec redderet debitum. uidentes autem conserui eius quae fiebant contristati sunt ualde: et uenerunt et narrauerunt domino suo omnia quae facta fuerant. tunc uocauit illum dominus suus et ait illi: serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me:

2 et *pr.*] *om. PCS* ecclefiæ *M*[1] 3 quicumque *P*[1] 6 confenferunт *P*[1] quodcũq, *S*, quamcumque *ar* 8 duo funт *P* ibi] ıbı enĩ *S* 10 peccauıт *M*[1]*PC* me *** *M* 11 dıxıт *P*[1] 12 adfımulaтũ *M* 13 *uerba:* cum — — ponere *om. P*[1] 14 unus] *om. P*[1] 16 unde ****** *M* dominus] eius *RSv* uenarı *M*[1] 17 *et* 23 ꝑcedenf *M*[1]*P*[1] *(cod. Am.)* 22 fuffocauıт *S* 25 habııт *M*[1]*C*, habuıт *P*[1], abííт ĩ domũ fuã *R* 26 *fiebanт *P* (fı *in ras.)* 28 illi] ılle *M*[1] *P*[1] 29 tibi] *om. M*[1]

nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet uniuersum debitum. sic et pater meus caelestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Et paulo post: Et accesserunt ad eum Pharisaei temptantes eum et dicentes: si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? qui respondens ait eis: non legistis, quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit: propter hoc dimittit homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. itaque iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo deus coniunxit, homo non separet. dicunt illi: quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudii et dimittere? ait illis: quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras: ab initio autem non sic fuit. dico autem uobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur, et qui dimissam duxerit, moechatur. dicunt illi discipuli eius: si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. qui dixit: non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, et sunt eunuchi, qui se ipsos eunuchizauerunt propter regnum caelorum: qui potest capere, capiat. tunc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis inponeret et oraret: discipuli autem increpabant eos. Iesus uero ait eis: sinite paruulos et nolite eos prohibere ad me uenire. talium est enim regnum caelorum. et cum inposuisset eis manus, abiit inde. et ecce unus accedens ait illi: magister

5 Matth. 19, 3—30 8 cf. Gen. 1, 27 et 2, 24 13 cf. Deut. 24, 1 et 9, 27

3 quodadusq; *P* 5 uestris] *om. S* paulł *MC* 6 pharissei *M*[1] 8 qui] *om. P*[1] fecit hominem *av* 9 dimittet *av* 13 mos*es *P* mandabit *S* dari *P*[2]*S (Am.)* et] *om. C* 14 moses *P* promisit *P*[1] 15 fuit sic *av* 16 uobis] *om. MCR* quia] *om. P* 17 dimisã *M*[1]*P*[1] 18 moecat̃ *M* 19 omnis *P*[1] 22 *ab *P* 23 eunuchizauerunt] ał castrauerunt *a in marg. (cf. v)* 25 orarent *M*[1]*P*[1] eos] eis *M*[1]*P* uero] autē *R* 27 inpo*suisset *P*

bone, quid boni faciam, ut habeam uitam aeternam? qui dixit ei: quid me interrogas de bono? unus est bonus deus. si autem uis ad uitam ingredi, serua mandata. dicit illi: quae? Iesus autem dixit: non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum et matrem, et: diliges proximum tuum sicut te ipsum. dicit illi adulescens: omnia haec custodiui, quid adhuc mihi deest? ait illi Iesus: si uis perfectus esse, uade, uende quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo: et ueni, sequere me. cum audisset autem adulescens uerbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. et iterum dico uobis, facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum caelorum. auditis autem his discipuli mirabantur ualde dicentes: quis ergo poterit saluus esse? aspiciens autem Iesus dixit illis: apud homines hoc inpossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt. tunc respondens Petrus dixit ei: ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israhel. et omnis qui reliquit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et uitam aeternam possidebit. multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi. Et paulo post: Sicut filius hominis non uenit ministrari,

4 cf. Exod. 20, 13 28 Matth. 20, 28

1 uıтā eт'nā hēam *R* 3 ingredi ad uitam *a* illi] ılle *S*, ei *a* 5 furтū facıes *R* dıcıſ *et* dılıgıſ *P*[1] 6 paтrem & maтrem тuam *P*[1] 9 eт uende *R* тheſ ſaur' *M* 10 cum autem audiſſet uerbum adoleſcens *a* 14 camellum *M*[1]*P*[1] 16 poтeſт *R* 17 ınpoſſıbıle ē hoc *S* 19 re(lı*)quım' *M*, relınquım' *R* 21 uos] *om.* *M*[1] 23 XII *S* XII *PS* 24 reliquerit *av* 28 et] ıтē *S* et p. post *et infra* et aliq. post *et* et alibi] *om.* *P*[1] ſıcuт* *P*

sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis. Et aliquanto post: Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt dei deo. Et alibi: Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. hoc est maximum et primum mandatum. secundum autem simile est huic: diliges proximum tuum sicut te ipsum. in his duobus mandatis uniuersa lex pendet et prophetae. Et post paucos uersus: Tunc Iesus locutus est ad turbas et discipulos suos dicens: super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisaei: omnia ergo quaecumque dixerint uobis seruate et facite. secundum opera uero eorum nolite facere: dicunt enim et non faciunt. alligant autem onera grauia et inportabilia et inponunt in umeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. omnia uero opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus. dilatant enim phylacteria sua et magnificant fimbrias. amant autem primos recubitus in caenis et primas cathedras in synagogis et salutationes in foro et uocari ab hominibus rabbi. uos autem nolite uocari rabbi: unus est enim magister uester, omnes autem uos fratres estis. et patrem nolite uocare uobis super terram: unus est enim pater uester, qui in caelis est. nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. qui maior est uestrum, erit minister uester. qui autem se exaltauerit, humiliabitur, et qui se humiliauerit, exaltabitur. Et paulo post: Vae uobis, scribae et Pharisaei hypocritae, quia decimatis mentam et anethum et cyminum, et reliquistis quae grauiora sunt legis: iudicium et misericordiam et fidem. haec oportuit facere

2 Matth. 22, 21   3 ib. 37—40   8 Matth. 23, 1—12   24 ib. 23—36

1 ſed* *P*   2 p; alıq̃ *P²C*   ceſſarıſ ceſſarı *M*¹   3 alibi] p' alıq̃ *P*²   5 *uerba:* et i. t. mente tua *om. C*   est] enĩ *M*¹   6 dılıgıſ *M*¹*P*¹   9 et] eτ ad *Rar (cod. Am.)*   10 moyſe *M*¹*P*¹   pharıſ ſeı *M (sic infra)*   11 dixerint] *om. P*¹   u'o opa *R*   13 onera] opera *M*¹   humerrıſ *P*¹   14 ea nolunτ *R*   uero] enĩ *C*, uero** *P*   15 phılacτerıa (phılaτ. *R*) *MP*¹*CRS*   17 ſınagogıſ *M*¹*PR*   18 rabı *M*¹*R*   20 uobıſ uocare *MPCRa*   21 enım eſτ *P (cod. Am.)*   23 exaltat *a*   24 se] *om. P*¹   humılıaτ *MPCSa*   25 quia] qui *a*   26 an&um *MPCRS*   cımınū *MCRS*   relıquıſτı *C*, relinquitis *a*

et illa non omittere. duces caeci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. uae uobis, scribae et Pharisaei hypocritae, quia mundatis quod de foris est calicis et parapsidis, intus autem pleni sunt rapina et omni inmunditia. Pharisaee caece, munda prius quod intus est calicis et parapsidis, ut fiat et id quod de foris est mundum. uae uobis, scribae et Pharisaei hypocritae, quia similes estis sepulchris dealbatis, quae a foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. sic et uos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. uae uobis, scribae et Pharisaei hypocritae, quia aedificatis sepulchra prophetarum et ornatis monumenta iustorum et dicitis: si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. itaque testimonio estis uobismet ipsis, quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt: et uos implete mensuram patrum uestrorum. serpentes, genimina uiperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae? ideo ecce ego mitto ad uos prophetas, et sapientes, et scribas: et ex illis occidetis, et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis uestris, et persequimini de ciuitate in ciuitatem: ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae, filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare. amen dico uobis, uenient haec omnia super generationem istam. E t p a u l o p o s t: Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum: qui autem permanserit usque in finem, hic saluus erit. E t p o s t a l i-

25 Matth. 24, 12 et 13

1 excolentef *P²R* 2 glut*ientef *P* 3 quia] qui *a* 3 *et* 5 parabfidif *MC* 4 plene *M¹P¹*, plena *M³P²CR* 5 munda] *om. P¹* 6 et *pr.*] *in ras. M, om. S* mund*ū *M* 7 quia] qui *a* fepulcrif *et* 12 -cra *M¹P¹* 11 qui *RSv* 15 teftimoniū *MP¹CRa* & quia *MC* 18 ideo dico uobis *a* ego] *om. MP¹CR* 19 et (*ante* ex) *om. M¹* crucifigitif *M¹P¹* et (*ante* ex) *om. M¹P¹* 20 finagogif *M¹PC* perfequemini *v* 23 filiū *M¹* 25 p' alq *P* 26 habundauit *M¹P¹* 27 permanserit] pfeuerauerit *Sav* aliq̃ p; *MC*, aliquantū poft *R*

quantum: Estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. quis putas est fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus suus supra familiam suam, ut det illis cibum in tempore? beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem. amen dico uobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus uenire: et coeperit percutere conseruos suos, manducet autem et bibat cum ebriis: ueniet dominus serui illius in die qua non sperat et hora qua ignorat, et diuidet eum partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus et stridor dentium. Et post paululum: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Item post paululum: Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae. et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab haedis, et statuet oues quidem a dextris suis, haedos autem a sinistris. tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: uenite, benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. esuriui enim, et dedistis mihi manducare: sitiui, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me: nudus, et cooperuistis me: infirmus, et uisitastis me: in carcere, et uenistis ad me. tunc respondebunt ei iusti dicentes: domine, quando te uidimus esurientem et pauimus, sitientem et dedimus tibi potum? quando autem

1 Matth. 24, 44—51 12 Matth. 25, 13 13 ib. 31—46

3 ſup *MCRv* 5 eius] *om.* P^1 inuenerit uigilantem ſic facientem P^1 uobis] *om.* P^1 6 conſtituit MP^1 7 feč M^1 8 ceperit *MCR* 9 bibit *S* uenit *MPC* sperat] ſe parat M^1 10 diuidit *MPC* eum] illum *S* eius] ei P^1 12 pauł *MP*, paulolum *(bis)* S^1 itaque] utique P^1 13 item p. paul.] *om.* P^1 paułł *M*, aliq̃ P^2 16 eos] eaſ *S* 17 ſtu& M^1 quidem oueſ *S* ad dextriſ *(bis)* M^1 suis] eiuſ P^1R, *om. a* 18 autem] *om.* P^1 ad ſiniſtriſ M^1 dicit MP^1 19 poſſedite *P* 20 dediſti *(bis)* . . . cooperuiſti P^1 21 *uerba:* sitiui *usque ad* bibere *om. S* 22 operuiſtiſ *S* 23 in carcere eram P^2Sav 25 pauimus te *av*

te uidimus hospitem et collegimus te, aut nudum et cooperuimus? aut quando te uidimus infirmum aut in carcere, et uenimus ad te? et respondens rex dicet illis: amen dico uobis, quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. tunc dicet et his qui a sinistris erunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. esuriui enim, et non dedistis mihi manducare: sitiui, et non dedistis mihi potum: hospes fui, et non collegistis me: nudus, et non cooperuistis me: infirmus et in carcere, et non uisitastis me. tunc respondebunt et ipsi dicentes: domine, quando te uidimus esurientem, et sitientem, et hospitem, aut nudum, aut infirmum, uel in carcere, et non ministrauimus tibi? tunc respondebit illis dicens: amen dico uobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam. Et aliquanto post: Vigilate et orate, ut non intretis in temptationem.

XXVI.

DE EVANGELIO SECVNDVM MARCVM.

Aduocans iterum turbam dicebat illis: audite me omnes et intellegite. nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum coinquinare, sed quae de homine procedunt, illa sunt quae communicant hominem. si quis habet aures audiendi,

16 Matth. 26, 41 20 Marc. 7, 14—23

1 collegimus (g *in ras.*) *P*, collexim' M^1S *(cod. Am.)* cooperuimuſ te P^2CSv 2 aut in] et ín *R (Am.)* 3 ad] a *C* reſpondit MP^1 3 *et* 5 dicit *MPC* 5 et] *om. R* a] ad MP^1 6 diabulo *MP* 7 mihi] *om.* P^1 8 potum] bibere P^2CR collexiſtiſ M^1PC *(Am.)* 9 *uerba:* nudus e. n. c. me *om. CR* operuiſtis *a (Am.)* 10 carcerem M^1P^1C respondebunt ei *v* 11 et] aut M^1 12 aut nud.] et nudũ *R* 13 reſpondit P^1 14 non] *om.* P^1 16 poſt aliquantum *a* 17 EXPLICIT | INCIPIT SECVNDVM MARCVM *(minio)* | *S* 19 de] in *R* æuuangł *M*, euangelium P^1

audiat. et cum introisset in domum a turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. et ait illis: sic et uos inprudentes estis? non intellegitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum communicare, quia non introit in cor eius, sed in uentrem, et in secessum exit purgans omnes escas? dicebat. quoniam quae de homine exeunt illa communicant hominem. ab intus enim de corde hominum exeunt cogitationes malae, procedunt adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequitiae, dolus, inpudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. haec mala ab intus procedunt et communicant hominem. Et alio loco: Conuocata turba cum discipulis suis dixit eis: si quis uult post me sequi, deneget se ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me et euangelium, saluam eam faciet. quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, detrimentum faciat animae suae? aut quid dabit homo commutationem pro anima sua? qui enim me confusus fuerit et mea uerba in generatione ista adultera et peccatrice, et filius hominis confundetur eum in gloria patris sui cum angelis sanctis. Et alibi: Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. quem cum complexus esset, ait illis: quisquis ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me

11 Marc. 8, 34—38 21 Marc. 9, 35 et 36

2 parabulā *M* inpr.] prudenteſ *MCR* 4 poterit P^1 intro*it (*ras.* i) *M*, introiit (ii *in ras.*) *P*, introibit *R*, intrat *av* 5 ſeceſſu *M* exiit *P* 6 dicebat] *add.* autem P^2*av* communicant] cōicabant *R* 7 enim] aū *S* 8 inde ꝓcedunt *R* homicida M^1P^1 9 auaritiae (-eię *a*) *av* inpudicia S^1 oculos maloſ *S* 10 blaſphemię *Sa* haec] omnia haec *av* 12 suis] *om.* M^1 qui *M* post] *om.* S^1*v* 14 *uerba:* saluam f. p. e. q. a. p. a. suam *om.* P^1 15 euuangeliū *M* 16 homine M^1, hominiſ *C* 17 & d&rimentū *Sav* faci& M^1P^1 (*Am.*), fiat *S* quid] quam *R* 18 cōmotationē M^1 qui] quid P^1 confeſſuſ C^2S 19 uerba mea *CR* adulteria & peccatrix P^1 20 confundet** *P*, cunfund&˜ C^1, confundet *Ra*, confitebitur C^2S eum] *add.* cū uenerit *Sv* 21 sanctis] ſuiſ *Ra* 22 plexſuſ M^1, plexuſ P^1 23 quisquis] *add.* unum *av* reciperit M^2PC, *om.* M^1

recipit, et quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui me misit. Et paulo post: Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquae in nomine meo, quia Christi estis, amen dico uobis, non perdet mercedem suam. et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo eius, et in mare mitteretur. Et post paululum: Habete in uobis salem, et pacem habete inter uos. Et paulo post: Et accedentes Pharisaei interrogabant eum: si licet uiro uxorem dimittere, temptantes eum. at ille respondens dixit eis: quid uobis praecepit Moyses? qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudii scribere et dimittere. quibus respondens Iesus ait: ad duritiam cordis uestri scripsit uobis praeceptum istud, ab initio autem creaturae masculum et feminam fecit eos deus. propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit ad uxorem suam, et erunt duo in carne una. itaque iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo deus iunxit, homo non separet. et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. et dicit illis: quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit super eam: et si uxor dimiserit uirum suum et alii nupserit, moechatur. Et post IIII uersus: Sinite paruulos uenire ad me et ne prohibueritis eos. talium est enim regnum dei. amen dico uobis, quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus, non intrabit in illud. et complexus eos et inponens manus super

2 Marc. 9, 40 et 41 7 ib. 49 8 Marc. 10, 2—12 11 cf. Deut. 24, 1 15 cf. Gen. 2, 24 22 Marc. 10, 14—31

1 ſuſcıperıꞇ *MC* ſuſcepıꞇ M^1 3 aquę frigidę *a* 6 circumdaretur] *add.* eı *R* aſınarıo *MC* 7 pauł *MC*, paulum P^1, paulolũ *S* paulo poſꞇ *R* 8 salem] fıdem *R* 9 pharıſſeı *M* 11 *uerba:* qui dixerunt Moyses *om. MCS*, qui dixerunt *om. P*, aꞇ ıllı dıxerũꞇ permıſıꞇ (*om.* Moyses) *R (cf. Sab.)* 13 ſcrıbıꞇ *S* 14 autem] *om. S* 15 relınquıd M^1P homo] *om.* P^1 adhere**bıꞇ *P* 16 ad uxorem suam] uxorı ſuæ *CRa* 17 coniunxit *av* 18 ſeparaꞇ P^1 ıꞇerũ . . . ıꞇerũ eũ ınꞇ'rogauerũꞇ *R* 21 nubſerıꞇ *PS* 23 enim] *om.* P^1 dei] celor, *Ra* 24 quıſq, *S* 25 ınꞇroıbıꞇ S^2 cõplexſuſ P^1, complexanſ P^2*Sav*

illos benedicebat eos. et cum egressus esset in uiam, procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum: magister bone, quid faciam, ut uitam aeternam percipiam? Iesus autem dixit ei: quid me dicis bonum? nemo bonus nisi unus deus. praecepta nosti: ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dicas, ne fraudem feceris, honora patrem tuum et matrem. et ille respondens ait illi: magister, haec omnia seruaui a iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum dilexit eum et dixit illi: unum tibi deest: uade, quaecumque habes uende et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo: et ueni, sequere me. qui contristatus in uerbo abiit maerens: erat enim habens multas possessiones. et circumspiciens Iesus ait discipulis suis: quam difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt! discipuli autem obstupescebant in uerbis eius. at Iesus rursus respondens ait illis: filioli, quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum dei introire! facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum dei. qui magis admirabantur dicentes ad semet ipsos: et quis potest saluus fieri? et intuens illos Iesus ait: apud homines inpossibile est, sed non apud deum: omnia enim possibilia sunt apud deum. coepit Petrus ei dicere: ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. respondens Iesus ait: amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut matrem, aut patrem, aut filios, aut agros propter me et propter euangelium, qui non accipiat centies

5 cf. Exod. 20, 13

1 uia *MCR* pcurrens *R*, p̃currēs *a* 3 faciam (a *poster. in ras.*) *P* 4 dicit *MCR* ei] *om. P* dicef P^1 5 ne *pr.*] non *S* adulterif MP^1 occidef *S* 6 dicas] dixerif *Sav* fraude *S* faceref M^1P^1, facief S^1 7 et *alt.*] at *av* 8 int*uituf *P*, intuituf ẽ *M* 10 theffaurũ *M* 12 circuminfpicienf MP^1 14 introibunt] introire *R* 15 deficile P^1 16 est] *om.* MP^1C^1S 17 camel|lum *P* pr*feramen *P* 18 qui] quia *P* ammirabantur *MPC* ad feipfos *a* 19 poterit P^1 illo M^1 20 *uerba:* omnia e. p. s. a. deum *om. MPC* 21 deum] et *add.* P^2av cepit *PR* dic'e ei *R* 22 dimiffimuf *P*, reliquimus *a* 24 aut p̃rem aut matrem *R* aut filios] *om. R* 25 euuangeliũ M^1 accipiunt P^1, accipiet *R* centiaf *C*

tantum nunc in tempore hoc, domus, et fratres, et sorores. et matres, et filios, et agros, cum persecutionibus, et in saeculo futuro uitam aeternam. multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi. Et paulo post: Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus dominantur eis et principes eorum potestatem habent ipsorum. non ita est autem in uobis: sed quicumque uoluerit fieri maior, erit uester minister, et quicumque uoluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus. nam et filius hominis non uenit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis. Et aliquanto post: Et respondens Iesus ait eis: habete fidem dei! amen dico uobis, quicumque dixerit huic monti: tollere et mittere in mare! et non haesitauerit in corde suo. sed crediderit quia quodcumque dixerit: fiat! fiet ei. propterea dico uobis: omnia quaecumque orantes petitis credite quia accipietis, et uenient uobis. et cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester, qui in caelis est, dimittat uobis peccata uestra. quod si uos non dimiseritis, nec pater uester, qui in caelis est, dimittet uobis peccata uestra. Item post aliquantum: Respondens autem Iesus dixit illis: reddite igitur quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt dei deo. Et alio loco: Et accessit unus de scribis, qui audierat illos conquirentes, et uidens quia bene illis responderit interrogauit eum, quod esset primum omnium mandatum. Iesus autem respondit ei: quia primum

4 Marc. 10, 42—45 11 Marc. 11, 22—26 20 Marc. 12, 17 22 ib. 28—34

1 domoſ M^3CR 3 erunt] er' (r' *in ras.)* *P* **nouiſſimi *P* 4 hii *MPCR* 6 poteſtateſ *S* ipi' non autē ita eſt *R* 7 miniſter ũr *C* 8 uoluerit] *om.* P^1 in uobis prim' ēe uoluerit *R* ſeruuſ omniũ *C* 10 reddemptionem P^1 11 aliquantũ *R* Iesus] *om.* *MPCR* eis] illiſ *PCv* 13 mitere *P* eſitauerit *M* 14 fiat] *om.* S^1 ei] *om.* MP^1CR 19 demiſeritiſ M^1 dimittit *MP*, dimittat *CS* 20 *uerba:* item post aliquantum *om.* *MPC,* et poſt *R* 21 ceſſariſ ceſſari M^1 22 *uerba:* et alio loco *om.* P^1 23 audierit *C* cõquerentes *Ra* 24 illis bene *R* reſponder& P^2S 25 mandatum] *add.* eſt P^1 ei] *om.* *C*

omnium mandatum est: audi, Israhel, dominus deus noster dominus unus est, et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota uirtute tua: hoc est primum mandatum. secundum autem simile illi: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. maius horum aliud mandatum non est. et ait illi scriba: bene, magister, in ueritate dixisti, quia unus est, et non est alius praeter eum: et ut diligatur ex toto corde, et ex toto intellectu, et ex tota anima, et ex tota fortitudine, et diligere proximum tamquam se ipsum maius est omnibus holocaustomatibus et sacrificiis. Iesus autem uidens quod sapienter respondisset dixit illi: non es longe a regno dei. et nemo iam audebat eum interrogare. Et paulo post: Cauete a scribis, qui uolunt in stolis ambulare, et salutari in foro, et in primis cathedris sedere in synagogis, et primos discubitus in caenis: qui deuorant domus uiduarum sub obtentu prolixae orationis, hi accipiunt prolixius iudicium. et sedens Iesus contra gazophylacium aspiciebat quomodo turba iactarent in gazophylacium: et multi diuites iactabant multa. cum uenisset autem una uidua pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. et conuocans discipulos ait illis: amen dico uobis, quoniam uidua haec pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium. omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt, haec uero

1 cf. Deut. 6, 4 5 cf. Leu. 19, 18 13 Marc. 12, 38—44

1 noster] τuus *Rav* 2 dominus] deuſ P^2*Rav* dılıgıſ M^1*P* dominum] *om. P* tuum] *om. R* 4 pmmũ ***** *M* 5 illi] ıllı ẽ P^1, eſτ ıllı P^2*av*, eſτ huıc *R* tamquam] ſıcuτ *R* 7 unus est] *add.* deuſ M^3*CRv* alius] ıllıuſ P^1 8 corde & ex *(corr. m. pr.) M* 10 holocautomat. *v* 12 ´eum ´ıam audebaτ *S* 13 eum] *om. MC* 15 ſınagogıſ *MP* dıſcubıτoſ M^1*P* 16 domos *Rav* opτenτu *R*S^1 17 Iesus] ıħſ *in ras. M* gazofılacıũ (a *alt. ex* ı *corr. m. 3) M* 17 *et* 18 *et* 22 gazofılacıum *CS*, gazophılacıum *PR* 18 *et* 22 gazophylaτıũ M^1 18 *ante* aspiciebat *rasura est uiginti septem litterarum in P* quomodo] quę modo *a* ıacτareτ *PRSav; add.* aes P^2*Rv* 19 ıacτabunτ *MC* mulτa] plurıma *Sa* 20 una] *om. S* 23 abundaũ *M*, habundauıτ *CR*, habundabaτ (ba *ex* uı *corr. m. pr.) P* uero] uo** *P*

de penuria sua omnia quae habuit misit, totum uictum suum. Et paulo post: Et cum duxerint uos tradentes, nolite praecogitare quid loquamini, sed quod datum fuerit uobis in illa hora id loquimini. non enim estis uos loquentes, sed spiritus sanctus. Et post paululum: Et eritis odio omnibus propter nomen meum. qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit. Et alio loco: Videte, uigilate orantes: nescitis enim quando tempus sit. sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, et ianitori praecipiat, ut uigilet. uigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus ueniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne, cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. quod autem uobis dico, omnibus dico: uigilate.

XXVII.

DE EVANGELIO SECVNDVM LVCAM.

Gloria in altissimis deo, et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Et aliquanto post: Et interrogabant eum turbae dicentes: quid ergo faciemus? respondens autem dicebat illis: qui habet duas tunicas, det non habenti: et qui habet escas, similiter faciat. uenerunt autem et publicani, ut baptizarentur, et dixerunt ad illum: magister, quid faciemus? at ille dixit ad eos: nihil amplius quam quod constitutum est uobis faciatis.

2 Marc. 13, 11 5 ib. 13 7 ib. 33—37 16 Luc. 2, 14 17 Luc. 3, 10—14

2 et paulo post] *om.* P^1 duxerint] hęc dixerit S^1 trahentes P^1R 3 *uerba:* sed q. d. f. u. i. i. h. i. loquimini *om.* P^1 4 loquimini] loquamini *CRS* enim] *om.* *MCR* 5 paul *MC*, paulolū S^1 7 alio] in alio *S*, alio in *a* orantes] orante M^1, orate *C*, et orate *Rv* enim] *om.* *R* 9 iani*tori *P* 10 p̃cipit *C*, p̃cepit M^3Rav uigilat P^1 11 ueniet *a* 12 inueniet *a* 13 uobis dico] uob̄ *C* 15 EXPLICIT SECVNDVM MARCVM *(atramento scr.)* | INCIPIT SECVNDVM LVCAM *(minio)* | *S* æuuangelio *M* 16 hominibus] omnib; *C* 17 alico M^1, aliquo *C* eum] *rasura trium litterarum, in margine:* iohannē baptistā *add. al. m.* *P* 20 babtizarentur *P* 22 quod] *om.* *MC* faciatis *MCR*

interrogabant autem eum et milites dicentes: quid faciemus et nos? et ait illis: neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis uestris. Et post aliquantum: Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei. beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. beati qui nunc fletis, quia ridebitis. beati eritis, cum uos oderint homines et cum separauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tamquam malum propter filium hominis. gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces uestra multa in caelo. secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum. uerum tamen uae uobis diuitibus, quia habetis consolationem uestram. uae uobis qui saturati estis, quia esurietis. uae uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. uae cum bene uobis dixerint omnes homines: secundum haec faciebant prophetis patres eorum. sed uobis dico qui auditis: diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt. benedicite maledicentibus uobis. orate pro calumniantibus uos. et qui te percutit in maxillam, praebe et alteram, et ab eo qui aufert tibi uestimentum tuum etiam tunicam noli prohibere. omni autem petenti te tribue, et qui aufert quae tua sunt ne repetas. et prout uultis, ut faciant uobis homines, facite illis similiter. et si diligitis eos qui uos diligunt, quae uobis est gratia? nam et peccatores diligentes se diligunt. et si

4 Luc. 6, 20—49

1 eum autem P^1 2 et *alt.*] *om.* *C* 3 ſtote M^1 ſtipendiiſ uñiſ *in rasura S* et post aliquantum] *om.* P^1 4 paupereſ ſp̄u *P* 7 uos] *om.* P^1 9 merciſ *MP* multa eſt *Rav* 10 patriſ P^1 11 quia] qui P^2CRa 12 eſuritiſ M^1, eſueritiſ *P* 13 uae] uæ uobiſ *P* 14 bene uob̄ dixerint MP^2 *(cod. Am.)*: uob̄ benedixerint *C*, benedixerint uob̄ *RSav*, benedixerit *(sic, om.* uobis) P^1 omnes] ***om̃ſ (uob̄ *eras.) M* ˆhomineſ ˆom̃ſ *S* 15 prophetis] *s. lin.* pſeudo *add. m. 3 M, erasa est correctura, quae olim extabat in margine P,* pſeudop̄ph&iſ *CRv* patriſ P^1 16 uoſ *(s. lin. m. pr.) M* oderūt uoſ *Rv* 18 p̄b*e *P* ab eo qui] habeo quae P^1 19 auferet *a* tuum] *om.* P^1av tonicam P^2 20 autem] enĩ *R* tribu*e *M* 21 pro|ut (ut *in marg. add. al. m.) S* facite] & uoſ facite P^2v

benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quae uobis est gratia? siquidem et peccatores hoc faciunt. et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quae gratia est uobis? nam et peccatores peccatoribus faenerant, ut recipiant aequalia. uerum tamen diligite inimicos uestros: benefacite et mutuum date nihil desperantes: et erit merces uestra multa, et eritis filii altissimi: quia ipse benignus est super ingratos et malos. estote ergo misericordes, sicut et pater uester misericors est. nolite iudicare, et non iudicabimini. nolite condemnare, et non condemnabimini. dimittite, et dimittemini. date, et dabitur uobis. mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum uestrum. eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur uobis. dicebat autem illis et similitudinem: numquid potest caecus caecum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit sicut magister eius. quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non consideras? et quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non uidens? hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. non est enim arbor bona quae facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum. unaquaeque arbor de fructu suo cognoscitur. neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuas. bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, et malus homo de

3 recipere] accıpere S^1 4 faeneranτ^{ur} (ur *add. al. m.)* *P*, feneranτur *Sa* 6 nıhıl ınde ſperanτeſ P^2*Rav*, ne hıſ | deſperanτeſ *S* mercıſ *P* 9 et] uτ P^1 ıudıcamını P^1 conτemnare P^1, condempnare *et infra* condempnab. M^1C 10 dımıττımını *MPC* 11 et *pr.*] *om.* P^1S conuerſã M^1P^1, conferſam M^3P^2S coagıτaτū M^1P^1 13 menſuram P^1 remıτı&' M^1, remeτıeτur (eτıe *in ras.)* *P* 15 cadenτ S^2 16 erıτ ſı ē *C*, erıτ ſı ſcıτ *R*, erıτ ſı ſıτ *Sav* 17 fıſτucam MP^1S 18 et] aut *Pav* 19 fıſτucã MP^1CS^2 20 uıdeſ *CRa* hypocrıτe P^1 eıce (eı *in ras.)* *P* ´prımum ´eıce *S* 21 pſpecıeſ M^1P^1 fıſτucā *MPCS* 23 frucτus bonos *R* 24 arbor] *om.* P^1, enım arbor P^2S^2v de] ex *R* 25 uuam P^2v 26 τheſſauro M^1

malo profert malum. ex abundantia enim cordis os loquitur. quid autem uocatis me: domine, domine, et non facitis quae dico? omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos, ostendam uobis cui similis est. similis est homini aedificanti domum, qui fodit in altum et posuit fundamenta super petram. inundatione autem facta inlisum est flumen domui illius, et non potuit eam mouere: fundata enim erat super petram. qui autem audit et non facit, similis est homini aedificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam inlisus est fluuius, et continuo cecidit, et facta est ruina domus illius magna. Et post aliquantum: Cui ergo similes dicam homines generationis huius? et cui similes sunt? pueris sedentibus in foro et loquentibus ad inuicem et dicentibus: cantauimus uobis tibiis et non saltastis, lamentauimus et non plorastis. uenit enim Iohannes baptista neque manducans panem neque bibens uinum, et dicitis: daemonium habet. uenit filius hominis manducans et bibens, et dicitis: ecce homo deuorator et bibens uinum, amicus publicanorum et peccatorum. et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Item post aliquantum: Est autem haec parabola: semen est uerbum dei. qui autem secus uiam sunt qui audiunt: deinde uenit diabolus et tollit uerbum de corde eorum, ne credentes

11 Luc. 7, 31—35 20 Luc. 8, 11—18

1 de malo] *om.* *MP*[1]*CR*, de malo thesauro *P*[2]*av* enim] *om. edd.* cordis ei' (of *s. lin. add. al. m.)* *S* 4 simile *C* est *pr.*] sit *av* *uerba:* similis est *altero loco om.* *MC* 5 fundamenta] sup fundamto *C* super] supra *Sa* 7 illius] illi *P*[1]*Sav* super] supra *S* 9 super] supra *a* fundamtũ *M*[1]*P*[1] qua *M*[1]*S* 10 filii fluuius *P* cecidit (i *alt. in ras.)* *P* 12 homines] omnes *MC*, hominis *P*[1] generationes *C* pueris] similes sunt pueris *P*[2]*v* 13 sedentes *C* 14 cantabimus *MCS*[1] tibiis (t *in ras.)* *S, om.* *R* 15 iohans *M*, iohannis *C* 16 *uerba:* et dicitis *usque ad* bibens uinum *om.* *M*[1] *(in marg. add. sub signis* hd *et* hp *m. 2)* dic&is *M*[2] *(corr. m. 3)* demonia *R* 18 deuoratur *M* *(corr. m. 3)* **publicanorum (& *eras.)* *P* 19 omnibus] hominib; *P*[1] 20 post] *om.* *C* aliquanto post *R* parabula *MP* 21 uiam] *add.* hii *P*[2], *s. lin. add.* hi *C*[2], uiam sunt híí (hi *a*) sunt *Ra* *(cf. v)* 22 diabulus *MP*

salui fiant. nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt uerbum, et hi radices non habent, qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et diuitiis et uoluptatibus uitae euntes suffocantur et non referunt fructum. quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes uerbum retinent et fructum adferunt in patientia. nemo autem lucernam accendens operit eam uaso aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. non enim est occultum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur et in palam ueniat. uidete ergo quomodo audistis. qui enim habet, dabitur illi, et quicumque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. Et post aliquantum: Conuocatis autem duodecim apostolis dedit illis uirtutem et potestatem super omnia daemonia et ut languores curarent. et misit illos praedicare regnum dei et sanare infirmos, et ait ad illos: nihil tuleritis in uia, neque uirgam neque peram neque panem neque pecuniam neque duas tunicas habeatis, et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete et inde ne exeatis. et quicumque non receperit uos, exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium super illos. Item post aliquantum: Dicebat autem ad omnes: si quis uult post me uenire, abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. nam

15 Luc. 9, 1—5 23 ib. 23—26

1 fiunt C^1 auderunt P^1 2 radices*** *P* qui] quia S^2a 3 in] *om.* P^1 quod] qui P^1 4 a] *om.* MP^1 5 soffocant̃ *M* 6 non] *om.* S^1 referunt] fer̃ *C* t̃rã bonã *C* hu *MC* 7 in] *om* P^1 obtimo M^1 8 pacientiam P^1 ascendens M^1 9 uase RS^2av supra] sup *R* 10 ut] & P^1 12 pallã M^1 audistis *P* 16 langores *C* 18 tollentis MP^1 20 hab&is MCS^1 quacumq; M^1C 21 non] *om.* M^1 reciperit *P*, receperint *Rv* 22 pedem *MC*, peduum P^1 24 semet] se P^1S (*cod. Am.*) 25 suam] *add.* cotidie P^2, cottidie *S*, quotidie *av* 26 illam] eam *R*

qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. quid enim proficit homo, si lucretur totum mundum, se autem ipsum perdat, et detrimentum sui fiat? nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Et alio loco: Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. at Iesus uidens cogitationes cordis illorum, adprehendens puerum statuit eum secus se et ait illis: quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: et quicumque me receperit, recipit eum qui me misit. nam qui minor est inter omnes uos, hic maior est. Et post aliquantum: Ait autem ad alterum: sequere me. ille autem dixit: domine, permitte mihi primum ire sepelire patrem meum. dixitque Iesus: sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem uade, adnuntia regnum dei. et ait alter: sequar te, domine, sed primum permitte mihi renuntiare his qui domi sunt. ait ad illum Iesus: nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei. Et paulo post: Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. nolite portare sacculum, neque peram, neque calciamenta, et neminem per uiam salutaueritis. in quamcumque domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui. et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax uestra, sin autem, ad uos reuertetur. in eadem autem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt: dignus enim est operarius mercede sua. nolite transire de domo in domum. et in quamcumque ciuitatem intraueritis et susceperint uos,

6 Luc. 9, 46—48 11 ib. 59—62 18 Luc. 10, 3—11

2 totum] uniuerſum *Sav* 3 fiat] faciat P^2*Rv* 4 erubeſcit M^1 (*cod. Am.*) 6 cogitationem *P* 7 illorum] eorum *R* 8 ſuſciperit MP^1C 9 *et* 10 recepit M^1 10 reciperit M^3P^1C (recepit *cod. Am.*) 13 ire] *add.* et *Rv* dixitque ei *av* 14 uade & (u *in ras.*. & *add. al. m.*) *P* 16 qui] quae M^3P^2*Cv* 17 aspiciens] reſpiciens *v* 18 ap**tuſ *P* regnū M^1C poſt paul (u *add. al. m.*) *P*, poſt paululum *a* 20 ſalutauerif P^1 21 quacūq; *MC* *uerba:* huic domui — — super illam pax *om.* S^1 22 requieſcit M^1P^1 illam] illa M^1, illum *RSav* 23 reuertitur *a* 24 eſt enim *CSv* 25 mercedem ſuā *C* 26 ſuſciperint MP^1C

manducate quaecumque adponuntur uobis, et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: adpropinquauit in uos regnum dei. in quamcumque ciuitatem intraueritis et non receperint uos, exeuntes in plateas eius dicite: etiam puluerem, qui adhaesit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos: tamen hoc scitote, quia adpropinquauit regnum dei. dico uobis: quia Sodomis in die illa remissius erit quam illi ciuitati. Et post paululum: Verum tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subiciuntur: gaudete autem, quod nomina uestra scripta sunt in caelis. Et paulo post: Ecce quidam legis peritus surrexit temptans illum et dicens: magister, quid faciendo uitam aeternam possidebo? at ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? quomodo legis? ille respondens dixit: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus uiribus tuis et ex omni mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum. Et paulo post: Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? at ille dixit: qui fecit misericordiam in illum. et ait illi Iesus: uade et tu fac similiter. Et post paululum: Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima: porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Item post paululum: Cum oratis, inquit, dicite: pater, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum:

8 Luc. 10, 20 10 ib. 25—27 13 cf. Deut. 6, 5 et Leu. 19, 18 16 Luc. 10, 36 et 37 19 ib. 41 et 42 22 Luc. 11, 2—13

2 adꝑpinquabit *M³PRSa* 3 in] & in *C* quamcumq.] quacũq; *C, add.* autē *Rv* reciperint *MP* 4 plateas eius] plateiſ eiſ *P¹* 6 adꝑpinquabit *M³P²CRSa* 7 remiſiuſ *M¹P¹* 8 paul (a *in ras.*) *P* in hoc] *om. R* 9 quod] quia *R* 10 poſt paul (u *add. al. m.*) *P* ecce (cce *in ras.*) *P* 12 *uerba:* possidebo *usque ad* scriptum est *om. P¹* 13 diligiſ *M¹P*, diligeſ (dili *in ras. m. pr.*) *S* 14 tuũ *s. lin. add. m. pr. S* 15 uiribus] uirtutib; *M¹P¹* 16 tuum] *om. S* paulo post] p' pᵘl *P* 17 fuiſſe (fui *in ras.*) *P* ille *M¹P¹* inced *M* 18 illoᵃ (*pro* o *s. lin.* ṽ *pos. m. pr.*) *MC* 19 *et* 22 paulolū *S¹* 21 ab] *om. initio lineae S* 22 post] *om. C* oratiſ***** *P* dicite *in ras. P*

panem nostrum cotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis peccata nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis: et ne nos inducas in temptationem. et ait ad illos: quis uestrum habebit amicum et ibit ad illum media nocte et dicet illi: amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me et non habeo quod ponam ante illum: et ille de intus respondens dicat: noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, et pueri mecum sunt in cubili: non possum surgere et dare tibi. dico uobis, etsi non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter inportunitatem tamen eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios. et ego uobis dico: petite, et dabitur uobis: quaerite, et inuenietis: pulsate, et aperietur uobis. omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit inuenit, et pulsanti aperietur. quis autem ex uobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouum, numquid porriget illi scorpionem? si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se? Et paulo post: Factum est autem cum haec diceret, extollens uocem quaedam mulier de turba dixit illi: beatus uenter, qui te portauit, et ubera, quae suxisti. at ille dixit: immo beati qui audiunt uerbum dei et custodiunt. Et paulo post: Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisaeus, ut pranderet apud se: et ingressus recubuit. Pharisaeus autem

20 Luc. 11, 27 et 28 24 ib. 37—46

1 cottidianũ *S*, quotidianũ *R* demitte *et* demittim' *M*[1]*P* 4 dicit *MPC* ille *P* 7 dicat] *om.* *MP*[1]*C* 8 pueri] *add.* mei *Rav* cubile *M*[1]*P*[1]*S*[1] 9 tibi] *add.* et ille si perseuerauerit pulsans *a* (*cf. v*) &si (& *s. lin. add.*) *M* 10 inportunitatẽ *M:* inprobitatem (impr.) *PCRSav* 11 ſurgit *P* qđqđ *M*, quđquot *C* *uerba:* et ego — — aperietur uobis *om.* *P*[1] 13 accepit *M*[1]*P*[2] et *alt.*] *om.* *C* 14 et] *om.* *PC* aperiatur *S*[1] 15 dabit] *om.* *S*[1] 17 porregit *M*[1]*P* (porrigit *cod. Am.*) ſcorpi**onẽ *M* uos] *om.* *P*[1]*a* 20 paulł p' *M*, poſt paulul *P*, paulł (*om.* post) *C* 22 *uerba:* at ille dixit *om.* *MPC* 23 immo] quĩ ĩmo *Rv* beati] *om.* *S* custodiunt] *add.* illud *Rav* 24 illum] eũ *R* phariſſeuſ (*sic etiam infra*) *M* 25 autem] *om. init. lin.* *S*

coepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. et ait dominus ad illum: nunc uos, Pharisaei, quod de foris est calicis et catini mundatis, quod autem intus est uestrum plenum est rapina et iniquitate. stulti, nonne qui fecit quod de foris est, etiam quod de intus est fecit? uerum tamen quod superest date elemosynam, et ecce omnia munda sunt uobis. sed uae uobis, Pharisaei, qui decimatis mentam et rutam et omne holus, et praeteritis iudicium et caritatem dei. haec autem oportuit facere, et illa non omittere. uae uobis, Pharisaei, quia diligitis primas cathedras in synagogis et salutationes in foro. uae uobis, quia estis ut monumenta quae non parent, et homines ambulantes supra nesciunt. respondens autem quidam ex legis peritis ait illi: magister, haec dicens etiam nobis contumeliam facis. at ille ait: etiam uobis legis peritis uae, quia oneratis homines oneribus, quae portari non possunt, et ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas. Et alio in loco: Adtendite a fermento Pharisaeorum, quae est hypocrisis. Et paulo post: Dico autem uobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus et post haec non habent amplius quod faciant. ostendam autem uobis quem timeatis: timete eum qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico uobis, hunc timete. nonne quinque passeres ueneunt dipondio? et unus ex illis non est in obliuione coram deo. sed et capilli capitis uestri omnes numerati sunt. nolite ergo timere: mul-

17 Luc. 12, 1 18 ib. 4—34

2 dominus] ıhs̄ *R* 3 de] *om.* M^1 est] *om. init. lin.* *S* 4 est *alt.*] *om.* M^1P^1S rapınam M^1P^1 5 qui] quıd P^1 de *ante* intus] *om.* P^1CRSa est *alt.*] *eras.* *C* 6 elymoſınā (eı *pro* y *s. lin. pos. m. 3)* *M*, elımoſınam (ı *pr. in* e *mut. m. al.)* *P*, elemoſınā *CR* elem. daτe *R* 7 sed] *om.* *CR* pharıſęıſ P^2a *(cf. v)* qui] quia *v* 8 menτham *Pav* 9 facere] *om.* *C* 10 quia] quı P^1R *(cod. Am.)* dılıg&ıſ *S* ſınagogıſ *M* 11 quia] quı P^1CR 13 perıτuſ P^1 14 at] & *PC* 16 porτare *Sav* poſſum P^1 17 in] *om.* *R* 18 quae est] quod eſτ P^2Rav *uerba:* et paulo post *om.* *MPCR* 20 quod] quıd *CRSav* 21 quem] quı P^1 23 uenıunτ MP^1C

tis passeribus pluris estis. dico autem uobis: omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et filius hominis confitebitur in illo coram angelis dei: qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis dei. et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit non remittetur. cum autem inducent uos in synagogas et ad magistratus et potestates, nolite solliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora quae oporteat dicere. ait autem quidam ei de turba: magister, dic fratri meo, ut diuidat mecum hereditatem. at ille dixit ei: homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem supra uos? dixitque ad illos: uidete et cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quae possidet. dixit autem similitudinem ad illos dicens: hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, et cogitabat intra se dicens: quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? et dixit: hoc faciam: destruam horrea mea et maiora faciam, et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona mea, et dicam animae meae: anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. dixit autem illi deus: stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quae autem parasti cuius erunt? sic est omnis qui sibi thesaurizat et non est in deum diues. dixitque ad discipulos suos: ideo dico uobis, nolite solliciti esse animae

1 plureſ MP^1S 3 in illo] ıllum P^2v 5 fılıuſ P^1 illi] eı *R* 6 blaſſemauerıτ *MPR* remittetur] *add.* eı *R* 7 ſınagogıſ *M*, ſınagogaſ *PR*, ſynagıſ *C* 8 ſollıcıτe P^1 quid] *add.* loquamını auτ quıd MP^1CR 10 *uerba:* in ipsa hora *om.* *S* oporτeaτ (τeaτ *in ras.*) *P*, oporτeτ *R* eı quıdam *R*, ∗quıdā | eı (*ras.* e) *S* 11 heredıτaτē mecū *R* 12 ei] ad eum *S* conſτıτu& S^1 13 ſup P^2Sv 14 non] *om.* M^1P^1 (*add.* M^2) eius] *om.* *R* 15 poſſedeaτ M^1, poſſed& P^1 16 ubera *C* 17 quod] quia *v* 18 c̃gregam *M*, ɔgerem *R* 19 congregabo ıllue *S* 20 anima] *add.* mea *R* 21 commede *MP* 22 ılle M^1P^1 hac] ac S^1 23 cuius erunt] erum P^1 est] erıτ P^1 24 omnis] *del.* P^2v deum] dō *S* 25 ideo] ıτa *R* ſollıcıτe M^1P^1 animae] *add.* ur̃e *R* (*cf.* *v*)

quid manducetis, neque corpori quid uestiamini. anima plus est quam esca, et corpus quam uestimentum. considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum, et deus pascit illos: quanto magis uos pluris estis illis? quis autem uestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum? si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, non neunt. dico autem uobis: nec Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. si autem faenum agri quod hodie in agro est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos pusillae fidei? et uos nolite quaerere, quid manducetis, aut quid bibatis, et nolite in sublime tolli. haec enim omnia gentes mundi quaerunt: pater autem uester scit, quoniam his indigetis. uerum tamen quaerite regnum dei, et haec omnia adicientur uobis. nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. uendite quae possidetis et date elemosynam. facite uobis sacculos, qui non ueterescunt, thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non adpropiat, neque tinea corrumpit. ubi enim thesaurus uester est, ibi et cor uestrum erit. E t p o s t p a u l u l u m: Et uos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis uenit. ait autem ei Petrus: domine, ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes? dixit autem dominus: quis putas est fidelis seruus et prudens,

21 Luc. 12, 40—48

1 corpore *M¹P¹* 2 quā ueſtımentıſ *S* 3 seminant] ſerūt *R* 4 paſc& *M¹* 5 pluref *MP¹* potu** *P¹* 7 poteſtıſ ıllıſ *P* 8 lilia] *add.* agri *a* non *alt.*] neque *M³CRSav* neunt *M¹*, neent *P¹*: nent *M³P²CRSav* 9 nec] quod nec *a* ſalamon *P* 10 foenum *S* 11 mıtt&' *M¹P¹* 12 *uerba:* quaerere q. m. a. q. b. e. nolite *om.* *P¹* 13 tolle *M¹P¹* 14 inquirunt *a* 15 hıſ quı *P¹* ındıgetıſ (dı *in ras.*) *P* 16 puſſıllus *MP* quia *et* uobis *om.* *P¹* 18 ælimoſınā (ælem. *P¹*) *M¹P²*, ælemoſınā *M³*, elemoſınā *CR* ueteraſcunt *av* 19 theſſaur. *(bis)* *M* quo (uo *in ras.*) *P* adpropıant *P¹* 20 est] *om.* *C¹Ra* 21 erit *P* paul *P*, paulolum *S¹* paulo poſt *R* 22 uenıet *Pav* 23 parabulam *MP* **an *P* et] *om.* *R* 24 seruus] dıſpenſator *P²Sav*

quem constituet dominus supra familiam suam, ut det in tempore tritici mensuram? beatus ille seruus, quem, cum uenerit dominus, inueniet ita facientem. uere dico uobis, supra omnia quae possidet constituet eum. quod si dixerit seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus uenire, et coeperit percutere pueros et ancillas, et edere, et bibere, et inebriari: ueniet dominus serui illius in die, qua non sperat, et hora, qua nescit, et diuidet eum partemque eius cum infidelibus ponet. ille autem seruus, qui cognouit uoluntatem domini sui et non praeparauit et non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit et fecit digna plagis, uapulabit paucis. omni autem cui multum datum est multum quaeretur ab eo, et cui commendauerunt multum, plus repetent ab eo. Item paulo post: Hypocritae, faciem terrae et caeli nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? quid autem et a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Et aliquanto post: Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico uobis, quaerunt intrare et non poterunt. Et alio loco: Dicebat autem ad inuitatos parabolam intendens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo, et ueniens is qui te et illum uocauit dicat tibi: da huic locum, et tunc

14 Luc. 12, 56 et 57 17 Luc. 13, 24 19 Luc. 14, 7—14

1 conſᴛıᴛuıᴛ MP^1CRav dominus] dñs ſuus *R* ſup *P* (*Am.*) det] *add.* ıllıſ M^3P^2CRav 3 dominus] *add.* ſuuſ P^2 inueniet] ınuenerıᴛ *Rav* ita] ſıc *R* uobis] *add.* quıa P^2 *(cod. Am.)*, quoniam *v* 4 conſᴛıᴛuıᴛ P^1 eum] ıllum *Sav* 5 facı& *S* 6 ınebrıare M^1 8 eius] *om.* P^1 9 seruus] ſer| *M*, ſeruı C^1 11 uapulauıᴛ $MPCS^1$ mulᴛaſ *MPC* et] eᴛ nõ *R* 12 uapulauıᴛ *MPC*, uapulabıs *R* paucıſ (ıſ *in ras.*) *P* omni] omnıa *M*, omını *C*, hoĩ *R*, omã S^1 13 querıᴛ˜ *C*, quęrereᴛur S^1 repeᴛunᴛ P^2, p&enᴛ *Sav* 15 hoc autem] hoc *** *S* 16 non] *om.* *R* 17 aliquanto] alıcõ M^1, alıo q̃ P^1 18 quaerenᴛ M^3P^2av ınᴛ*rare *P* poᴛuer̃ *C* 19 auᴛem & *PSv* ad uıᴛaᴛıſ P^1 parabulam M^1P 20 acubıᴛoſ M^1, accubıᴛoſ P^1 dılegerenᴛ M^1, dılıgerenᴛ P^1C^2, elıgerınᴛ P^2 22 oneraᴛıor M^1, honeraᴛıor *S* is] hıſ M^1, ıſ *in ras. m. pr.* *S*

incipias cum rubore nouissimum locum tenere. sed cum uocatus fueris, uade, recumbe in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. dicebat autem et ei qui se inuitauerat: cum facis prandium aut caenam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos diuites, ne forte et ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, caecos, et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in retributione iustorum. Et post paululum: Si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus discipulus esse. et qui non baiulat crucem suam et uenit post me, non potest meus esse discipulus. quis enim ex uobis uolens turrem aedificare non prius sedens conputat sumptus, qui necessarii sunt, si habet ad perficiendum, ne, posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perficere, omnes qui uident incipiant inludere ei dicentes: quia hic homo coepit aedificare et non potuit consummare? aut qui rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat, si potest cum decem milibus occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se? alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quae pacis sunt. sic ergo omnis

12 Luc. 14, 26—33

1 incipief *S* robore M^1 sed *om.* *C* 2 fuerit M^1 loco] *om.* P^1 3 te] *add.* et illŭ P^2 inuitabit P^1 4 gloriam P^1 6 autem et] *om.* *S* 7 aut] uel *a* 10 paupes uoca et debilef *R* 11 retribuere] r&ribue C^1, quod r&ribuant C^2 retributione] refurrectione P^2RSv 12 post] *om.* *C* paul *P*, palolum *S* 14 et *alt.*] *om.* P^1 15 effe difcipulus *av* baiulat *** *P*, baiolat M^3S 16 ẽe meuf difcipuluf *C*, meus difcipulus ẽe *R* 17 turrim *Sa* 18 habeat M^3CRSav 20 hic * *P* cepit *C* 21 qui rex iturus] quif exituruf MP^1, quif rex ituruf P^2CRSav, quif rex exituruf M^3 22 pri' fedens *R* 23 potest] poffit *Sav* 24 XX *S* 25 rogant *C*

ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus. Et post aliquantum: Et ego uobis dico: facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula. qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est. *et qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est.* si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, *quod uerum est quis credet uobis? et si in alieno fideles non fuistis,* quod uestrum est quis dabit uobis? nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odiet et alterum diliget, aut uni adhaerebit et alterum contemnet. non potestis deo seruire et mammonae. audiebant autem haec omnia Pharisaei, qui erant auari, et deridebant illum. et ait illis: uos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus altum est abominatio est ante deum. Et post paucos uersus: Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram moechatur. Et post paululum: Inpossibile est ut non ueniant scandala: uae autem illi per quem ueniunt. utilius est illi, si lapis molaris inponatur circa collum eius, et proiciatur in mare, quam ut scandalizetur unum de pusillis istis. adtendite uobis: si peccauerit frater tuus, increpa illum, et si paenitentiam egerit, dimitte illi. et si septies in die peccauerit in te et si septies in die conuersus fuerit ad te dicens: paenitet me, dimitte illi. Et alio loco: Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti et aspernabantur ceteros para-

2 Luc. 16, 9—16 16 ib. 18 17 Luc. 17, 1—4 24 Luc. 18, 9—30

1 poſſedıτ M^1P^1 2 alıqua *R* 4 defıcerıτıſ *P* recıpıam P^1 5 maıore P^2 eſτ fıdelıs *R* est] et qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est *add. av* in] *om.* P^1 mãmone M^1P^1 7 fuıſτıſ quod fuıſτıſ *P* fuistis] quod uerum est quis credet uobis? et si in alieno fideles non fuistis *add. v* 9 nemo ſeruus P^2*Sav* poτerıτ *P* (*sed corr. m. pr.*) 10 conτempn& *MPC*, condemn& *S* 11 autem] *om. C* 12 pharıſſeı *M* (*sic etiam infra*) ıuſτıfıcaſτıſ *C* 13 paucoſ** *P*, paucıssımos *S* 16 duc& S^1 20 ſcandalız& *RSav*, ſcandalız&** *P* 21 poenıτenτıã *M* 23 si] *om. Rav* pen&ıτ M^1, paenıτıτ P^1 24 ad] & ad *Sv* 25 parabulã *M*

bolam istam: duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisaeus et alter publicanus. Pharisaeus stans haec apud se orabat: domine, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo. et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: deus, propitius esto mihi peccatori. dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. adferebant autem ad illum et infantes, ut eos tangeret. quod cum uiderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos dixit: sinite pueros uenire ad me et nolite eos uetare. talium est enim regnum dei. amen dico uobis, quicumque non acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud. et interrogauit eum quidam princeps dicens: magister bone, quid faciens uitam aeternam possidebo? dixit autem Iesus: quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus deus. mandata nosti: non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum et matrem. qui ait: haec omnia custodiui a iuuentute mea. quo audito Iesus ait ei: adhuc unum tibi deest: omnia quaecumque habes uende et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni, sequere me. his ille auditis contristatus est, quia diues erat ualde. uidens autem illum Iesus tristem factum dixit: quam difficile qui pecunias habent in regnum dei intrabunt! facilius est enim camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum dei. et dixerunt qui audiebant: et quis potest saluus fieri? ait illis: quae inpossibilia sunt apud

18 cf. Exod. 20, 13

1 aſcendebanτ *R* 3 domine] deus *Sav* 4 ſıcuτı *P* homınum *RSv* ueluti *a* etiam] &eτıā *M* 8 dico] ıdeo dıco *S* dıſcendıτ MP^1 13 pueros] paruulos *a* 14 enim] *om.* *R* accıperıτ *MPC* 15 ıντrauıτ M^1 19 facies] *om.* P^1 21 custodiui] ſeruaui *a* 22 ei] illi *R* **** (*elut.* τıbı) unū τıbı *M*, tibi unum *a* 23 τheſſaurū M^1 25 autem] *om.* *MC* 26 dıfıcıle M^1 27 camellū M^1P^1 28 audıerūτ *R*

homines, possibilia sunt apud deum. ait autem Petrus: ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. qui dixit eis: amen dico uobis, nemo est qui relinquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum dei, et non recipiat multo plura in hoc tempore et in saeculo uenturo uitam aeternam. Et alibi: Stans autem Zachaeus dixit ad dominum: ecce dimidium bonorum meorum, domine, do pauperibus. et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. ait Iesus ad eum: quia hodie salus domui huic facta est, eo quod et ipse filius est Abrahae. uenit enim filius hominis quaerere et saluum facere quod perierat. Et post aliquantum: Reddite ergo quae Caesaris sunt Caesari, et quae dei sunt deo. Et alio loco: Audiente autem omni populo dixit discipulis suis: adtendite ab scribis, qui uolunt ambulare in stolis et amant salutationes in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conuiuiis, qui deuorant domus uiduarum simulantes longam orationem: hi accipient damnationem maiorem. Respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacio diuites: uidit autem et quandam uiduam pauperculam mittentem aera minuta duo, et dixit: uere dico uobis, quia uidua haec pauper plus quam omnes misit. nam et omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei: haec autem ex eo quod deest illi omnem uictum suum, quem habuit, misit. Item alio loco: Ponite

6 Luc. 19, 8—10 12 Luc. 20, 25 13 ib. 45—47 et Luc. 21, 1—4 24 ib. 14—19

1 autem] ei *a* 2 nos] *om.* P^1 dimiſſimuſ *MP* eis] ei *P* 3 relinquid M^1, relinqu& *S*, reliquit *Rv* aut *ante* parentes] uel *S* 4 uxoreſ P^1 8 aliquem] aliquid P^1 9 quia ſalus domui huic facta eſt (*uerba* facta est *minio obducta*) hodie facta eſt *R* 10 et] *om. C* enim] *om. S* 12 ceſſariſ *et* ceſſari M^1P^1 ſunt ceſariſ *Cav* 13 ſunt dei *av* 14 ab *M:* ad P^1, a P^2CRSav 15 ambulare uolunt *a* 16 ſinagogiſ *MP* diſcubitoſ P^2 17 domoſ M^2CRSav uiduarum] diuitiar, M^1 hii *MPC* 19 gazophilacio (—tio M^1C) MP^1CR, gazophilaciū (—tiū *S*, —phylacium *av*) P^2 *Sav* 21 duo] *om. R* 22 et] *ras. P* hii *MPC* ex habundantiſ ibi MP^1C (h *del. al. m. in M*)

ergo in cordibus uestris, non praemeditari quemadmodum respondeatis. ego enim dabo uobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii uestri. trademini autem a parentibus, et fratribus, et cognatis, et amicis, et morte adficient ex uobis, et eritis odio omnibus propter nomen meum: et capillus de capite uestro non peribit. in patientia uestra possidebitis animas uestras. Et post aliquantum: Adtendite autem uobis, ne forte grauentur corda uestra a crapula et ebrietate et curis huius uitae, et superueniat in uos repentina dies illa. tamquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terrae. uigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt et stare ante filium hominis. Item post aliquantum: Facta est autem contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. dixit autem eis: reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos benefici uocantur. uos autem non sic, sed qui maior est in uobis fiat sicut iunior, et qui praecessor est sicut ministrator. nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Et alio in loco: Orate, ne intretis in temptationem.

XXVIII.

DE EVANGELIO SECVNDVM IOHANNEM.

Quomodo potestis uos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, et gloriam quae a solo est deo non quaeritis?

8 Luc. 21, 34–36 14 Luc. 22, 24—27 21 ib. 40
25 Ioh. 5, 44

2 enim] *om. initio lineae S* 4 tradimini M^1P^1 6 capillis M^1 9 a] in P^2Sv supueniet *R* 10 enim laqueus *Ca* 13 fugere ab ista omnia *MPC* omnia ista *edd.* 18 in uobis] inter uos *a* iunior] minor *av* ministrat M^1 19 quis] qui $M^1P^1C^1$ *uerba* nonne — — ministrat *om. MPCR* 20 sum] *om. a* 21 in *ante* loco] *om.* P^1R 24 EXPLICIT SECVNDVM LVCAM *(atram. scr.)* | INCIPIT SECD̄· IOHANNEM *(minio)* | *S* euuANG̃ *M*, EUANGELIUM *P* 26 accepistis *R* a solo deo est *RSav*

Et paulo post: Dixit autem Iesus: nec ego te condemnabo. uade et amplius iam noli peccare. Et paulo post: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, et cognoscetis ueritatem, et ueritas liberabit uos. Et post paululum: Amen, amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Et alibi: Amen, amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, non uidebit mortem in aeternum. Et post aliquantum: Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodit eam. si quis mihi ministrat, me sequatur: et ubi sum ego, illic et minister meus erit. si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Et alio loco: Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. Et alibi: Vos uocatis me magister et domine, et bene dicitis, sum enim: si ergo ego laui uestros pedes dominus et magister, et uos debetis alter alterius lauare pedes. exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita et uos faciatis. Et paulo post: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut et uos diligatis inuicem. in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et paulo post: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et post paululum: Qui habet mandata mea et seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur a patre meo, et ego diligam eum et

1 Ioh. 8, 11 2 ib. 31 et 32 5 ib. 34 6 ib. 51 8 Ioh. 12, 25 et 26 12 ib. 43 14 Ioh. 13, 13—15 18 ib. 34 et 35 21 Ioh. 14, 15 22 ib. 21

1 et paulo post] *om.* *P*[1], poſt aliquantum *Sa* 2 iam] *om.* *P* 3 cognoſcitiſ *S* 4 liberauit *M*[1]*P*[1] paul *MPC*, paulolū *S* 7 mortem non uidebit *PRSv* 8 perdat *P* 11 erit et miſt' meus *R* miniſtrabit *S* 12 honorificauit *M*[1]*P*[1] *uerba* dilexerunt — — et alibi *om.* *R* 13 enim] *om.* *P*[1] 14 alibi] aliô *MC*, alio loco (al *in ras., cetera spatio uacuo inserta sunt nescio an ab al. man.)* *P* uocaſtiſ *P*[1] 15 enim] etenim *PCRSav* pedes uestros *av* et *ante* magister *om.* *M*[1] 19 et ut *R* uos *et* inuicem *om.* *R* 20 eſtis diſcipuli *R* 21 p' pał (u *supra*) *P* diligatiſ *M* 22 paul *MP*[1], paull *P*[2], paulolum *S* paul p; *C* 24 dilegitur *M*[1]*P*, diligitur *S*

manifestabo ei me ipsum. Et post III uersus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diligit eum et ad eum ueniemus et mansionem apud eum faciemus. qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et paulo post: Manete in me, et ego in uobis. sicut palmes non potest facere fructum a semet ipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. ego sum uitis, uos palmites: qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes et aruit. et colligent eos et in ignem mittunt, et ardent. si manseritis in me, et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petetis, et fiet uobis. in hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum adferatis et efficiamini mei discipuli. sicut dilexit me pater, et ego dilexi uos: manete in dilectione mea. si praecepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut et ego patris mei praecepta seruaui et maneo in dilectione eius. haec locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit et gaudium uestrum impleatur. hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Et paulo post: Haec mando uobis, ut diligatis inuicem.

Haec de quattuor euangeliis in hoc opere ponenda existimaui: ubi intellegi potest, tres euangelistas, Matthaeum scilicet et Marcum et Lucam, ideo plura nobis dedisse praecepta uiuendi, quia eam maxime secuti sunt partem, quae actiua dicitur, quia uero Iohannes contemplatiuam magis tenuit, ideo cum eius euangelium superemineat ceteris.

1 Ioh. 14, 23 et 24 5 Ioh. 15, 4—13 22 Ioh. 15, 17

1 ei] *om. C* III] IIII *R* 2 dil. *alt.*] diliget *M²Rav* 4 paull *MC* 10 arefcet *Rav* eos] eum *Rav* 11 mittent *RSav* ardet *Rav* 12 p&itif *S²* 17 in eiuf dilectione *Sav* 20 hanc *M¹P¹* 21 ut] quam ut *a* 23 euangeliftif *P²R* euuangeliuf *et* euuangeliftaf *et* euuangeliū *(et sic infra) M* 25 matheum *MPCS* 26 nobis plura dediffe *Sa,* dediffe nobis plura *R* 29 supeminet *R*

multo pauciora tamen in eo morum praecepta conperimus.

Hinc iam de illo libro, cui titulum dederunt Actus apostolorum, commemorabimus quae inuenimus omnino paucissima. eo quippe rerum gestarum continetur historia, quibus aedificatur fides, magisque ibi exempla quam praecepta conscripta sunt.

XXVIIII.

DE LIBRO ACTVVM APOSTOLORVM.

Iacobus ergo loquens: Propter quod, inquit, ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus conuertentur ad dominum, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et suffocatis et sanguine. Et paulo post: Visum est enim spiritui sancto et nobis nihil ultra inponere uobis oneris quam haec necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato et fornicatione, a quibus custodientes uos bene agetis. ualete. Et post multa, cum Paulus apostolus praepositis ecclesiae, quos congregauerat, loqueretur: Adtendite, inquit, uobis et uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam adquisiuit sanguine suo. Et paulo post idem ad eosdem: Argentum aut aurum aut uestem nullius concupiui. ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus istae. omnia ostendi uobis, quoniam

11 Act. 15, 19 et 20 15 ib. 28 et 29 21 Act. 20, 28
23 Act. 20, 33—35

1 cōperimuſ. | EXPLICIT SCDM̄ IOHANNEM· | hinc *S* 4 cōmemorauimuſ *MPCRS* 10 de] INCIPIT DE *S* 12 conuertuntur *Sav* 16 quam] *om.* *P*[1] neceſſario *S* 17 *uerba* ab immolatis *usque ad* suffocato *om.* *P*[1] et *ante* suffocato *om.* *CSa* 18 agitiſ *S* 20 congregauerat] cōſecrauerat *R* 23 paułł *M*, pauł *C* idem] itē *C* ad] de *C* argentum] *add.* aū (*i. e.* autem) *P*[2] 24 aut *ante* aurum] & *Cav* concupi *C*

sic laborantes oportet suscipere infirmos ac meminisse uerbi domini Iesu, quoniam ipse dixit: beatius est magis dare quam accipere. Et alio loco, cum Iacobus et qui cum eo erant Paulo apostolo loquerentur, dixerunt ei: Vides, frater, quot milia sunt in Iudaeis qui crediderunt, et omnes aemulatores sunt legis. audierunt autem et de te, quia discessionem doceas a Moyse eorum qui per gentes sunt Iudaeorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos neque secundum consuetudinem ingredi. quid ergo est? utique oportet conuenire multitudinem: audient enim te superuenisse: hoc ergo fac quod tibi dicimus. sunt nobis uiri quattuor uotum habentes super se: his adsumptis sanctifica te cum illis et inpende in illis, ut radant capita, et scient omnes quia quae de te audierunt falsa sunt: sed ambulans et ipse custodiens legem. de his autem qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus iudicantes, ut abstineant se ab idolis immolato et sanguine et suffocato et fornicatione.

Haec de libro Actuum apostolorum nostro huic operi congruentia quae hic poneremus satis esse conperimus. ubi uidemus apostolos eis qui ex gentibus crediderunt nulla uoluisse onera ueteris legis inponere, quantum attinet ad corporalis abstinentiam uoluptatis, nisi ut obseruarent ab his tribus, id est ab eis quae idolis immolarentur et a sanguine et a fornicatione. unde nonnulli putant tria tantum crimina esse mortifera, idolatriam et homicidium et fornicationem, ubi utique et adulterium et omnis praeter uxorem concubitus intellegitur. quasi non sint mortifera

5 Act. 21, 20—25 13 cf. Num. 6, 18

2 est] *om.* *S* 4 apostolo loqu.] aplo quererent̃ *S* 5 quot] qd *MC* qui* *M* 6 et] *om.* *RSav* 9 secundum] *om.* S^1 13 sciant *R* 14 ambulas *Rav* 17 inmolato *P* fornicatione. EXPLICIT *S* 19 opere *MC* 22 corporalem *R* 23 abstinentia *MC*, abstinentiae *P'a* 24 eis] esis *S* 25 a *ante* sanguine *om.* *MCR* a *ante* fornicatione *om.* *R* 27 homicidiam *S*

crimina quaecumque alia sunt praeter haec tria quae a regno dei separant, aut inaniter et fallaciter dictum sit: Neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt.

Sed oportet nos repressa disputatione nostra ad epistulas apostolicas iam uenire et uidere etiam in ipsis quid huic operi conuenienter aptetur.

XXX.

DE EPISTVLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

Non enim erubesco euangelium. uirtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum et Graeco. iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: iustus autem ex fide mea uiuet. reuelatur enim ira dei de caelo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem in iniustitiam detinent: quia quod notum est dei manifestum est in illis: deus enim in illis manifestauit. inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus et diuinitas, ut sint inexcusabiles, quia, cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. propter quod tradidit illos deus in

3 I Cor. 6, 10 10 Rom. 1, 16—32 et Rom. 2, 1—10 13 cf. Abbac. 2, 4

4 malefici *a* 5 repreſa *P*[1], oppreſſa *R* 9 de] INCIPIT DE *S* beatı paulı *R* Pauli apostoli] *om. S* apostoli] *om. C* 12 enim] *om. P*[1] fidem] fide *MC* 13 mea] *om. P*[2]*CSav* uıuıт *C*[1]*RSav* 15 ınıuſтıтıa* (*uirgula ras.*) *S*, ınıuſтıтıa *Rav* 16 enım ıllıs *Rav*, enım | ıllıſ *S* manifestauit] reuelauıт *R* 17 ipsius] ıllı' *R* 19 ınexcuſſabılıſ (-eſ *P*[2]) *MP*[1] 22 stulti] & ſтulтı *MC* 24 imaginis] *om. R* quadrupeduum *P*[1]

desideria cordis eorum in inmunditia, ut contumeliis adficiant corpora sua in semet ipsis, qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium, et coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. amen. propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae. nam feminae eorum inmutauerunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam. similiter autem et masculi relicto naturali usu feminae exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semet ipsis recipientes. et sicut non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conuenit: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non oboedientes, insipientes, inconpositos, sine affectione, absque foedere, sine misericordia: qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed et qui consentiunt facientibus. Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas. in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis qui iudicas. scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. existimas autem hoc, o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium dei? an diuitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas dei ad paenitentiam te adducit? secundum duritiam autem tuam et inpaenitens cor thesaurizas tibi iram in diem irae et reuelationis iusti

20 Rom. 2, 1—10

1 ınmundıтıam (imm-, -cıam) *RSav* 8 in *ante* inuicem] *om. MP C* 11 noтıтıa *P²av* illos] eoſ *Sa* 12 faciant] *add.* ea *P²v* conuenıunт *P²Rav* 18 cognouıſſenт ıuſтıтıā dı̄ *S* 19 ea] *om. S* 20 et] &ıam *P²v* ınexcuſſabıleſ *M* 22 qui] quae *P²RSv* 24 o] *om. MC* 25 quia] quod *edd.* 27 contemnis? ignoras *av* 29 тeſſaurızaſ (h *supra*) *M*, тheſſaurızaſ *C* diem] dıe *P²RSav* reuelaтıoneſ *MP¹*

iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius: his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus uitam aeternam: his autem qui ex contentione et qui non adquiescunt ueritati credunt autem iniquitati ira et indignatio. tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci. gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco. Et post paululum: Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Item paulo post: Qui ergo alium doces, te ipsum non doces? qui praedicas non furandum, furaris? qui dicis non moechandum, moecharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per praeuaricationem legis deum inhonoras? nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. Et aliquanto post: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum: per quem et accessum habemus fide in gratia ista, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriae filiorum dei. non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem: spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et alio loco: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut oboediatis concupiscentiis eius, sed neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tamquam ex mortuis uiuentes et membra uestra arma iustitiae deo. Et

8 Rom. 2, 13 10 ib. 21—24 14 cf. Es. 52, 5 et Ezech. 36, 20 15 Rom. 5, 1—5 23 Rom. 6, 12 et 13

4 adquiefcunт (ad *in ras.)* *P* 5 et *ante* indign.] *om.* *C* 6 ıudæ *MC*[1] 8 paulolum *S* 10 qui] quıd *S* 13 *uerba* facis — — gloriaris *om.* *P*[1] per] pofт *P*[1] 14 per] pro *P*[1] 15 ıuſтıficaтe *MC*[1] 17 habeamuſ *P*[1]*C*[1] 18 ** | fıde (fide *in ras.)* *S*, per fıdem *P*[2]*v* ın graтıam ıſтam *P*[2]*v* 20 quia] quod *P*[2]*v* 22 nostris] ūrıſ *M*, *corr. ex* ūrıſ *m. pr.* *P*, ūrıs (u *ras. ex* n) *R* 23 uobıs (u *ras. ex* n) *R* 25 uestra] *om.* *P*[1]*C*[1] 26 iniquitatis] *correctura suprascripta erat, sed erasa est in P*

post paululum: Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmunditiae et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. Et alio in loco: Ergo, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificatis, uiuetis. quicumque enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. Et post paucos uersus: Heredes quidem dei, coheredes autem Christi: si tamen conpatiamur. ut et conglorificemur. Et paulo post: Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Et post paucos uersus: Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et paulo post: Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die. aestimati sumus ut oues occisionis. sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudines, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. Et alio in loco: Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. dicit enim scriptura: omnis qui credit in illum non confundetur. non enim est distinctio

1 Rom. 6, 19 5 Rom. 8, 12—14 9 ib. 17 11 ib. 25 12 ib. 28 14 ib. 35—39 16 cf. Ps. 43, 22 23 Rom. 10, 10—13 24 cf. Es. 28, 16

1 paulolum *S* 4 ſcīficatione *Ca* alio loco *Sa* 7 mortificaueritiſ *P²RSv* 8 hn *MC* paucis ũ *MC*, pauc̄ ũ *P*, paulolum *S*, paululum *a* 10 compatiemur *a* ut & cū glorificem̃ *C* cūglorificemur *M*, gloriemur *P¹* poſt paululum *a* 10 et 13 paulum *P* 14 quis] qui *M* 15 famiſ *MP* 18 qui] *om.* *P¹* 19 principatus] principi***** | tu* *P¹*, principatuſ | neque po | teſ | tateſ *P²*, *add.* neque uirtutes *v* 20 fortitudo *M³P²C²Rav* 21 alia] aliqua *R* 23 alio in] in alio *S*, alio *a* 24 ad] in *P²* *(cod. Amiat.)* 25 est] *om.* *P¹*

Iudaei et Graeci. nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. Et alio loco: Tu autem fide sta: noli altum sapere, sed time. si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. uide ergo bonitatem et seueritatem dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate. Et paulo post: Obsecro itaque uos, fratres, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. et nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri: ut probetis quae sit uoluntas dei bona et placens et perfecta. dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes autem donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundum rationem fidei: siue ministerium, in ministrando: siue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui praeest, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate. dilectio sine simulatione. odientes malum, adhaerentes bono: caritatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem praeuenientes: sollicitudine non pigri: spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. benedicite persequentibus, benedicite et nolite male-

2 cf. Iohel 2, 32 (3, 5) 3 Rom. 11, 20—22 8 Rom. 12, 1—21 et Rom. 13, 1—14 et Rom. 14, 1—23 et Rom. 15, 1—7

9 uiuam] ᵘⁱuā *M*, uiuentem *PRSav* 10 rationabilem *M* et] *om.* *P*[1] 11 reformamini] renouamini *R* 12 placens] beneplacenſ *P*[2]*CSv* 15 & unicuique *P*[2]*v* 18 ſumuſ.· corpuſ *S* 20 pph&ia *MC* 23 dilectionem *MP*[1], dilectione *C* 24 bonū *MC* 25 honorem *MP*[1]*C* 26 ſollicitudinem *MC* 27 orationi instantes *om.* *MP*[1]*CR* 29 persequentibus] uoſ *add.* *P*[2]*CRav*

dicere. gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. id ipsum inuicem sentientes. non alta sapientes. sed humilibus consentientes. nolite esse prudentes apud uosmet ipsos. nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. non uosmet ipsos defendentes, carissimi, sed date locum irae. scriptum est enim: mihi uindictam et ego retribuam, dicit dominus. sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. non est enim potestas nisi a deo. quae autem sunt, a deo ordinatae sunt. itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt. nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. uis autem non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa. dei enim minister est tibi in bonum. si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. dei enim minister est, uindex in ira ei qui malum agit. ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed et propter conscientiam. ideo enim et tributa praestatis. ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. qui enim diligit proximum, legem impleuit. nam: non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces.

8 cf. Deut. 32, 35 et Prou. 25, 21 et 22 12 Rom. 13, 1—14
27 cf. Exod. 20, 13—17 et Deut. 5, 17—21

2 ſapıentıb; *MC* 8 enim] *om. MC* uındıcte *P*[1] et] *om. PR* 11 congeres] congreganſ *P*[1] 14 ordınata *Ca*, ordınate *MS* sunt] fıunt *S* poteſtate *MC* ordınatıone *MC*, ordınatıone, *P* 19 malum feceris] malefeceris *a* 20 ıra* *P*, ıram *Rv* male *Sa* 21 egıt *S* ideoque *a* subditi] ſubıectı *Sa* 22 et] *om. P* 23 reddite] ergo *add. P*[1]*v* 25 nemıne *M* 27 ımplebıt *P*[1]*S* 28 non concupıſceſ rem proxımı tuı *S (cf. Ex. 20, 17)*

et si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. dilectio proximi malum non operatur. plenitudo ergo legis dilectio. et hoc scientes tempus, quia hora est nos iam de somno surgere. nunc enim proprior est nostra salus, quam cum credidimus. nox praecessit, dies autem adpropinquauit. abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et inpudicitiis, non in contentione et aemulatione: sed induimini dominum Iesum Christum. et carnis curam ne feceritis in desideriis. Infirmum autem in fidem adsumite, non in disceptationibus cogitationum. alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus est, holera manducet. is qui manducat non manducantem non spernat: et qui non manducat manducantem non iudicet: deus enim illum adsumpsit. tu quis es qui iudices alienum seruum? suo domino stat aut cadit: stabit autem, potens est enim deus statuere illum. nam alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. unusquisque in suo sensu abundet. qui sapit diem, domino sapit: et qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo. et qui non manducat, domino non manducat, et gratias agit deo. nemo enim nostrum sibi uiuit et nemo sibi moritur. siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. in hoc enim et Christus mortuus est et resurrexit, ut mortuorum et uiuorum dominetur. tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem

2 cf. Leu. 19, 18 11 Rom. 14, 1—23

2 dılıgıſ *MP*[1] 3 legis] *add.* eſτ *P*[2]*RSav* 4 ıam noſ *CR Sav* 5 proprıor *C*, ꝑp*ıor (r *eras.*) *M*, ꝑpı///or (ı *per rasuram ex* rı) *P*: propıor *RSav* 6 adꝑpınquabıτ *P*[2]*CRv* 8 commeſſaτıonıb; (cōmeſ- *P*, -cı- *MR*) *MPCR* in *ante* cubil. *om. M* 9 in *ante* content. *om. MC* 10 ınduemını *M*, ınduıτe *P*[2] dn̄o ıhū xpō *M P*[1]*CR* 11 ın fide *RSv* 12 enim] auτē *R* 13 is qui] ſı quı *MC*, sı quıs *R* 14 non *pr. et tert. om. S* 16 ıudıcaſ *P*[2] 17 potens est] potest *a* 19 habūdaτ *R* 23 enī uıuemuſ *MP*[1]*C* 25 & xp̄ſ *MP*: xp̄ſ *CSv*, Chriſtus et *Ra* (*Am.*) 26 ut] uτ eτ *RSav*

tuum? omnes enim stabimus ante tribunal dei. scriptum est enim: uiuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectet omne genu, et omnis lingua confitebitur deo. itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. non ergo amplius inuicem iudicemus. sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. scio et confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas. noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. non ergo blasphemetur bonum nostrum. non est regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, et probatus est hominibus. itaque quae pacis sunt, sectemur, et quae aedificationis sunt in inuicem. noli propter escam destruere opus dei. omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. bonum est non manducare carnem et non bibere uinum neque in quo frater tuus offendit aut scandalizatur aut infirmatur. tu fidem, quam habes penes temet ipsum, habe coram deo. beatus qui non iudicat semet ipsum in eo quo probat. qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. omne autem quod non est ex fide peccatum est. Debemus autem nos firmiores inbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere. unusquisque nostrum proximo placeat in bonum ad aedificationem. etenim Christus non sibi placuit, sed, sicut scriptum est: inproperia nproperantium tibi ceciderunt super me. quaecumque autem

2 cf. Es. 45, 23 et 49, 18 23 Rom. 15, 1—7 26 cf. Psal. 68, 10

2 flect&ur *RSav* 3 deo] dño *CS* 4 reddat *S* deo] *om.* *R* 5 magiſ iudicate *Sa* 6 fratribuſ *Sa* 11 blaſphematur *P^1* non enim eſt *R*, non eſt enim *P^2v* eſcam *P^1* 15 in] *om. MC* inuicem] *add.* cuſtodiamuſ *P^2av* diſtruere *MP* 18 offendat *S*, offenditur *Rav* 19 quam] *om.* *P^2RSv* 21 quo] quod *P^2RSav* 22 fide] *add.* eſt *R* 24 nobis ipis *R* 25 proximo] *add.* ſuo *P^2Sav*

scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. deus autem patientiae et solatii det uobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut unianimes uno ore honorificetis deum et patrem domini nostri Iesu Christi. propterea suscipite inuicem, sicut et Christus suscepit uos in honorem dei. Et aliquanto post: Probauerunt enim Machedonia et Achaia conlationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. placuit enim eis, et debitores sunt eorum: nam si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare eis. Et post paucissimos uersus: Obsecro igitur uos, fratres, per dominum nostrum Iesum Christum, et per caritatem spiritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad deum. Et paulo post: Rogo autem uos, fratres, ut obseruetis eos qui discessiones et offendicula praeter doctrinam, quam uos didicistis, faciunt: et declinate ab eis. huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri, et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. uestra enim oboedientia in omnem locum diuulgata est. gaudeo igitur in uobis: sed uolo uos sapientes esse in bono et simplices in malo.

XXXI.

DE EPISTVLA AD CORINTHIOS PRIMA.

Obsecro autem uos, fratres, per nomen domini Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in uobis scismata.

7 Rom. 15, 26 et 27 12 ib. 30 15 Rom. 16, 17—19
25 I Cor. 1, 10—13

4 unanimeſ *RSar* 6 propterea] propter quod *Sav* ſuſcipit *P* 7 honore *MC* *uerba* et aliquanto post *om. MPCR, in marg. add.* & p' aliq *P*[1] 8 macedonia *RSav* 12 paucıſ *MC*, paucos *Ra* 14 spiritus] ſcī *add. P*[2], sancti spiritus *v* pro me *om. R* 16 deſceſſioneſ *C*, diſſenſioneſ *RSav* uos] *om. S* 20 deuulgata *MPC* 24 INCIP̄ DE EP̄S· AD CORINT̄· *S*, de eplā ſcī pauli aplī ad corīthios p̊ *R* chORINTeos *M*, chORINTheus *P*, chORINTIOſ *C* prima ad Corinthios *a* 25 domini] *add.* nr̄i *P*[2]*v* id] *om. MC* ſciſmatha *MC*

sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. significatum est enim mihi de uobis, fratres mei, ab his qui sunt Cloes quia contentiones inter uos sunt. hoc autem dico, quod unusquisque uestrum dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephae, ego autem Christi. diuisus est Christus? numquid Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Et post paululum: Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est sapientia nobis a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur. Et alio loco: Cum enim sit in uobis zelus et contentio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? cum enim quis dicit: ego quidem sum Pauli, alius autem: ego Apollo, nonne homines estis? Et post paululum: Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis? si quis autem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. templum enim dei sanctum est, quod estis uos. nemo se seducat: si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens. sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Et post paucos uersus: Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad usque ueniat dominus, qui et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a deo. haec autem, fratres, transfiguraui in me et Apollo propter uos, ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est unus aduersus alterum infletur pro alio. quis enim te discernit? quid autem habes

7 I Cor. 1, 30 et 31 10 cf. Hier. 23, 5 et Hier. 9, 23 et 24 11 I Cor. 3, 3 et 4 14 ib. 16—19 20 I Cor. 4, 5—7

1 sententia] al. ſcientia *a in margine* 2 enim] autem *P* 3 cloeſ (cl *in ras.*) *P* quia] quod *P*[2] 4 uestrum *om.* *S*[1] dicat *C* ego quidem sum] eodem qui*** *P*[1] quidem] ſiquidem *R* 10 domino] ðo *M* 11 in uobis] inter uoſ *Sav* 12 et] sed *S* 13 dicat *v* sum] *om.* *MC* ſum quidem *S* ego *alt.*] *om.* *S* 14 eſtiſ & p' paulum (lu *superscr.*) neſcitiſ *(corr. al. m.)* *S* 15 habit& *MPC* 17 enim dei *in ras.* *P*[2] dei] *om.* *MC* uos *om.* *P*[1] 20 pauciſſimoſ *S*[1] 21 et] *om.* *a* 22 inluminauit *MC* manifeſtauit *MP*[1]*CS*[1] 24 nobis] uob *S*[1] 26 quod *P*[1]

quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Et post paululum: Vsque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis caedimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris. maledicimur et benedicimus, persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus. tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc. non ut confundam uos, haec scribo, sed ut filios meos carissimos moneo. Item post paululum: Omnino auditur inter uos fornicatio. et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat. et uos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit? ego quidem, absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicaui ut praesens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis et meo spiritu cum uirtute domini Iesu tradere huiusmodi in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in diem domini Iesu. non bona gloriatio uestra. nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio, sicut estis azymi. etenim pascha nostrum immolatus est Christus. itaque epulemur non in fermento ueteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et ueritatis. scripsi uobis in epistula, ne commisceamini fornicariis: non utique fornicariis huius mundi aut auaris aut rapacibus aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. nunc autem scripsi uobis non commisceri, si is qui frater nominatur est fornicator aut auarus aut idolis seruiens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. quid enim mihi de his qui foris

2 I Cor. 4, 11—14 9 I Cor. 5, 1—13 et I Cor. 6, 1—10

2 *et infra* paulolum *S* 7 peripſima *MPCRS* 9 int'uos audıtur *R* 10 ita *om. R* 13 facıt *MC* abſſenſ *M* 16 huiusmodi] *add.* ſatane P^2 *(cf. v)* in *om.* MC^1 17 dıe *Sav* domini Iesu] dn̄ı nr̄ı ıhū xp̄ı *Sa (cf. v)* non] *add.* eſt *av* 20 conſperſio *R Sav* azımı *et infra* azımıſ *MPCRS* 26 commisceri] commıſceamını P^2 27 si is qui] quı P^1, ſı quıſ P^2 *(cf. Sab.)* nominatuſ *S*

sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? nam eos qui foris sunt deus iudicabit. auferte malum ex uobis ipsis. Audet aliquis uestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos, et non apud sanctos? an nescitis quoniam sancti de mundo iudicabunt? et si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis saecularia? saecularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. ad uerecundiam uestram dico. sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles? iam quidem omnino delictum est in uobis. quod iudicia habetis inter uos. quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed uos iniuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus. an nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? nolite errare: neque fornicarii, neque idolis seruientes. neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures. neque auari. neque ebriosi, neque maledici. neque rapaces regnum dei possidebunt. Et post paululum: Nescitis quoniam corpora uestra membra Christi sunt? tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? absit. an nescitis quoniam qui adhaeret meretrici unum corpus efficitur? erunt, inquit, duo in carne una. qui autem adhaeret domino, unus spiritus est. fugite fornicationem. omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. an nescitis quoniam membra uestra templum est spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis a deo, et non estis uestri? empti enim estis pretio magno: glorificate

3 I Cor. 6, 1—10 20 I Cor 6, 15—20 et I Cor. 7, 1—40 et I Cor. 8, 1—4 23 cf. Gen. 2, 24

3 uestrum] nrm̄ S^1 5 de hoc mundo *RSav* 6 hic mundus *R* iudicatiſ *MC* 10 ueram P^1 12 iudiciū *MC* contendit iudicio *S* infideliſ *M* 23 erunt] *add.* enim *av* 26 fecerit] peccauerit *MPC* 27 templum ſunt *av* 28 sancti] ei' *C* *uerba* qui in uobis — — empti *om.* P^1

et portate dominum in corpore uestro. De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationes autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum uirum habeat. uxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro. mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir. similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi: et iterum reuertimini in id ipsum, ne temptet uos satanas propter incontinentiam uestram. hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum: sed unusquisque proprium habet donum ex deo, alius quidem sic, alius uero sic. dico autem non nuptis et uiduis, bonum est illis si sic maneant, sicut et ego. quod si se non continent, nubant. melius est enim nubere quam uri. his autem qui matrimonio iuncti sunt praecipio, non ego, sed dominus, uxorem a uiro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. et uir uxorem non dimittat. nam ceteris ego dico, non dominus: si quis frater uxorem habet infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam: et si qua mulier habet uirum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum. sanctificatus est enim uir infidelis in muliere fideli, et sanctificata est mulier infidelis in uiro fideli. alioquin filii uestri inmundi essent, nunc autem sancti sunt. quod si infidelis discedit, discedat. non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi. in pace autem uocauit nos deus. unde enim scis, mulier, si uirum saluum facies? aut unde

1 I Cor. 7, 1—40

1 dominum] deum *RSv* 2 homine S^1 mulieri *M* ʻnon tangere ʻmulierē *S* 3 fornicationem *Sav* unuſquique *M* ſuā u*xore *M* 4 unaquiſque (ſ *add. al. m.*) *M* 5 poteſtate M^1 6 habe*t *M* *uerba* sed uir — — non habet *om.* M^1P^1 9 reuertamini *Sa* 14 est *om.* P^1 manent *S*, permaneant P^2v 15 non ſe *RSav* nubent *S* 18 reconciliare *S* 19 non *pr.*] *om.* *S* 23 uiro M^1 24 in uirum (um *ex* o *corr.* *M*) fidelem *M PC*, p uirum fidelem *Sav* 26 ſeruitute *S*

scis, uir, si mulierem saluam facies? nisi unicuique sicut diuisit dominus, unumquemque sicut uocauit deus, ita ambulet: sicut in omnibus ecclesiis doceo. circumcisus aliquis uocatus est? non adducat praeputium. in praeputio aliquis uocatus est? non circumcidatur. circumcisio nihil est. et praeputium nihil est. sed obseruatio mandatorum dei. unusquisque in qua uocatione uocatus est. in ea permaneat. seruus uocatus es? non sit tibi curae: sed et si potes liber fieri, magis utere. qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini: similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. unusquisque in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud deum. de uirginibus autem praeceptum domini non habeo: consilium autem do. tamquam misericordiam consecutus a domino, ut sim fidelis. existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. alligatus es uxori? noli quaerere solutionem. solutus es ab uxore? noli quaerere uxorem. si autem acceperis uxorem, non peccasti: et si nupserit uirgo, non peccauit. tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. ego autem uobis parco. hoc itaque dico, fratres: tempus breue est: reliquum est, ut et qui habent uxores tamquam non habentes sint. et qui flent tamquam non flentes, et qui gaudent tamquam non gaudentes. et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur: praeterit enim figura huius mundi. uolo autem uos sine sollicitudine esse. qui sine uxore est, sollicitus est quae domini sunt, quomodo placeat deo. qui autem cum uxore est. sollicitus est quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, et diuisus est. et mulier innupta et uirgo cogitat quae domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu. quae autem nupta est,

2 diuisit dominus] dſ̄ dıuıſıᴛ *S* dominus] *add.* eᴛ *R* ambulet et *v* 3 ecclesiis] & ęccleſıſ *S* aliquis] *om.* *P*¹ 7 uocaᴛıone (uoca *in ras.*) uocaᴛum *P*¹ 8 tibi] ſıbı *PS* cura *MC* 9 *et* 10 ſeruoſ *M* 12 uocaᴛum *P*¹ 13 conſılıo *MP*¹*C* 17 quererı *S*¹ 18 accıperıſ *MCS*¹ u∗xorē *M* 24 hunc mundum *S*¹ utantur] uᴛunᵴ *R* 26 qui] quıa *M*, quıa quı *R* 30 corporı *S*¹

cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. porro hoc ad utilitatem uestram dico: non ut laqueum uobis iniciam, sed ad id quod honestum est et quod facultatem praebeat sine inpedimento dominum obseruandi. si quis autem turpem se uideri existimat super uirginem suam, quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod uult faciat: non peccat: nubat. nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habet suae uoluntatis, et hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. igitur et qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, et qui non iungit, melius facit. mulier alligata est quanto tempore uir eius uiuit: quod si dormierit uir eius, liberata est: cui uult, nubat, tantum in domino. beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium. puto autem quod et ego spiritum dei habeam. De his autem quae idolis sacrificantur scimus quia omnes scientiam habemus. scientia inflat: caritas uero aedificat. si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo. de escis autem quae idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo. Et post paululum: Sed non in omnibus est scientia. quidam autem conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: et conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. esca autem nos non commendat deo. neque si non manducauerimus, deficiemus, neque si manducauerimus, abundabimus. uidete autem, ne forte haec licentia uestra offendiculum fiat

15 I Cor. 8, 1—4   19 I Cor. 8, 7—13

1 uiro ſuo *R* 4 obseruandi] obſecrandi *Sav* 5 uidere *S* uirgine ſua *Sv* 6 nubat] ſi nubat *PRSav* 10 *uerba* bene facit *om. S* 11 est] *add.* legi *av* 12 dormuerit *P*¹ 15 habeo *S* 16 omnem *P*¹ 17 quis se] quiſ ſe *M*, quiſque *P*¹ si quis autē *Rv* ſe ſcire aliquid exiſtimat *R* 20 in mundo] in mundum *MP*¹*C*, immundo *S*¹ 21 eſt in om̄ib; *R* 22 idolo *MP*¹*C* idolotitū *MPC*, ydolatitū *R*, 'dolothitum *S* manducat *P* 24 neque] *add.* enim *av* 25 *uerba* deficiemus *usque ad* abundabimus *om. M*¹ abundauimuſ *P*¹, habundauim' *S* 26 hac *MC*

infirmis. si enim quis uiderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma, aedificabitur ad manducandum idolothyta? et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. sic autem peccantes in fratres et percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccatis. quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. Et post pauca: Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut et ceteri apostoli et fratres domini et Cephas? aut solus ego et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? quis militat suis stipendiis umquam? quis plantat uineam, et de fructu eius non edit? quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? numquid secundum hominem haec dico? an et lex haec non dicit? scriptum est enim in lege Moysi: non alligabis os boui trituranti. numquid de bubus cura est deo? an propter nos utique dicit? nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe arare qui arat et qui triturat in spe fructus percipiendi. si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? si alii potestatis uestrae participes sunt, non potius nos? sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus ne quod offendiculum demus euangelio Christi. nescitis quoniam qui in sacrario operantur quae de sacrario sunt edunt, qui altario deseruiunt cum altario participantur? ita et dominus ordinauit his qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere. ego autem

9 I Cor. 9, 4—27 et I Cor. 10, 1 17 cf. Deut. 25, 4

1 infirmib; *MP¹C*, infirmuſ *S¹* 2 recūbentem in idolio *S¹* idolo *C¹a* (al. idolio *a in marg.*) 3 aedificatur *MP¹C* idolothita *MPCS*, ydolotitha (it *in ras.*) *R*, idolathita *a* 4 conſcientia *P²* 5 peccatores *R* 8 *uerba* ne f. m. scandalizem *om. P¹* pau*ca *M*, paululum *in ras. P* 11 chephaſ *P* 14 edet *P²*, edat *S* 16 haec] hoc *(bis) R* 17 moiſi *M* 18 bobus *Rav* hoc utique *a*, utique hoc *v* 19 scripta] utique scripta *a* qui arat arare *P²Sav* 21 carnalia ūra *Sav* 22 sunt] *add.* quare *Rv* 24 euangelium *P²* 25 edunt] *add.* et *av* 26 et] *om. S* ordinauit] *om. S* 27 euangelio *S*

nullo horum usus sum. non scripsi autem haec, ut ita fiant in me. bonum est enim mihi magis mori quam ut gloriam meam quis euacuet. nam si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: uae enim mihi est, si non euangelizauero. si enim uolens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. quae est ergo merces mea? ut euangelium praedicans sine sumptu ponam euangelium Christi, ut non abutar potestate mea in euangelio. nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucri facerem. et factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrarer: his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem — cum ipse non essem sub lege, sed sub gratia —, ut eos qui sub lege erant lucri facerem: his qui sine lege erant, tamquam sine lege essem — cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi —, ut lucri facerem eos qui sine lege erant. factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucri facerem. omnibus omnia factus sum, ut omnes lucri facerem. omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar. nescitis quoniam hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? sic currite, ut conprehendatis. omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem uerberans, sed castigo corpus meum et in seruitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim uos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt. Et post paucissimos uersus:

2 ut] u***** *M*¹   3 nam] *add.* et *a*   8 non] *om.* *P*¹   9 essem] ſim *Sa*   omnibus] hominib; *P*¹   10 lucrificarem *a*   *uerba* et factus sum — — lucrarer *om.* *C*¹   11 lucrarer iudeoſ *S*   12 *uerba* sed sub gratia *om.* *P*²*Rv* *(cf. Rom. 6, 14 et 15)*   13 lucrifacere *M*, lucrifacerer *C*¹   15 lucrificarem *a*   16 sum] *om.* *Sa*   infirmis] *add.* ut *edd.*   18 lucri facerem] facerem ſaluoſ *P*²*v*   19 quoniam] quod *P*²*Sav*   21 autem] enim *RS*   24 incerto *S*   25 ſeruitute *MC*   28 paucos *Ra*

Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo: nam prostrati sunt in deserto. haec autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. neque idolatrae efficiamini sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt et ceciderunt una die XXIII milia. neque temptemus Christum, sicut quidam eorum temptauerunt et a serpentibus perierunt. neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt et perierunt ab exterminatore. haec autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum deuenerunt. itaque qui se existimat stare uideat, ne cadat. temptatio uos non adprehendat nisi humana. fidelis autem deus est, qui non patitur uos temptari super id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. propter quod, carissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Et paulo post: Sed quae immolant gentes daemonibus immolant, et non deo. nolo autem uos socios fieri daemoniorum. non potestis calicem domini bibere et calicem daemoniorum. non potestis mensae domini participes esse et mensae daemoniorum. an aemulamur dominum? numquid fortiores illo sumus? omnia licent, sed non omnia expediunt. omnia licent, sed non omnia aedificant. nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius. omne quod in macello uenit manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. si quis autem dixerit: hoc

1 I Cor. 10, 5—14 5 cf. Exod. 32, 6 18 I Cor. 10, 20—33 et I Cor. 11, 1 26 cf. Ps. 23, 1 et Eccli. 17, 31

1 pluref *S* 4 ıdolaтref *MPC*, ıdolaтr∗ę *S*[1] 6 ..ſurrexıт *P*[1], reſurrexerunт *R* 7 una] ab una *R* 8 sicut] ſic *MP*[1] 11 omnia] *om.* *P*[1] autem] *om.* *P* 14 autem] itaque *a* 15 paтıeтur *PRr* ſupra *av* facıaт *P*[1] 16 prouenтu *MC* poſſeтıſ *MP*[1]*C* 17 km̃ı *MPCRS* mıhı *s. l.* *M* paulo post] p' paułł *P* 18 demonıb; (dęm. *P*) *MPCR*: daemonıſ *Sar* 23 *ante* lic. *bis add.* mihi *av* 26 conscientiam] *add.* domini est terra et plenitudo eius. si quis uocat uos infidelium et uultis ire, omne quod uobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam *P*[2]*r*, *add.* et paulo poſt *a*

immolaticium est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit et propter conscientiam. conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. sine offensione estote Iudaeis et gentibus et ecclesiae dei: sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Et post paululum: Omnis uir orans aut prophetans uelato capite deturpat caput suum. omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite deturpat caput suum. Et post aliquantum: Hoc autem praecipio non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. primum quidem conuenientibus uobis in ecclesia audio scissuras esse, et ex parte credo. nam oportet haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. conuenientibus ergo uobis in unum iam non est dominicam caenam manducare. unusquisque enim suam caenam praesumit ad manducandum, et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut ecclesiam dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? quid dicam uobis? laudo uos? in hoc non laudo. Et post paucos uersus: Itaque quicumque manducauerit panem, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini. probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat. qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans

10 I Cor. 11, 4 et 5 13 ib. 17—22 24 ib. 27—34

1 immolaciū *M*, immolantiū *S*[1], immolatum *S*[2]*av* 3 aliena *av* 7 ecclesia *MC*[1] per] post *P*[1] 10 paulo post *S* *uerba* omnis autem mulier — — caput suum *om. R* 11 autem *om. P*[1] 12 non uelato] inuelato *S* 15 in unū in ęccla *S* ecclesiam *Rav* 16 esse] inter uos esse *Ra*, esse inter uos *v* nam oportet] oportet enī *R*, nam oportet et *Sav* 17 et] *om. R* 18 dominica *MC* 22 confunderis *MC* 24 paucos] aliquos *a* 25 erit] *om. MC* 27 de calicem *MC*

corpus. ideo inter uos multi infirmi et inbecilles, et dormiunt multi. quod si nosmet ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. dum iudicamur autem, a domino corripimur. ut non cum hoc mundo damnemur. itaque, fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. cetera autem, cum uenero, disponam. Et alio loco: Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem, ut non sit scisma in corpore. sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint membra. et si quid patitur unum membrum, conpatiuntur omnia membra: siue glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. uos autem estis corpus Christi et membra de membro. et quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores: deinde uirtutes, exin gratia curationum, opitulationes, genera linguarum. numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetae? numquid omnes doctores? numquid omnes uirtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis locuntur? numquid omnes interpretantur? aemulamini autem carismata maiora: et adhuc excellentiorem uobis uiam demonstro. Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum uelut aeramentum sonans aut cymbalum tinniens. et si habuero prophetiam et nouerim mysteria omnia et omnem scientiam et habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil

7 I Cor. 12, 24—31 et I Cor. 13, 1—8

1 corpus] *add.* dn̄i *Sav*, *add.* xp̄i C^2 *in marg.* 2 iudicaremus] diiudicaremuſ (-mur S^1) *RSav* 6 iudicio *S* 7 diſponam˙ *S* 8 honorem (rem *in ras. 12 litt.*) *P* 9 ſchiſma *S* 11 gloriatur *RSav* 13 deus] *om.* P^1 14 secundo] ſcdm S^1 15 exinde (&inde S^1) *RSav* gratia] gr̄am *R*, gratias *av* opitulationes] gubnationeſ opitulationeſ *Sa*, opitulationeſ gubernationeſ P^2v 16 linguarum] *add.* interpretationes ſermonum *av* 18 om̄ linguiſ loquatur *M* 20 kariſmata *R*, cariſmate S^1 maiora *S (Amiat.)*: meliora *MPC Rav* 21 demonſtrabo P^2 22 aeramentum] eſ *S* (al aeram̄tū *in marg. al. m.*) *v* 23 cimbalum *MCRS*[1] 24 miſteria *MCRS*[1] *uerba* et omnem — — fidem *om. MPC* ſi habuero *Sav*

sum. et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. caritas patiens est, benigna est. caritas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem ueritati. omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. caritas numquam excidet. Et post aliquot uersus: Nunc autem manet fides, spes, caritas: tria haec, maior autem his est caritas. Sectamini caritatem. Et paulo post: Quoniam aemulatores estis spirituum, ad aedificationem ecclesiae quaerite ut abundetis. Item paulo post: Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Et alio loco: Quid ergo est, fratres? cum conuenitis, unusquisque uestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad aedificationem fiant. Et post paucissimos uersus: Mulieres in ecclesiis taceant: non enim permittitur illis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit. si quid autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent. turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. an a uobis uerbum dei processit, aut in uos solos deuenit? Et post paululum: Nolite seduci: corrumpunt mores bonos conloquia mala. euigilate iuste et nolite peccare. ignorantiam enim dei quidam habent.

9 I Cor. 13, 13 et I Cor. 14, 1 11 I Cor. 14, 12 12 ib. 20 14 ib. 26 18 ib. 34—36 19 cf. Gen. 3, 16 22 I Cor. 15, 33 et 34

1 *uerba* in cibos — — habuero *om.* P^1 2 ardeat P^2 *(Am.)* 4 ppera *MC* *uerba* non est — — inritatur *om. C* 6 iniquitate *RSv* 8 excedit P^2C^1, excidit C^2av, decidit *R* aliquod MCS^1, aliquos *Ra* aliquot uersus] aliquando P^1, aliquanta P^2 9 manent P^1S^2v ſpeſ fideſ *S* 10 sectamini] *add.* autem *a* item paulo post] & item *s. lin. C*, item poſt paululum *a* 13 paruoli *M* 16 apocalipſi MP^1C, apocalipſin P^2R, apocalypſin *S* interpretacione *M* 17 paucos *R*, aliquos *a* 19 sicut et *v* 20 ˊinterrogent ˊuiroſ ſuoſ *S* 22 ſoluſ MP^1C^1 deuenit] euenit *a* paul *M* nolite] et nolite *S* 24 iuſti C^1RSav

ad reuerentiam uobis loquor. Et post paululum: Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor uester non est inanis in domino. De collectis autem, quae fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesiis Galatiae, ita et uos facite. per unam sabbati unusquisque uestrum apud se ponat, recondens quod ei bene placuerit, ut non, cum uenero, tunc collectae fiant. cum autem praesens fuero, quos probaueritis per epistulas, hos mittam perferre gratiam uestram in Hierusalem. quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt. ueniam autem ad uos, cum Machedoniam pertransiero. nam Machedoniam pertransibo. apud uos etiam forsitan remanebo, uel etiam hiemabo, ut uos me deducatis quocumque iero. nolo enim uos modo in transitum uidere: spero enim me aliquantum temporis manere apud uos, si dominus permiserit. permanebo autem Ephesi usque ad pentecosten. ostium enim mihi apertum est magnum et euidens, aduersarii multi. si autem uenerit Timotheus, uidete, ut sine timore sit apud uos. Et post paululum: Vigilate, state in fide. uiriliter agite et confortamini. omnia uestra in caritate fiant.

XXXII.

DE EPISTVLA AD CORINTHIOS SECVNDA.

Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate et sinceritate dei, et non in sapientia

1 I Cor. 15, 58 et I Cor. 16, 1—10 19 I Cor. 16, 13 et 14 23 II Cor. 1, 12

2 eſtote ſtabiles *a* 4 coll&iſ *M*P^1 sanctos] ſcīs *R* 5 in ecceleſiis *a* facite per unam ſabbati. unusquisque *distinx. a* 7 collecta *S* 10 ut] *add.* & P^1*San* 11 machedonia *MC*, macedoniam *(bis) RSav* nam machedonia *C* 12 etiam *pr.*] autem *Sav*, *om. R* manebo P^2*v* 14 tranſitu P^1*RSav* enim] autem *R* 16 autem] enī *S* effeſi *S* 17 et aduerſarii *RSav* 18 timotheoſ *M* uidete**| *M* ut] *om. C* 19 uigilate & *S* 20 in] cum P^1 EXPLIC̄ ·I· *(inscriptionem capitis om.) S* 22 AD CORINTEOS SECONDA *M*, ſecunda ad corinthios *R*

carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in mundo. Et post paululum: Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ut non onerem, omnes uos. sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio haec, quae fit a pluribus, ita ut e contra magis donetis et consolemini, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum caritatem. ideo enim scripsi, ut cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus oboedientes sitis. cui autem aliquid donastis, et ego. nam et ego quod donaui, si quid donaui, propter uos in persona Christi, ut non circumueniamur a satana: non enim ignoramus cogitationes eius. Et alio loco: Ideo habentes hanc ministrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes uerbum dei, sed in manifestatione ueritatis commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Et post paucos uersus: Non enim nosmet ipsos praedicamus, sed Iesum Christum dominum, nos autem seruos uestros per Iesum. Et paulo post: Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei, et non ex nobis. in omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deicimur, sed non perimus: semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut et uita Iesu in corporibus nostris manifestetur. semper enim nos qui uiuimus in mortem tradimur propter

2 II Cor. 2, 5—11 12 II Cor. 4, 1 et 2 17 ib. 5 19 ib. 7—13

1 in hoc mundo P^2v 2 contriſtabit MP^1CS^2, contriſtauit me *a* contriſtabit *MCS* 5 e contra] contra *C*, e contrario *Pv*, ea contra *Sa* abundantiori (hab. P^1) *PS* 7 illo *Sa* 9 autem *om.* *R* 11 a ſatanan MP^1CS^1 12 hanc] hunc P^1, *om.* *v* adminiſtrationem *av* 13 defecimuſ *M (cod. Clar.)* 17 uoſm& MC^1 18 dominum] *add.* nostrum *av* 19 autem] *om.* S^1 20 theſſaurū *MC* 22 aperiamur M^1C^1, operiamur S^1, apporiamur RS^2 diſtituimur MP^1C 23 derelinquimur] *add.* humiliamur, ſed non confundimur P^1 25 et] *om.* P^1R 26 *uerba* semper enim — — manifestetur *om.* *R* morte *MPC*

Iesum, ut et uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. ergo mors in nobis operatur, uita autem in uobis. habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: credidi propter quod locutus sum, et nos credimus propter quod et loquimur. Et post VI uersus: Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est homo noster corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. id enim quod in praesenti est momentaneum et leue tribulationis nostrae supra modum in sublimitatem aeternum gloriae pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quae uidentur, sed quae non uidentur. quae enim uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna sunt. Et post paululum: Adiuuantes autem et exhortamur, ne in uacuum gratiam dei recipiatis. ait enim: tempore accepto exaudiui te et in die salutis adiuui te. ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei: per arma iustitiae a dextris et sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam: ut seductores et ueraces, sicut qui ignoti et cogniti, quasi morientes et ecce uiuimus, ut castigati et non mortificati, quasi tristes semper autem gaudentes, sicut egentes multos autem locupletantes. tamquam nihil habentes et omnia possidentes. Et post paucos uersus: Dilatamini et uos. nolite iugum ducere cum infidelibus. quae

3 cf. Ps. 116, 10 (115, 1)   5 II Cor. 4, 16—18   12 II Cor. 6, 1—10   14 cf. Es. 49, 8   29 II Cor. 6, 13—18 et II Cor. 7, 1

1 mortalıa *P*[1]   6 tamen *in ras. P*   8 tribulationes (e *ex* ı *al. m.*) *P*   9 sublimitate *av*   10 *uerba* sed quae n. uidentur *om. P*[1]   12 adıurantes *R*   13 et] *om. av*   adhortamur *edd.*   gratıa (-cıa) *MC*   22 uerıtatı *P*[1]   in uirtute] *om. P*[1]   23 a sinistris *R S*[2]*v*   glorıa *MC*   27 locupletentes *MC*[1]   28 et *pr. om. P*[1]   29 nolite] et nolıte *R*

enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? quae autem conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fideli cum infideli? qui autem consensus templo dei cum idolis? uos enim estis templum dei uiui, sicut dicit dominus: quoniam inhabitabo in illis et inambulabo, et ero illorum deus, et ipsi erunt mihi populus. propter quod exite de medio eorum et separamini, dicit dominus, et inmundum ne tetigeritis: et ego recipiam uos, et ero uobis in patrem, et uos eritis mihi in filios et filias, dicit dominus omnipotens. Has igitur habentes promissiones, carissimi, mundemus nos ab omni iniquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Et post paululum: Quoniam et si contristaui uos in epistula, non me paenitet: et si paeniteret, uidens quod epistula illa, etsi ad horam, uos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad paenitentiam. contristati enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. quae enim secundum deum tristitia est, paenitentiam in salutem stabilem operatur: saeculi autem tristitia mortem operatur. ecce enim hoc ipsum, secundum deum contristari uos, quantam in uobis operatur sollicitudinem! Et post paucos uersus: Notam autem uobis facimus, fratres, gratiam dei, quae data est in ecclesiis Machedoniae, quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum, altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. quia secundum uirtutem,

5 cf. Leu. 26, 12 et Ez. 37, 27   7 cf. Es. 52, 11 et Hierem. 31, 9 et 33   12 II Cor. 7, 8—11   21 II Cor. 8, 1—21

2 conuentio] contentio P^1 3 fideli] fidelibuſ P^1 cum *om.* P^1 infidele P^2S (*ex corr.*)   cũſenſuſ *M*, conſenſuſ (ſen *in ras. 6 litt.*) *P*, cũconſenſuſ *C*   4 enim] autem *PRS*   templo *C*   5 inambulabo inter eos *av*, inter eoſ ambulabo P^2 9 uos *om.* MP^1C 10 kmi *MPCRS*   11 inquinamtũ MP^1C 12 timorem P^1 paululum] paucos u'ſus *R*   13 si] *om.* P^1 paeniteret] penit& S^1 15 nunc autem *S*   16 enim] *om.* S^1 17 in] *om.* S^1 18 ſtabilem in ſalutem *R*   19 ecce enim] etenim *a*   20 contriſtaui M^1P^1CRa quantũ *P*   22 data eſt mihi P^2 23 macedoniae *RSav*   in] *om.* *S*   24 habundantiae *S*   altiſima *M*, et altiſſima P^2Sav

testimonium illis reddo, et supra uirtutem uoluntarii fuerunt. cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam et communicationem ministerii, quod fit in sanctos: et non sicut sperauimus, sed semet ipsos dederunt primum domino, deinde nobis per uoluntatem dei, ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum coepit ita et perficiat in uos etiam gratiam istam. sed sicut in omnibus abundatis fide et sermone et scientia et omni sollicitudine et caritate uestra in nos, ut et in hac gratia abundetis: non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem etiam uestrae caritatis ingenium bonum conprobans. scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut inopia illius uos diuites essetis. et consilium in hoc do: hoc enim uobis utile est, qui non solum facere, sed et uelle coepistis ab anno priore. nunc uero et facto perficite, ut quemadmodum promtus est animus uoluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. si enim uoluntas promta, secundum id quod habet accepta est, non secundum quod non habet. non enim ut aliis sit remissio, uobis autem tribulatio, sed ex aequalitate: in praesenti tempore uestra abundantia illorum inopiam suppleat, et illorum abundantia uestrae inopiae sit supplementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: qui multum, non abundauit, et qui modicum, non minorauit. gratias autem deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro uobis in corde Titi: quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum sollicitior esset, sua uoluntate profectus est ad uos. misimus autem cum illo fratrem, cuius

22 cf. Exod. 16, 18

1 et] quod *R* fuper *S* 2 exortatio C^1 5 uoluntatem] uirtutē MP^1CR 6 perfici& *MCR* uos] nof MP^1C, uobis *av* 7 sollicitudine] *add.* infuper *av* 8 nos] uobis *R* 9 ꝑ — follicitudine *S* aliorum] *om.* *R* 10 ingenuum *a* fcimuf *MPCR* 12 illiuf inopia *Sv* uos] *om.* *R* 15 *et* 17 pruntuf *et* prumta MP^1 promta] *add.* eft P^2Rav 18 fecundum id *av* remifio *M* 19 fed& exqualitate *S* 20 et] ut et P^2Sav, ut *R* 21 fuplemtū MP^1 22 habundabit *S* 23 minorabit *MPCS* 24 quoniam] qui *R* fufcipit** *M*, fufcipit P^1, accepit *S* 26 mif-fimuf M^1P^1C

laus est in euangelio per omnes ecclesias — non solum autem, sed et ordinatus ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae in hac gratia, quae ministratur a nobis ad domini gloriam et destinatam uoluntatem nostram, — deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, quae ministratur a nobis. prouidemus enim bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Et post VIIII uersus: Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundantia est mihi scribere uobis. scio enim promtum animum uestrum, pro quo de uobis glorior apud Machedonas, quoniam Achaia parata est ab anno praeterito et uestra aemulatio prouocauit plurimos. misi autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis euacuetur in hac parte: ut, quemadmodum dixi, parati sitis, ne, cum uenerint mecum Machedones et inuenerint uos inparatos, erubescamus nos, ut non dicam uos, in hac substantia. necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut peruenirent ad uos et praepararent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non quasi auaritiam. hoc autem: qui parce seminat, parce et metet. et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. unusquisque enim prout destinauit corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit deus: potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet

7 II Cor. 9, 1—15 18 cf. Prou. 22, 8 21 cf. Eccli. 35, 11 25 cf. Ps. 111 (112), 9

1 omnē ecclesiā C^1 3 graᴛıae P^1 quae] quı P^1, *om.* *R* 4 dıſᴛınaᴛā MP^1C, dıſᴛıncᴛam *R* 5 quae] quı P^1 a] *om.* P^1 nobis] *add.* in domini gloriam *a* 6 etiam] & *S* 7 hominibus] omnıb; *MC* VIIII] aliquos *a* de *om.* P^1 8 habundanᴛıa MP^1C, habundanᴛı (abund-) P^2RSav 9 prūpᴛū *M*, prumᴛū P^1 10 *et* 14 macedones *Rav* 11 mıſımuſ P^2 *(cf. Sab.)* 15 dıcamuſ P^2v 16 puenerenᴛ *M*, reuenırenᴛ *R*, p̄uenıanᴛ (-at *a*) *Sav* praeparenᴛ P^1Sav 18 autem] *add.* dıco *Rav*, *add.* dıco quıa P^2 20 enim] *om.* *RSv* dıſᴛınauıᴛ *MPC* 21 cordı C^1, in corde *Rv* (de corde *cod. Amiat.*) 24 habundeᴛıſ (ᴛıſ *in ras.*) *M*

in aeternum. qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum praestabit et multiplicabit semen uestrum et augebit incrementa frugum iustitiae uestrae, ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem. quae operatur per nos gratiarum actionem deo — quoniam ministerium huius officii non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino —, per probationem ministerii huius glorificantes deum in oboedientia confessionis uestrae et simplicitate communicationis in illos et in omnes, et ipsorum obsecratione pro uobis, desiderantium uos propter eminentem gratiam dei in uobis. gratias ago deo super inenarrabili dono eius. Et alio loco: Qui autem gloriatur, in domino glorietur. non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Et post aliquantum: Ministri Christi sunt? ut minus sapiens dico, plus ego. in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: a Iudaeis quinquies quadraginta una minus accepi, ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui: in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore et aerumna, in uigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate: praeter illa quae extrinsecus sunt, instantia mea cotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. quis infirmatur, et

12 II Cor. 10, 17 et 18; cf. Hierem. 9, 23   15 II Cor. 11, 23—30

1 aeternum] ſeculum ſeculi *ar*   2 multiplicauit *MP¹C*   5 uos *a*   7 abund& *S*   8 oboedientiam *MC*   9 ſimplicitatem *P¹C*   in illos] illiuſ *C¹*   12 ago *om. S*   super] ſemp *S* (*C, sed corr. m pr.*)   enarrabile *MP¹C*   14 deus] dñſ *S*   15 sunt?] *add.* et ego *P²a*   18 quadragenas *P²ar*   *uerba* quadrag. una minus *om. P¹*   20 pfundū *P²R*   21 *uerba* ex genere p. e. g. p. i. c. periculis *om. P¹*   23 mare *MP*   24 in frigore et nuditate: in fame et ſiti: in ieiuniis multis *a*   25 illa] *om. initio paginae S*   26 cottidiana *P¹S*   ſollicitudine *MC*

ego non infirmor? quis scandalizatur, et non ego uror? si gloriari oportet, quae infirmitatis meae sunt gloriabor. Et post paululum: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. cum enim infirmor, tunc potens sum. Et post XI uersus: Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, et non ero grauis uobis. non enim quaero quae uestra sunt, sed uos. nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. ego autem libentissime inpendam et superinpendar ipse pro animabus uestris, licet plus uos diligens minus diligar. Et post aliquot uersus: Timeo enim, ne forte, cum uenero, non quales uolo inueniam uos et ego inueniar a uobis qualem non uultis: ne forte contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter uos, ne iterum cum uenero, humiliet me deus apud uos et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super inmunditiam et inpudicitiam, quam gesserunt. Et alio loco: Oramus autem deum, ut nihil mali faciatis: non ut nos probati pareamus, sed ut uos quod iustum est faciatis. Et post VI uersus: De cetero, fratres, gaudete, perficimini, exhortamini, idem sapite, pacem habete: et deus dilectionis et pacis erit uobiscum.

3 II Cor. 12, 9 et 10   7 ib. 14 et 15   13 ib. 20 et 21   20 II Cor. 13, 7   22 ib. 11

1 non ego *P*   quiſcandalizetur *C*   ego non *CRSav*   uror (o *in ras.*) *M*   4 *uerba* meis ut — infirmitatibus *om. R*   5 infirmitatibus meis *av*   6 anguſtiis multis *a*   infirmior *R*   7 XI] IX *R*, aliquos *a*   hoc] *om. a*   8 *uerba* et non — sed uos *om. P*[1]   10 teſaurizare *M*   libentiſime *M*   12 aliquantos *P*, aliquos *a*   13 qualiſ *MPa*   15 diſſentioneſ *MC*   17 et] ut *P*[1]   19 inmunditia & inpudicitia (im-) *CR*, *post* inmund. *add.* & fornicationem *P*[2]   20 faciamuſ *M*[1]   21 iustum] bonū *Sv*   facite *R*   22 perficimini] pfecti eſtote *P*[2]*Rv*   23 idem] idem (m *in ras. al. m.*) *P*, ideſt *S*, id ipſum *a*   EXPLIC DE EPLA ·II· AD COR. (*atram. scr.*) | INCIPIT DE EPLA AD GALATAS (*minio.*) | *S*

XXXIII.

DE EPISTVLA AD GALATAS.

Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et aliquanto post: Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium, sed fides, quae per dilectionem operatur. Et alio loco: Vos autem in libertate uocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem carnis detis. sed per caritatem spiritus seruite inuicem. omnis enim lex in uno sermone inpletur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. quod si inuicem mordetis et comeditis, uidete ne ab inuicem consumamini. dico autem: spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. haec enim inuicem aduersantur, ut non quaecumque uultis illa faciatis. quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt inmunditia, fornicatio, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidiae, ebrietates, comissationes, et his similia: quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. fructus autem spiritus est caritas. gaudium, pax. longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia. aduersus huiusmodi non est lex. qui autem sunt Christi, carnem suam

3 Gal. 1, 10   4 Gal. 5, 6   6 ib. 13–26 et Gal. 6, 1–10
9 cf. Leu. 19, 18

2 galaτhas P^1*Ra*   3 ſeruoſ *M*   4 poſt aliquantum *a*   5 alíqua *R*   6 lıberτaτe *MCa*: lıberτaτem *PRSv*   7 τanτum *in ras al. m. P*   occaſſıonem *P*   8 spiritus] *om. R*   ſeruıτe**ınuıcē (*ras.* æ?) *M*   9 unu M^1 dılıgıſ MP^1 sicut] τāquam *P*   10 cōmedeτıſ MP^1C 11 conſummamını P^1S^1a autem] *add.* in Chriſto *a*   deſıderıum *S*   12 non] ne *a*   enim] ſıbı *add.* P^2av 15 ducemını P^2S^1 lege] *sequitur rasura decem litt. in P*   16 fornicaτıo ımmundıτıa *Sav*   luxuria] *om.* P^1, luxorıa MP^2C 17 uenıfıcıa ınımıcıτıa *M*   18 deſenτıonıſ *M*, dıſſenτıoneſ *C*   18 homıcıdıa P^2S^2v 19 cōmıſacıonıſ *M*, commeſſaτıoneſ (-cıones *R*) $PCRS^1$ 21 pax] *add.* paτıenτıa P^2Rv 22 continentia] *add.* caſτıτaſ *RSv*   23 Christi] *om.* MC^1 xp̄ı ſunτ *Pa*

crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis. si spiritu uiuimus, spiritu et ambulemus. non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne et tu tempteris. alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. opus autem suum probet unusquisque, et sic in semet ipso tantum habebit gloriam et non in altero. unusquisque enim onus suum portabit. communicet autem is qui cathecizatur uerbum ei qui se cathecizat in omnibus bonis. nolite errare: deus non inridetur. quae enim seminauerit homo, haec et metet: quoniam qui seminat in carne sua de carne et metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu de spiritu metet uitam aeternam. bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

XXXIIII.

DE EPISTVLA AD EPHESIOS.

Obsecro itaque uos, fratres, ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate animi et mansuetudine, cum patientia subportantes inuicem in caritate, sollicite seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.

3 Gal. 6. 1—10   21 Eph. 4, 1—3

8 ſıт nıhıl *P*   9 glorıam habebıт *PSv*   10 glorıa *C*   11 caтhecızaтur *P*, caтhezızaтur (caтez- *S*[1]) *MCRS*[1]*a*   ei] eı' *C*   12 caтhecızaт *MP*, caтhezızaт (caтez- *S*[1]) *CRS*[1]   15 ſemınauerıт *R*   et metet *a*, meт&|& *M*, m&&* *S*   17 enim] auтem *P* meтamuſ *MC*[1]   19 EXPLIC DE EPLA AD GALAT. *(atr.)* | INCIPIT DE EPISTOLA AD EPHESIOS *(min.)* | *S*, de eplā beaтı paulı aplī ad epheſıos *R*   21 effesıos *MC*   22 dıgnı *S*   24 animi] *om.* *PRSav* 25 ſollıcıтı *PRv*   25 pacis] *uersum quartum*: unum corpuſ & unuſ ſp̄ſ ſıcuт uocaтı eſтıſ ın una ſpe uocaтıonıſ ueſтrae *add.* *P*

Et alio loco: Hoc itaque dico et testificor in domino, ut iam non ambuletis sicut gentes ambulant in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a uita dei per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis ipsorum: qui desperantes semet ipsos tradiderunt inpudicitiae in operationem inmunditiae omnis et auaritiae. uos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis et in ipso docti estis, sicut est ueritas in Iesu, deponere uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. renouamini autem spiritu mentis uestrae, et induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis. propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. irascimini et nolite peccare. sol non occidat super iracundiam uestram. nolite locum dare diabolo. qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad aedificationem oportunitatis, ut det gratiam audientibus. et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia. estote autem inuicem benigni, misericordes donantes inuicem, sicut et deus in Christo donauit uobis. Estote ergo imitatores dei, sicut filii carissimi, et ambulate in dilectione, sicut et

1 Eph. 4, 17—32 et Eph. 5, 1—33 et Eph. 6, 1—20 13 cf. Zach. 8, 16 15 cf. Ps. 4, 4 25 Eph. 5, 1—33

1 ın loco *S* itaque] ıgıтur *Pv* 2 ſıcuт & *Sav* 3 uita | uıa *R* 5 dıſperanтeſ *MP* 6 ınpudıcıтıa *C* omnı *P*² ın auarıтıa *P*, in auaritiam *v* 7 *uerba* uos autem n. i. d. Chr., s. t. i. a. e. i. ipso edocti estis, s. e. u. in Iesu *add. man. posterior, cum prima habuisset* eт p' paũlul *P* 8 deponere] deponite *a* 10 cor̄rūpeтur *M* 13 ueгıтaтe *R* 15 irascimini] *add.* auтem *P*² 16 dıabulo *MP* 17 manibus] *add.* ſuıſ *RS*²*av* 19 bonū *M*, bonus eſт *R* 20 oportunitatis] al fidei *a in marg.* (*cf. v*) 22 in diem *v* 25 **uob *M* 26 kı̄mı *MPCRS*

Christus dilexit nos, et tradidit se ipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. fornicatio autem et omnis inmunditia aut auaritia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. hoc enim scitote intellegentes, quod omnis fornicator, aut inmundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habent hereditatem in regno Christi et dei. nemo uos seducat inanibus uerbis: propter haec enim uenit ira dei in filios diffidentiae. nolite ergo effici participes eorum. eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino: ut filii lucis ambulate — fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et ueritate — probantes quid sit beneplacitum deo. et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem et redarguite. quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. omnia autem quae arguuntur a lumine manifestantur. omne enim quod manifestatur lumen est. propter quod dicit: surge qui dormis et exurge a mortuis, et inluminabit tibi Christus. uidete itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. propterea nolite fieri inprudentes, sed intellegentes quae sit uoluntas domini. et nolite inebriari uino, in quo est luxuria: sed implemini spiritu, loquentes uobismet ipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus, cantantes et psallentes in cordibus uestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo et patri, subiecti inuicem in timore Christi. mulieres uiris suis subditae sicut domino: quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiae, ipse saluator

1 se] ſemet *CRSav* 3 aut] & *S* 4 ſcurılıtaſ *MPRS*[2] 6 eſtıtote *M*, eſcıtote *C* 7 habet *P*[1]*RSav* 9 dıfıdentıe *M* 10 ergo] ıgıt̃ *R* enĩ* *M* 11 ãbul&e *M* 13 quid] quı *M*, quę *C* 14 et] *om. Sav* 15 fıũt ın occulto *R* 16 autem] *om. S* omnı e. q. manıfeſtetur *P*[1] 18 tibi] te *Rv* 21 fıere *M* 22 domini] dĩ *Cav* ınebrıare *MC* 23 luxorıa *MC* ımpleamını *R* spiritu] *add.* ſancto *Rav* 24 hĩnıſ *M* 25 ueſtris: domino gratias *distinx. a*

corporis. sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita et mulieres uiris suis in omnibus. uiri, diligite uxores uestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lauacro aquae in uerbo: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta et inmaculata. ita et uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua. qui suam uxorem diligit, se ipsum diligit. nemo umquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius de carne eius et de ossibus eius. propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in ecclesia. uerum tamen et uos singuli, unusquisque suam uxorem sicut se ipsum diligat: uxor autem ut timeat uirum. Filii, oboedite parentibus uestris in domino. hoc enim iustum est. honora patrem tuum et matrem, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi et sis longaeuus super terram. et patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate eos in disciplina et correptione domini. serui, oboedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis uestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi facientes uoluntatem dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes ut domino et non hominibus, scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. et

11 cf. Gen. 2, 24 16 Eph. 6, 1—20 17 cf. Exod. 20, 12 et Deut. 5, 16 et Eccli. 3, 9

1 corporis eius *av* 4 mundans eam *Sa* aquae] atque *P*[1] 6 eiusmodi] huiusmodi *PRv* 8 suam diligit uxorem *S* 9 fouet et nutrit *R* 10 quia] qm̃ *P*[2] 11 de carne eius *om. R* propter] et ppt' *R* relinquit *P* 14 autem] *om. P*[1] et] *om. R* 15 uxorem suam *av* 16 ut] *om. av* 17 tuum] *om. R* 18 primum mandatum *a* 19 longeuos *M* 21 et] in *add. R* 24 sed] *om. C* 27 bonum] *om. MCR* pcipi& *S* et] *add.* uos *av*

domini, eadem facite illis remittentes minas, scientes quia et illorum et uester dominus est in caelis et personarum acceptio non est apud eum. de cetero, fratres, confortamini in domino et in potentia uirtutis eius. induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates, aduersus mundirectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus. propterea accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. state ergo succincti lumbos uestros in ueritate et induti loricam iustitiae et calciati pedes in praeparatione euangelii pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. et galeam salutis adsumite et gladium spiritus, quod est uerbum dei, per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso uigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis, et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium euangelii, propter quod legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.

XXXV.

DE EPISTVLA AD PHILIPPENSES.

Quia in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam,

10 cf. Es. 11, 5 et 52, 7 et 40, 3 14 cf. Es. 59, 17
22 Philipp. 1, 20–24

1 et *ante* illorum *om.* *P* 3 eum] deum *PR* 4 in *ante* potentia *om.* *R* armatura *MPCR* 5 poſſetiſ *MPC* *uerba* insidias — — potestates aduersus *om.* *C*[1] nobis] uob *M* 6 aduerſum *(tertio et quarto loco)* *S* 8 nequitia *MPS* caeleſtiſ *P*[1] 9 armatura *MP*[1]*C* mala *av* 11 induite *MCa* calciate *MC*[2] 14 galeam] galea *MC*[1], *add.* ſpem *P*[2] gladio *P*[1], galeam *a* 16 instantia] iuſtitia *S* 17 obſecratione̅ *C* sanctis] *om.* *P*[1] 19 miſterium *MPR*, miniſteriū *C* legatione̅ *PS* catena] ista *add.* *a* EXPLICIT DE EPHESIIS *(atr.)* | INCIPIT DE PHILIPPENSIS *(min.)* | *S* 22 FILIPENS̄ *MC*, PHILIPPENSIS *P*[1]
23 ɔfundor *R*

siue per mortem. mihi enim uiuere Christus et mori lucrum. quod uiuere in carne hic fructus operis est, et quid eligam ignoro. coartor e duobus: desiderium habens dissolui et cum Christo esse, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium est propter uos. Et post VI uersus: Tantum digne euangelio Christi conuersamini, ut siue cum uenero et uidero uos, siue absens audiam de uobis, quia statis in uno spiritu unanimes, conlaborantes fide euangelii, et in nullo terreamini ab aduersariis, quae est in illis causa perditionis, uobis autem salutis: et hoc a deo. quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini: idem certamen habentes, quale et uidistis in me, et nunc audistis de me. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera et miserationes, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes. nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea quae aliorum. hoc enim sentite in uobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est se esse aequalem deo: sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo: humiliauit se ipsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi nomen super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et

5 Philipp. 1, 27—30 et Philipp. 2, 1—30

1 Christus] *add.* eſt *P²C²RSav* 2 quod] quodſi *PRSav* hic] mihi *add. Sav* 3 coartor] *add.* enim *Sa*, *add.* autem *PRr* 5 est] *om. Rv* 6 euangelium *P¹S*, in euangelio *P²* 7 abſenſum *S* in *punctis suppos. del. P* 8 fidei *Sav*, in fide *P²R* 9 in *ante* illis *om. RSav*, *del. P²* 11 pro] a *R* 15 ut] & *MP¹C* 16 ſapi&iſ *C* 17 sentientes] ſapientes *a* 20 sentite (te *in ras. 4 litt. al. m.*) *P* 21 ſe eſſe *in ras. al. m. M*, eſſe ſe *RSav* 22 ſe *M¹* 24 humiliuit *M* ſemet *RSav* factus] *om. MC* 26 nomen] *add.* quod eſt *P²Rv*

omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. itaque, carissimi mei, sicut semper oboedistis, non ut in praesentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore uestram salutem operamini. deus est enim qui operatur in uobis et uelle et perficere pro bona uoluntate. omnia autem facite sine murmurationibus et haesitationibus, ut sitis sine querella et simplices filii dei sine reprehensione in medio nationis prauae et peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitae continentes ad gloriam mihi in diem Christi, quia non in uacuum cucurri neque in uacuum laboraui. sed et si immolor supra sacrificium et ministerium fidei uestrae, gaudeo et congratulor omnibus uobis. id ipsum autem et uos gaudete et congratulamini mihi. spero autem in domino Iesu Timotheum cito mittere ad uos, ut et ego bono animo sim, cognoscens quae circa uos sunt. neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit. omnes enim sua quaerunt, non quae sunt Christi Iesu. experimentum autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio. hunc igitur spero me mittere, mox ut uidero quae circa me sunt. confido autem in domino, quoniam et ipse ueniam ad uos cito. necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem et cooperatorem et conmilitonem meum, uestrum autem apostolum et ministrum necessitatis meae, mittere ad uos: quoniam quidem omnes uos desiderabat et maestus erat propter quod audistis illum infirmatum. nam et infirmatus est usque ad mortem, sed deus misertus est eius: non solum autem eius, uerum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. festinatius ergo misi illum, ut uiso eo iterum gaudeatis et ego sine

2 km̄i *MPCRS* 3 p̄fentiā *S* 7 quẹrela *S* 9 quaſ *S* 10 mihi] meā *P²Rv* die *v* 12 immolor] al emulor *a in marg.* ſup *P²S* 15 cito me *P²*, me cito *v* *ad *M* 16 circum *P¹* 18 Christi Iesu] ihū xp̄i *Rav* 19 autem] *om. S* 22 & *s. l. M* 23 epafroditum *MPCR*, ephaphroditum *S* 26 quod] *om. P¹*, ea quod *P²* (*cf. v*) 27 morte *M* sed] & *MPC* 28 deus] dn̄ſ *C¹* 29 super tristitiam] *om. R* feſtinantiuſ *P²Rav* 30 ergo] enim *C* sine] *om. P¹*

tristitia sim. excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, et eiusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit tradens animam suam, ut impleret quod uobis deerat erga meum obsequium. Et paulo post: Fratres, ego me non arbitror adprehendisse: unum autem, quae quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quae sunt in priora extendens me, ad destinatum persequor, ad brauium supernae uocationis dei in Christo Iesu. quicumque ergo perfecti, hoc sentiamus: et si quid aliter sapitis, et hoc uobis deus reuelauit: uerum tamen ad id quod peruenimus, ut idem sapiamus et in eadem permaneamus regula. imitatores mei estote, fratres, et obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. multi enim ambulant, quos saepe dicebam uobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum deus uenter et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. nostra autem conuersatio in caelis est. Et post XIII uersus: Gaudete in domino semper: iterum dico, gaudete. modestia uestra nota sit omnibus hominibus. dominus in prope est. nihil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud deum. et pax dei, quae exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra et intellegentias uestras in Christo Iesu. de cetero, fratres, quaecumque sunt uera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus, haec cogitate:

5 Philipp. 3, 13—20 17 Philipp. 4, 4—18

1 tristitiam (-ciā *M*) *MPC* omne *MC*¹ 4 derat *M*¹ erga] circa *Sa*, ergo *P*¹, *add.* de *P*¹ 5 me] *om.* *P*¹ conprehendisse *in ras.* *P*² 6 autem *del.* *P*² retro sunt quidem *S* 7 in *ante* priora *om.* *Sv* distinatū *MP*¹ *alt.* ad] *del.* *P*²*S*², *om.* *R* 8 bradium *MP*¹*C* (brabium *cod. Amiat.*) 9 qui taliter *P*¹, quid aliud *P*² 10 uobis *om.* *R* deus uob *S* reuelabit *Rv* 15 uenter est *P*²*Rv* 16 confusionē *M*, confussione *P* 17 XIII' *R*, aliquos *a* 19 in prope (in *s. l. m. pr.*) *M*, enim prope *P*²*RSa*, prope *v* 22 quae] qui *C* 23 Iesu] *om.* *S* 24 fratres charissimi *a* quęcumq, sunt pudica *S* 26 laus] salus *C*¹, *add.* disciplinae *P*²*v*

quae et didicistis, et accepistis, et audistis, et uidistis in me, haec agite: et deus pacis erit uobiscum. gauisus sum autem in domino uehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis: occupati autem eratis. non quasi autem propter penuriam dico. ego autem didici in quibus sum sufficiens esse. scio et humiliari, scio et abundare — ubique et in omnibus institutus sum — et satiari et esurire et abundare et penuriam pati: omnia possum in eo qui me confortat. uerum tamen bene fecistis communicantes tribulationi meae. scitis autem et uos, Philippenses, quod in principio euangelii, quando profectus sum a Machedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati et accepti nisi uos soli: quia et Thessalonicam et semel et bis in usum mihi misistis. non quia quaero datum, sed requiro fructum abundantem in rationem uestram. habeo autem omnia et abundo. repletus sum acceptis ab Epaphrodito quae misistis, odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem domino.

XXXVI.

DE EPISTVLA AD THESSALONICENSES.

Ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad uos, quia non inanis fuit: sed ante passi et contumeliis affecti, sicut scitis, Philippis, fiduciam habuimus in deo nostro loqui apud uos

20 I Thess. 2, 1—14

4 refloruiſti *MC*[1] ocupati *M* 5 autem *ante* propter] *del.* *P*[2], *om.* *Rav* autem *ante* didici] enim *Sav* 8 *uerba* pati — — confortat *om.* *P*[1] omnia] *add.* autem *S* 9 confortat] *add.* xp̄ſ *P*[2] feciſti *MC*[1] 10 tribulatione *MC*[1] filipenſeſ *MC* 12 macedonia *CRSav* 13 et *ante* Thessal.] in *S*, et in *a* teſalonicam *S*[1] et *ante* semel] *om.* *R* 15 habundantum *MC* in oratione ueſtra *P*[2], in ratione ueſtra *a* 16 et] *om.* *P*[1] epafrodito *M*, ephafrodito *CR*, ephaphrodito *S* 17 odorem] in odorē *R* acceptabilem *Sa* domino] deo *Sav* EXPLICIT DE PHILIPPENSIS *(atr.)* | INCIPIT AD THESSALONICEN̄ *(min.)* ‖ *S*, de eplā. ad theſſalonicenſeſ prima beati pauli apoſtoli *R* 19 theſalonicenſeſ *C* 21 passi] *add.* multa *a* scitis] *add.* in *P*[2]*Rc* 22 habemuſ (*pro* e *s. l.* ui *pos. pr. m.*) *M* ad *P*[2]*Sav*

euangelium dei in multa sollicitudine. exhortatio enim nostra non de errore neque de inmunditia neque in dolo: sed sicut probati sumus a deo, ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiae, deus testis est: neque quaerentes ab hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab aliis, cum possimus oneri esse ut Christi apostoli: sed facti sumus paruuli in medio uestrum. tamquam si nutrix foueat filios suos. ita desiderantes uos cupide uolebamus tradere uobis non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis. memores enim estis, fratres, laboris nostri et fatigationis: nocte et die laborantes, ne quem uestrum grauaremus, praedicauimus in uobis euangelium dei. uos testes estis et deus, quam sancte et iuste et sine querella nobis qui credidistis fuimus: sicut scitis, qualiter unumquemque uestrum tamquam pater filios suos deprecantes uos et consolantes testificati sumus, ut ambularetis digne deo, qui uocauit uos in suum regnum et gloriam. ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis uerbum auditus dei, accepistis non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum dei, qui operatur in uobis qui credidistis. uos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum dei, quae sunt in Iudaea, in Christo Iesu, quia eadem passi estis et uos a contribulibus uestris sicut et ipsi a Iudaeis. Et alio loco: De cetero ergo, fratres, rogamus uos et obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo uos oporteat

26 I Thess. 4, 1—12

2 de *ante* inmund.] *om.* *P*¹ 5 adolaτιonıſ *MPC* 8 poſſemus *Rav*, *add.* uobis *av* 9 paruolı *M* tamquam si] τā ſı *M*, τā *P*¹ 11 etiam] *om.* *R* 12 kmı *MPCRS* 13 enim] *om.* *M*, *add.* facti *a* 14 in] enim *P*² 15 uobis] uoſ *S* τeſτıſ *P*¹*S*¹*a* 16 fuimus] affuimus *a* 19 ambulanτes *R* 21 cum] *om.* *P*¹*C*¹ 22 *uerba* accepistis — — dei *om.* *R* accepistis] *add.* illud *av* 23 ımıτaτoreſ*** (meı *ras.)* *P*

ambulare et placere deo, sicut et ambulatis, ut abundetis magis. scitis enim quae praecepta dederimus uobis per dominum Iesum. haec est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum suum uas possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii, sicut gentes quae ignorant deum, ut ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam uindex est deus de his omnibus, sicut praediximus uobis et testificati sumus. non enim uocauit nos deus in inmunditiam, sed in sanctificationem. itaque qui haec spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in uobis. de caritate autem fraternitatis non necesse habemus scribere uobis: ipsi enim uos a deo didicistis ut diligatis inuicem. etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa Machedonia. rogamus autem uos, fratres, ut abundetis magis et operam detis, ut quieti sitis et ut uestrum negotium agatis et operemini manibus uestris, sicut praecepimus uobis, ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt et nullius aliquid desideretis. nolumus autem uos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut ceteri qui spem non habent. Et post paucos uersus: Igitur non dormiamus, sicut ceteri: sed uigilemus et sobrii simus. qui enim dormiunt, nocte dormiunt, et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. nos autem qui diei sumus sobrii simus, induti loricam fidei et caritatis et galeam spem salutis. quoniam non posuit nos deus in iram, sed in adquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus

22 I Thess. 5, 6—22

1 sicut] ſic *av* ambula*tiſ *(ras. ſ) P,* ambulaſtiſ *C,* ambuletis *Rav* 2 dederim *Sav* 6 sicut] *add.* & *Sav* qui *R* ut] et *R*S^2*av* 8 dominus *v* praedixi *C* 10 in inmundicia *(in marg. add. al. m.)* . . . ſcīficatione *S* 13 habuimuſ *Sa* uos] *om. R* 14 etenim] ſicut et *R* illud] *om.* *M*P^1*C* 15 in *ante* uniuersa] *om.* *M*P^1*C* macedonia *CR* 17 operamini *M*P^1*C* 19 deſideratiſ *M* 20 sicut] et *add.* P^2*RSav* 21 paucos] aliquos *a* 22 sicut] & *add. Sav* 24 diei] dei *R* 25 galea *MC* 26 *uerba* quoniam — — salutis *om.* P^1 ſed ad inquiſitionē *M*

est pro nobis. ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. propter quod consolamini inuicem, et aedificate alterutrum, sicut et facitis. rogamus autem uos, fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos et praesunt uobis in domino et monent uos, ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum: pacem habete cum eis. rogamus autem uos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos. patientes estote ad omnes. uidete ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem et in omnes. semper gaudete, sine intermissione orate. in omnibus gratias agite. haec enim uoluntas dei est in Christo Iesu in omnibus uobis. spiritum nolite extinguere. prophetias nolite spernere. omnia autem probate: quod bonum est tenete. ab omni specie mala abstinete uos.

XXXVII.

DE EPISTVLA AD QVOS SVPRA.

Gratias agere debemus deo semper pro uobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides uestra, et abundat caritas uniuscuiusque omnium uestrum in inuicem: ita ut nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia uestra et fide in omnibus persecutionibus uestris et tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii dei, ut digni habeamini regno dei, pro quo et patimini, si tamen iustum est apud deum retribuere tribulationem his qui uos tribulant, et uobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatione domini

17 II Thess. 1, 3—12

5 habundantiuf*** *P* 7 puffillanimef *P*[1] 10 fectamini *(s. lin. corr. eluta) M* intmifione *M* 13 extinguere (ext *in ras.) P*, ftinguere *M* 14 ten&e *(correctura eluta) M* EXPLICIT AD THESSALONICENSES *(atr.)* | INCIP DE EPLA AD QVOS SVPRA *(min.)* | *S*, de eplā beati pauli fcdā ad teffalonicenfes *R* 17 ita] itaq; *MC*, *om. R* 18 fupercrefcet *Sa* 19 omnium] *del. P*[2], *om. Rav* in *ante* inuicem] *om. R* 20 dei] *om. P*[1] 23 regno] uerbo *MP*[1]*C*, in regno *Sav* et] *om. R* 24 tribulatione *S*[1]

Iesu de caelo cum angelis uirtutis eius et flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum et qui non oboediunt euangelio domini nostri Iesu Christi. qui poenas dabunt in interitum aeternas a facie domini et a gloria uirtutis eius, cum uenerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super uos in die illo. in quo etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos uocatione sua deus noster et impleat omnem uoluntatem bonitatis et opus fidei in uirtute: ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, et in illo uos, secundum gratiam dei nostri et domini Iesu Christi. Et alio loco: Denuntiamus autem uobis, fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis. ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter uos, neque panem gratis manducauimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus. non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. nam et cum essemus apud uos, hoc denuntiabamus uobis, quoniam, si quis non uult operari, nec manducet. audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed

12 II Thess. 3, 6—15

1 eius] *add.* cū uenerit *C* et *ante* flamma] in P^2*ar* 3 in interitum] interitum P^1, interituſ S^1*a*, in interitu P^2S^2*v* 5 glorificari *om.* *MCR* ammirabiliſ MP^1CS^1 8 uocatione uos *edd.* 9 bonitatis ſuae *a* 10 clarificetur] glorificetur *P* *uerba* in uobis — — Christi *om.* P^1CR, *sed uerba* in uobis et in illo uos *sequuntur paulo infra in C* 11 uoſ in illo *Sav* 14 ābulantē inordinate· bonitatiſ & op' fidei in uirtute ut clarific&῀ nom̄ dn̄i ihū xp̄i in uob & in illo uoſ ſecundū traditione quā acceper̄ a nob qm̄ n̄ inqui&i fuim' ab aliquo *C* tradictionē *M* 15 *uerba* ipsi e. s q. o. imitari nos *om.* MP^1CR 16 *uerba* inter uos n. p. g. manducauimus *om.* *C* 17 gratiſ panem *Sav* 18 ac] & *CRSav* 19 graueremuſ S^1 non quasi] *om.* P^1 *post* quasi *add.* nos *R* 20 himi || tandū *M*, immitandū *C* 21 et *om.* *R* 22 ///nec *M* 23 quosdam inter uos *R* ambulanteſ P^2 operantiſ *M*

curiose agentes. his autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent. uos autem, fratres, nolite deficere benefacientes. quod si quis non oboedierit uerbo nostro per epistulam, hunc notate, ut non commisceamini cum illo, ut confundatur. et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

XXXVIII.

DE EPISTVLA AD COLOSSENSES.

Igitur, si conresurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. mortui enim estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo. cum Christus apparuerit uita uestra, tunc et uos apparebitis cum illo in gloria. mortificate ergo membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et auaritiam, quae est idolorum seruitus: propter quae uenit ira dei super filios incredulitatis. in quibus et uos ambulastis aliquando, cum uiueretis in illis. nunc autem deponite et uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam: turpem sermonem de ore uestro ne emiseritis. nolite mentiri inuicem, expoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius et induentes nouum, eum qui renouatur in

10 Col. 3, 1—25 et Col. 4, 1—6

1 agenτeſ *(a in ras. 3 litt.)* *P* huıusmodı *R* 2 et] *om.* P^1 4 quod] qm̃ P^1 5 ut] eτ P^2*RSav* non] ne *Rv* 6 ut] *add.* non P^1*S* confundanτur *S* exiſτımare *in ras.* *S* 7 EXPLICIT | INCIPIT DE EPLA· AD COLOSENSES· *(min.)* | *S* 9 de epist.] *om.* *R* colosenses *MCR* 10 conresurrexıstıs P^2*S* *(cod. Am.)*: confurrexıſτı *M*, confurrexıſτıſ P^1*CRav* 13 in] *om.* *C* cum auτem *a* 14 illo] ıpſo *CRSav* 16 concupıſcenτıa mala & auarıτıa *MC* 19 uıuerıτıſ *MS*[1] in illis] *om.* P^1 autem] & *(sed lineola perdux. m. al.)* *S* 20 omnia] omnem *C* 21 *uerba* ne emiseritis *om.* *Rv* 22 menτıre *MCS* ın ınuıcem *S* 23 ın agnıτıone *MC*, in agnitionem dei *a*

agnitionem, secundum imaginem eius, qui creauit eum: ubi non est gentilis et Iudaeus, circumcisio et praeputium, barbarus et Scytha, seruus et liber, sed omnia et in omnibus Christus. induite ergo uos sicut electi dei, sancti et dilecti, uiscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, subportantes inuicem et donantes uobis ipsis, si quis aduersus aliquem habet querellam: sicut dominus donauit uobis, ita et uos. super omnia autem haec caritatem habete, quod est uinculum perfectionis. et pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua et uocati estis in uno corpore: et gratia estote. uerbum Christi habitet in uobis abundanter in omni sapientia: docentes et commonentes uosmet ipsos psalmis, hymnis, canticis spiritalibus in gratia, cantantes in cordibus uestris deo. omne quodcumque facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini Iesu, gratias agentes deo et patri per ipsum. mulieres, subditae estote uiris, sicut oportet in domino. uiri, diligite uxores et nolite amari esse ad illas. filii, oboedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in domino. patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ut non pusillo animo fiant. serui, oboedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominum. quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut domino et non hominibus, scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis. domino Christo seruite. qui enim iniuriam facit, recipit id quod inique gessit, et non est personarum acceptio apud deum. Domini, quod iustum est et aequum,

27 Col. 4, 1—6

2 gentılef & ıudeı *P*[1] 3 fcıtha *MC*, fchata *P*, fcıta *R*, fcyta *S* et *ante* liber *om.* *P*[1] 4 dei] *om.* *P*[1] et dilecti] & electı *MC*[1], *om.* *R* 6 uobıfm& *P*[2]*v* 7 sicut et *av* dominus *om.* *C*[1] 8 uos] facıte *add.* *Sa* 11 gratı *C*[2]*RS*[2]*av* 12 ɔmouentes *R* ın pfalmıf *P*[2]*Sa* 13 & hymnıf *P*, hımnıf *MC* & cantıcıf *Pav* 14 domini noftri *a* 15 Iefu Chrifti *av* 16 fubdıtı *R* 17 dılıgere *P* uxores] *add.* uestras *Rav* 18 fılı *S*[1] 20 pufıllanımo *MC*, pu*fıllanımef *P* 21 *uerba* quasi — — timentes *om.* *P*[1] 22 dominum] dm̃ *P*[2] 25 facit iniuriam *a* 26 recıpıet *RSav* inique *om.* *R* 27 et] *om.* *MP*[1]*C*

seruis praestate, scientes quoniam et uos dominum habetis in caelo. orationi instate, uigilantes in ea cum gratiarum actione: orantes simul et pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam uinctus sum, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. in sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere.

XXXVIIII.

DE EPISTVLA AD TIMOTHEVM.

Finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. a quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intellegentes neque quae locuntur neque de quibus adfirmant. scimus autem quoniam bona est lex, si quis eam legitime utatur: sciens hoc, quia iusto non est lex posita, sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, parricidiis et matricidiis, homicidiis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuriis, et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum euangelium gloriae beati dei, quod creditum est mihi. Et post paululum: Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam uitam agamus in omni pietate

11 I Tim. 1, 5—11 22 I Tim. 2, 1 et 2

3 apareaт *M*[1], operieт *P*[1] 4 mıſтeriū *MPS*, mınıſтeriū *C* 5 manıfeſтe *S*, manifestum *a* oporтeaт *R* 7 condıтuſ ſıт *Sa* 8 quo*modo *(ras.* d*) M* EXPLICIT AD COLOSENSES *(atr.)* | INCIPIT DE EPISTOLA AD TIMOTHEVM *(min.)* | *S* 11 autem *in ras. P* cordo *M* 12 fıde* *(ſ ras.) S* 13 uolunт *P*[1] 15 ea *Rav* 16 ſcıenтes *Ra* hoc] auт̃ *S* lex non eſт *Sa* lex *in ras. 5 litt. in P* 18 parrıcıdııſ & maтrıcıdıſ homıcıdıſ *MP*[1]*CS*[1]: -cıdıſ *P*[2]*Rav*, -cıdı*ſ *S* 19 concubıтorum *MC* pıurıs mendacıb; *R* pıurıſ *MCS*[1], pıu**rıſ *P*: pıurıs *Rav.*, -rı*ſ *S* 22 prımo *S (cod. Am.)*

et castitate. Item post paululum: Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira et disceptatione. similiter et mulieres in habitu ornato cum uerecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. mulier in silentio discat cum omni subiectione. docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio. Et post aliquot uersus: Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suae domui bene praepositum, filios habentem subditos cum omni castitate — si quis autem domui suae praeesse nescit, quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit? — non neophytum, ne in superbia elatus in iudicium incidat diaboli. oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in obprobrium incidat et laqueum diaboli. diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. et hi autem probentur primum et sic ministrent nullum crimen habentes. mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. diacones sint unius uxoris uiri, qui filiis suis bene praesunt et suis domibus. qui enim bene ministrauerint, gradum sibi bonum adquirunt et multam fiduciam in fide, quae est in

1 I Tim. 2, 8—12 9 I Tim. 3, 2—13

3 hornatu (*-to m. al.*) *S* uericundia *MP*^{1} 5 margaretiſ *M P*^{1} ꝑmittenſ *P*^{1} 6 muliere *MP*^{1}, muliere (*uirg. ras.*) *C* 8 aliquod *MC*, aliquando *P*^{1}, aliquantos *P*^{2}, aliquos *Ra* 10 ornatum] *add.* pudicum *P*^{2}*av* 11 uinolentē *M*, uíolentū *R*, uinolentē *S* 12 litigoſū *MP*^{1} cupidum] *add.* ſed *av* 13 caſtitatem *MP*^{1} 14 domui] *om.* *P*^{1} ec**cleſiae *M* neophitum *MPCRS* 15 ſuperbiam *RSv* 16 incedat (*bis*) *MP*^{1} diabuli (*bis*) *MP* et illum *a* 20 miſterū *MR*, miniſterū *P*^{1}*C* hii *MPCR* 23 diaconi *Sav* p̃ſint *P*^{2}*RS*^{2}*v* 24 miniſtrauerit *et* adquirit *MPCR* bonū gradū ſibi *R*, gradum bonum ſibi *av*

Christo Iesu. Et post XII uersus: Spiritus autem manifeste dicit quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, adtendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognouerunt ueritatem. quia omnis creatura dei bona, et nihil abiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. sanctificatur enim per uerbum dei et orationem. haec proponens fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, nutritus uerbis fidei et bonae doctrinae, quam adsecutus es. ineptas autem et aniles fabulas deuita. exerce te ipsum ad pietatem. nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est et futurae. fidelis sermo et omni acceptione dignus. in hoc enim laboramus et maledicimur, quia sperauimus in deum uiuum, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. praecipe haec et doce. nemo adulescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate. dum uenio, adtende lectioni, exhortationi, doctrinae. noli neglegere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum inpositione manuum presbyterii. haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. adtende tibi et doctrinae, insta in illis: hoc enim faciens et te ipsum saluum facies et eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenculas ut sorores in omni castitate. uiduas honora, quae uere uiduae

1 I Tim. 4, 1—16 et I Tim. 5, 1—25 et I Tim. 6, 1—14 26 I Tim. 5, 1—25

1 XII] aliquos *a* 4 hipocrisi *M*, ypochrisi *P*, hipochrisi *S* 10 haec] hoc *R* p̄ponens *Sa* frib; suis *R* erit *CR* xp̄i ihv̄ *Sav* 11 enutritus *R* uerbo *R* es] est *R* 14 *uerba* pietas — est *om.* P^1 15 et *ante* futurae] in MC^1 16 speramus *Rav* 21 lectione exortatione (exh- *S*) MP^1CS^1 et doctrinę *a* 23 presbiteri (-ri *R*) $MPCRS^1$ 24 omnibus] in om̄ib; *R* (*fort. recte*) 28 uerae *P*

sunt. si qua autem uidua filios aut nepotes habet, discant primum domum suam regere et mutuam uicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram deo. quae autem uere uidua est et desolata, sperauit in deum et instat obsecrationibus et orationibus nocte et die. nam quae in deliciis est, uiuens mortua est. et hoc praecipe, ut inreprehensibiles sint. si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, et est infideli deterior. uidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. adulescentiores autem uiduas deuita. cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem inritam fecerunt: simul autem et otiosae esse discunt, circuire domus, non solum otiosae, sed et uerbosae, loquentes quae non oportet. uolo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. iam enim quaedam conuersae sunt retro post satanan. si qua fidelis habet uiduas, subministret illis, ut non grauetur ecclesia, ut his quae uere uiduae sunt sufficiat. qui bene praesunt presbyteri, duplici honore habeantur: maxime qui laborant in uerbo et doctrina. dicit enim scriptura: non infrenabis os boui trituranti, et: dignus est operarius mercede sua. aduersus presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duobus et tribus testibus. peccantes

24 cf. Deut. 25, 4 et Leu. 10, 7

1 dıſcanт *(n exp.) C,* discat *v* 4 deſoluтa *P*¹ ſperabıт *CRa,* b *ex* u *M,* ſpereт *P*²*v,* ſperat *edd.* ınſтeт *P*²*Rv* 5 et] ac *Sv* 6 hoc] *om. MCR* 8 negauı *M,* negabıт *S* 10 edocauıт *MCS*¹, edocuıт *P*¹ 13 luxorıanтę *P*¹, luxurıanтe *S*¹ 15 ınıтā *M,* ınrıтam *P* esse] *om. Rav* 16 cırcūıre *Ra* 17 ergo] *om. C,* autem *a* 20 ſaтhanam *R* qua] quis *Rv,* qui *a* fıdeleſ *S* 22 preſbıтerıı *MCS*¹ dıgnı habeanтur *P*¹*Rv* 24 infrenabis] al alligabis *a in marg. (cf. v)* 25 aduerſum *Sa* preſbıтerū *MPCR* accuſſaтıonem (acuſſ. *P) MP* 26 et] auт *R* peccantes] *add.* auтem *Sa* *(fort. recte)*

coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. testor coram deo et Christo Iesu et electis angelis, ut haec custodias sine praeiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. manus cito nemini inposueris neque communicaueris peccatis alienis. te ipsum castum custodi. noli adhuc aquam bibere, sed uino modico utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates. quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam autem et subsecuntur. similiter et facta bona manifesta sunt, et quae aliter se habent abscondi non possunt. Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos habeant, ne nomen domini et doctrina blasphemetur. qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. haec doce et exhortare. si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi et ei quae secundum pietatem est doctrinae, superbus, nihil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum et qui priuati sunt ueritate, existimantium quaestum esse pietatem. est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. nihil intulimus in hunc mundum: haut dubium quia nec auferre quid possumus: habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti sumus. nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem et laqueum diaboli et desideria multa inutilia et nocina, quae

10 I Tim. 6, 1—14

1 ut] ut & *Sv* teſtificor *S* 2 electis] ꝑ electiſ *C* angelis] *add.* eiuſ *P*² 3 facias *R* 4 nemine *MP*¹ *uerba* neque c. p. alienis *om.* *MP*¹*CR* 5 cuſtode *S*¹ 8 p̃cedentiū *S*¹ quosdam] quorundam *P*² 9 quae aliter] qualiter *CR* 10 quicumque] quicū *MP*¹*C* 11 habeant] arbitrentur *P*²*v* *(a in marg.)* 12 *et* 14 fidelif *MP*¹ 14 qui] quia *a* 16 quae] qui *RS* 17 nihil] *om.* *P*¹ 19 male *in marg.* *M* 20 priuate *M* 22 nihil] *add.* enim *C*² *Rv* 23 quia] quin *P*² poſſimuſ (i *ex* u *inter scribendum m. pr.* *M)* *MC* 25 ſimuſ *RS*²*av* temptationes *a* 26 in laqueum *Rav* diabuli *MP*

mergunt homines in interitum et perditionem. radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. tu autem, o homo dei, haec fuge: sectare uero iustitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem. certa bonum certamen fidei, adprehende uitam aeternam, in qua uocatus es et confessus bonam confessionem coram multis testibus. praecipio tibi coram deo, qui uiuificat omnia, et Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serues mandatum sine macula, inreprehensibile, usque in aduentum domini nostri Iesu Christi. Et post paucos uersus: Diuitibus huius saeculi praecipe, non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam. o Timothee, depositum custodi, deuitans profanas uocum nouitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. gratia tecum. amen.

XL.

DE EPISTVLA AD TIMOTHEVM SECVNDA.

Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis et dilectionis et sobrietatis. noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me uinctum eius, sed conlabora euangelio secundum uirtutem dei. Et post paucissimos uersus:

12 I Tim. 6, 17—21 23 II Tim. 1, 7 et 8

4 o *ante* homo *om.* P^1CR 8 deo *om.* P^1 9 redidiт *M* pylaтo *P* 11 aduenтu *C* paucıſſımoſ *S* 13 deo] *add.* uıuo P^2v 15 opıb; *C* тheſaurızarı *S* 16 adprehendaт *MC* 18 nomıneſ $M^1P^1C^1$ ſcıenтıa *CR* 20 EXPLICIT DE PRIMA: *(atr.)* | INCIPIT DE SECVNDA *(min.)* | *S*, de epıſтola beaтı paulı aplī ad тymoтheū ſecunda *R* 25 euangelıū *MPC* 26 uır*тuтē *M* paucıſſımoſ *S*: paucıss̄ *P*, paucıſ *MC*, paucos *Ra*

Formam habens sanorum uerborum, quae a me audisti, in fide et dilectione in Christo Iesu. bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Et paulo post: Tu ergo, fili mi, confortare in gratiam, quae est in Christo Iesu: et quae audisti a me per multos testes haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. labora sicut bonus miles Christi Iesu. nemo militans deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probauit. nam et qui certat in agone non coronatur nisi legitime certauerit. laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. intellege quae dico: dabit enim tibi dominus intellectum in omnibus. memor esto Iesum Christum surrexisse a mortuis ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro usque ad uincula quasi male operans, sed uerbum dei non est alligatum. ideo omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quae est in Christo Iesu cum gloria caelesti. fidelis sermo: nam si commortui sumus, et conuiuemus: si sustinebimus, et conregnabimus: si negabimus, et ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest. haec commone testificans coram deo. noli uerbis contendere, in nihil utile nisi ad subuersionem audientium. sollicite cura te ipsum probabilem exhibere deo, operarium inreprehensibilem, recte tractantem uerbum ueritatis.

1 II Tim. 1, 13 et 14 4 II Tim. 2, 1—17 17 II Tim. 2, 19–26 et II Tim. 3, 1—7

1 habenſ ſanorum (anorum *MC,* ſonorũ *R*) *MP'C'R*: habe ſanorum *P²Sav* audiſtı∗ *M* 3 uobıs *R* p' pall̃ *P* 4 fili mi] *om.* *M¹P* gratıa *P²RSav (cod. Amiatini corrector)* 6 ıdoneo *M C¹* 8 negotiſ *P¹* *uerba* ut eı placeat cuı ſe *in ras.* *M* se *alt.* ſed *P¹* 9 coronabıt̃ *R* 10 accipere] ꝑcıpere *Rv* 11 ıntellectum ın omnıbuſ *Sa (cod. Sangerm. et Clarom.)*: ın omnıbuſ ıntellectum *M PCRv (Am.)* 12 esto] *add.* dñm *Sav* reſurrexıſſe *Sav* 15 et] *om.* *P¹* 16 cum] in *R* 17 ſi cũ mortui ſumus *a* cumuıuımuſ *M,* conuıuımuſ *P* 18 ſuſtıbımuſ *M,* ſuſtınem' *CR* negauerımus *Rv* 19 negauıt *P'C¹* 21 nıhılı *Sa,* nıhıl° *P* 22 sollicite] *add.* autem *a* 23 inreprehensibilem] ınconfuſıbılẽ *Sav* recte tract.] r&-ractantẽ *S*

profana autem inaniloquia deuita: multum enim proficient ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit. Et post VI uersus: Cognouit dominus qui sunt eius, et: discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. in magna autem domo non solum sunt uasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam. si quis ergo mundauerit se ab istis, erit uas in honorem sanctificatum et utile domino, ad omne opus bonum paratum. iuuenalia autem desideria fuge: sectare uero iustitiam, fidem, caritatem, pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. stultas autem et sine disciplina quaestiones deuita, sciens quod generant lites. seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt: ne quando det illis deus paenitentiam ad agnoscendam ueritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Hoc autem scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non oboedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, inmites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores magis quam dei, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes: et hos deuita. ex his enim sunt qui penetrant domos et captiuas ducunt mulierculas

3 cf. Num. 16, 5 et Es. 26, 13 17 II Tim. 3, 1—7

1 autem] *add.* et *av* inaniloqui *C*, uaniloquia *v* *(a in marg.)* enim] *om.* *Sa* pficiant P^1, pficiunt P^2Rv 3 VII *R* cognouit] agnouit *C* diſcedant *a* 4 omneſ qui inuocant *S'a* 5 sed et] ſed in P^2 6 uictilia P^1 honore P^2 quaedam a. i. contumeliam *om.* P^1 7 ab hiſtiſ *M* 8 honore *R* 9 iuuenilia P^2RSav 12 generent *R* ſeruū (ū *in ras.*) *M* 13 litigari *MC* 15 resistunt] *add.* ueritati P^2v cognoſcendam *Rav* 16 diabuli *MP* laquaeoſ P^1 17 hoc] *om.* *C* 21 inmitiſ *M*, inmittiſ P^1, inimiciſ *C* 22 ſine benignitatem MP^1C uolumptatum *M* 23 dei] do M^1 25 domuſ *S* mulieculaſ *M*

oneratas peccatis, quae ducuntur a uariis desideriis. semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Et post VIII uersus: Tu autem adsecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiae, Iconio, Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus me eripuit dominus. et omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu persecutiones patiuntur. mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes. tu uero permane in his quae didicisti et credita sunt tibi, sciens a quo didiceris. et quoniam ab infantia sacras litteras nosti, quae te possunt instruere ad salutem per fidem, quae est in Christo Iesu. omnis scriptura diuinitus inspirata est utilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Testificor coram deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos et mortuos, et aduentum ipsius et regnum eius: praedica uerbum, insta oportune, inportune: argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. tu uero uigila,

3 II Tim. 3, 10—17 et II Tim. 4, 1—8

1 oneraꞇıſ peccaꞇıſ MP^1, onera peccanꞇıſ C^1 a] *eras. in P, om. RSav* 2 eſcıencıā *M* 4 ınſꞇıꞇuꞇum *Sa* 5 paſıoneſ *M* 6 anꞇhıochıe *M* ıconıo *S*, yconıo *R* lıſꞇrıſ *MCRS* 7 omnibus] *add.* hiſ P^2 8 perſecuꞇıonem P^2RSav paꞇıenꞇur *P(?)av* 9 auꞇem *s. lin. add. M* ꝑfıcıunꞇ *CS* 10 errore MP^2C, erronſ P^1 ꝑmane∗ *P* dedıcıſꞇı *et* dedıcerıſ MP^1 dıdıſcerıs *R* quoniam] quıa P^2 12 lıꞇeraſ *M* *uerba* te possunt i. a. s. p. f. quae *om. C* poſunꞇ *M* 14 ınſcrıpꞇura P^1 est] *del.* P^2 (utilis est *v*) 16 ꝑfecꞇuſ *C* opoſ bonū (b *in ras.*) *M* 17 corrā *M* 18 et aduentum] et per aduentum *a*, per aduentum *v* eius] eı *M* 19 uerba P^1 20 *uerba* erit tempus — — auribus *om.* P^1 21 coacerbabunꞇ *M* 22 prorıenꞇeſ *MC* a ueriꞇaꞇem MP^1C 23 conuerꞇunꞇur P^1C

in omnibus labora, opus fac euangelistae, ministerium tuum imple. ego enim iam delibor, et tempus meae resolutionis instat. bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed et his qui diligunt aduentum eius.

XLI.

DE EPISTVLA AD TITVM.

Huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas et constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. si quis sine crimine est, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpilucrum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem. ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere. Et post paucos uersus: Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, non adtendentes Iudaicis fabulis et mandatis hominum auersantium se a ueritate. omnia munda mundis: coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum: sed

9 Tit. 1, 5–9   19 Tit. 1, 13—16 et Tit. 2, 1—15 et Tit. 3, 1 et 2

1 ++miniſterium *M*   2 imple] *add.* ſubdituſ eſto *P*², ſobrius eſto *Rv*   3 certaui certamen *MP*¹   4 in] de *R*   iuſticię corona *a*   5 redet *M*   6 EXPLICIT AD TIMOTHEVM ·II· *(atram.)* | INCIPIT AD TITVM *(min.)* | *S*. de eplā beati pauli ad tytum *R*   9 crete *P*²*CS*, creæ *M*, *om.* *P*¹   10 preſbiteroſ *MPCR*, prboſ *S*   sicut] *add.* et *P*²*Cav*   12 fideles non in *om.* *P*¹   in acuſationiſ *C*, incuſacioneſ *M*   non *ante* subd. *om.* *P*¹   ſubdituſ *MP*¹   13 enim] ergo *P*   15 turpilucrum] turpelucrum *M*, turpenſ lucrum *P*¹, turpiſ lucrum *CS*¹, turpe lucrū ſectantē *R*, turpiſ lucri cupidum *P*²*av*   16 amplectantem *P*¹   18 exhortari *om.* *S*   redarguere *a*   19 paucos] aliquos *a*   20 ſane *P*¹   intendenteſ *Sav*   famuliſ *P*¹   22 autem] *om.* *P*¹   sed] ſe *P*¹

inquinatae sunt eorum et mens et conscientia. confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati et incredibiles, et ad omne opus bonum reprobi. Tu autem loquere quae decet sanam doctrinam. senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani fide, dilectione, patientia. anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non uino multo seruientes, bene docentes, ut prudentiam doceant adulescentulas, ut uiros suos ament, filios diligant, prudentes, castas, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis, ut non blasphemetur uerbum dei. iuuenes similiter hortare, ut sobrii sint. in omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina integritate, grauitate: uerbum sanum inreprehensibile: ut is qui ex aduerso est uereatur nihil habens malum dicere de nobis. seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. apparuit enim gratia dei saluatoris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes inpietatem et saecularia desideria sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et aduentum gloriae magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et emundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. haec loquere et exhortare et argue cum omni imperio. nemo te contemnat. Admone illos, principibus et potestatibus subditos esse, dicto

3 Tit. 2, 1—15 25 Tit. 3, 1 et 2

1 et mens eorum *edd.* 3 et *om. R* ad] ab*MC* 4 decent *Rv* funt MP^1 5 in fide, in dilectione, in patientia *av* 9 uirif fuif (uiri *M*) *MPCRv*, fuif uirif *Sa* 11 *post* exemplum *inserunt* ut *MC* in doctrina* *(uirg. eluta) M* 12 in integritate in grauitate S^2av, integritatem grauitatem *cod. Amiat.* 13 hif *s. l. M* ex aduerso] aduerfuf P^1 14 uobis *R* fubditof ẽe dominif fuif *S* 16 ut] & P^1 doctrina *MC* 17 ornant P^1, ornet RS^1 aparuit *MC* faluatorif****** *M* 18 ut | negantef *M* et *ante* saecul.] per P^1 19 fubrii *M*, fobrii P^1 22 redemer& *M*, redim& P^1 emundar& *M*, amundar& P^1: mundaret P^2CRSav 23 acceptabile *M* fectatorũ *MC* 24 arguere *MC* inperio *MP*

oboedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Et post paucos uersus: Fidelis sermo est, et de his uolo te confirmare, ut curent bonis operibus praeesse qui credunt deo. haec sunt bona et utilia hominibus. stultas autem quaestiones et genealogias et contentiones et pugnas legis deuita: sunt enim inutiles et uanae. haereticum hominem post unam et secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est et delinquit proprio iudicio condemnatus.

XLII.

DE EPISTVLA AD PHILEMONEM.

Gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua, quia uiscera sanctorum requieuerunt per te, frater. Et paulo post: Quem ego uolueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelii: sine consilio autem tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium.

XLIII.

DE EPISTVLA AD HEBRAEOS.

Videte, fratres, ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo uiuo: sed adhortamini uosmet

4 Tit. 3, 8—11 13 Philem. 7 15 Philem. 13 et 14
21 Hebr. 3, 12—15

1 bone *MC* 2 litigosus *MP*[1]*C* (u *in* o *mut. m. al. C*) esse *om. S*, *add.* sed *P*[1]*Rar* medestus (-os *P*) *MPC* 4 te *s. l. M* 5 bono operis *P*[1] 6 genealogia *S* 7 inutile *M*[1] 8 post] //////p: (*ras. & ut uid.*) *M* 10 delinqu& *Sa*, delinquid *M* contempnatos *P*[1] EXPLICIT AD TITVM (*atr.*) | INCIPIT AD PHILEMONEM (*min.*) | *S* 12 FILEMŌN *MC*, FILEMONEM *P* 13 habuit *M* 14 uiscere *M*, uiscerę *C* requierunt *M*[1] per te] poste *P* 15 ergo *C* 17 uelut ex] uel ex *MP*[1], *om. C*[1], ex *R* necessitatē *MC* 18 uoluntaria *C*[1], uoluntariaum *M* EXPLICIT AD PHILEMONEM (*atr.*) | INCIPIT AD HEBREOS (*min.*) | *S* 20 hebreus *M*, hebreos *PCR* 21 uestrum] urī *P*[1] a] ad *MC*

ipsos per singulos dies, donec 'hodie' cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiae eius usque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra quemadmodum in exacerbatione. Et post paucos uersus: Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius existimetur ex uobis aliquis deesse. etenim et nobis nuntiatum est, quemadmodum et illis: sed non profuit illis sermo auditus non admixtis fidei ex his qui audierunt. Et alio loco: Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit caelos, Iesum filium dei, teneamus confessionem. Et post IIII uersus: Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Et paulo post: Non enim iniustus deus, ut obliuiscatur operis uestri et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis et ministratis. cupimus autem unumquemque uestrum eandem ostendere sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem, ut non segnes efficiamini, uerum imitatores eorum qui fide et patientia hereditabunt promissiones. Et post VII uersus: Homines enim per maiorem sui iurant, et omnis controuersiae eorum finis ad confirmationem eorum est iuramentum. Et post aliquantum: Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem — fidelis enim est qui repromisit — et consideremus

4 cf. Ps. 94, 8 6 Hebr. 4, 1 et 2 11 ib. 14 13 ib. 16 15 Hebr. 6, 10—12 21 ib. 16 24 Hebr. 10, 23—38

4 firmam *MP¹C* 5 quā admodū in aceruacione *M* in exaceruatione *P* 6 paucum ū *P¹* 8 aliquis ex uobis *Sav* et] *om.* *P¹* 10 admixtus *P²av* qui] quae *Pav* 12 confessione *M* IIII] tres *a* 13 tronū *MR* gradiae *P¹*, *add.* eius *a* 14 griciā *M* inueniamur (-mor *M*) *MC* 15 oport·uno *M*, oporno (tu) *C* (*corr. m. pr.*) polo *M* 17 sanctis] *om.* *MP¹C* 18 ostentare *av* solicitudine ad explicionē *M* 19 explitionem *P¹* efficiam˜ *R* 20 in fide *P¹* (in *exp.*) 22 omnes *M* controuersia (-a *ex* -o *P*) *MPCR* 23 eorum *expungit* *P²*, *om.* *v* alquē *MC* 24 noster *M* 25 repmissit *M* et] ut *a*

inuicem in prouocatione caritatis et bonorum operum: non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes, et tanto magis quanto uideritis adpropinquantem diem. uoluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia. terribilis quaedam expectatio iudicii et ignis aemulatio, quae consumptura est aduersarios. inritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri subplicia, qui filium dei conculcauerit et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit? scimus enim qui dixit: mihi uindictam et ego reddam. et iterum: quia iudicabit dominus populum suum. horrendum est incidere in manus dei uiuentis. rememoramini autem pristinos dies, in quibus inluminati magnum certamen sustinuistis passionum. et in altero quidem obprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conuersantium effecti. nam et uinctis conpassi estis, et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem et manentem substantiam. nolite itaque amittere confidentiam uestram, quae magnam habet remunerationem. patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem. adhuc enim modicum

7 cf. Deut. 17, 6 12 cf. Deut. 32, 35 et 36 23 cf. Abbac. 2, 3 et 4

1 prouocationem P^1*ar* non] et non *P* 2 collectione *MC* 3 ſed *in ras.* *P* 5 relinquet *S* 6 hoſtia pro peccatis *ar* terribilis] ſed terribilis P^2, terribilis autem C^2*Sr*, terribilis namque *a* iudici P^1 aemulationiſ P^1 7 conſumtura MC^1, conſumpturaſ P^1 aduerſariuſ MC^1 8 miſſeracione *M* testibus] teſ. tib; *M*, *om.* P^1 *(om. cod. Amiat.)* moritur teſtibus *a* 9 deteriorū MC^1 filio P^1 11 in quo] inqui MC^1 est] *om.* P^1 12 et *ante* ego *om.* *P (Am.)* reddam] retribuam *Rr* 13 iterum] ego *R* iudicauit MPC^1 *(Am.)* orrendū *MC*, horrentiū P^1 14 uiuenteſ MP^1 16 alterum MP^1C^1 17 expectaculū *MC* ſoci aliter C^1, ſoti **alit̃ M^1 19 cum gaudiū MP^1C ſuſcipiſtiſ *MP* 21 habere muneracionē M^1 22 pacientiā (*om.* enim) *C* ut] *om.* P^2

quantulum qui uenturus est ueniet et non tardabit: iustus autem meus ex fide uiuet: quod si subtraxerit se, non placebit animae meae. Et aliquanto post: Ideoque et nos tantam habentes inpositam nubem testium, deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta atque in dextera sedis dei sedet. recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semet ipsos contradictionem, uti ne fatigemini animis uestris deficientes. nondum usque ad sanguinem restitistis aduersum peccatum repugnantes: et obliti estis consolationis, quae uobis tamquam filiis loquitur dicens: fili mi, noli neglegere disciplinam domini neque fatigeris, dum ab eo argueris. quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. in disciplina perseuerate: tamquam filiis uobis offert deus. quis enim filius quem non corripit pater? quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri et non filii estis. deinde patres quidem carnis nostrae habuimus eruditores et uerebamur: non multo magis obtemperabimus patri spirituum et uiuemus? et illi

3 Hebr. 12, 1—16   13 cf. Prou. 3, 11 et 12

1 quantũ.lũ *M*, aliquantulum *RSv*, aliquantulumque *a*   ueniat *P*[1]   tar dauit *M*   2 autem] *om.* *P*[1]   uiu& *P*[1]: uiuit *MP*[2]*CRSav*   subtraxit *P*[1]   3 alq̃ *M*   post aliqua *R*, p' alıq̃ *P*   uos *R*   4 testũ *C*[1]   5 circuminstans *MPC*[1]   patientia *C*   7 consumatorem *C*   ꝑpositũ (s *in ras.* *P*) *MP*[1]*C*   cũ gaudio *C*, & audio *M*   8 confussione *P*   contenta *MPC*   dĩ sedis *S*   9 enĩ (eum; enim *exp. et* eum *add. al. m.*) *C*   aduersos *P*[1], aduersum *Sav* *(Am.)*   10 ipsos] ipsus *M*, ipsum *P*[2]*CRSav*   uti] ut *PSv*   ne *in ras.* *P*   11 nondum] *add.* enim *Rav*   12 aduersus *PRv*   13 filius *MC*   14 dum] cũ *S*   16 repit *M*[1], recepit *P*[1]   pseueramini *P*   17 offert] *add.* se *P*[2]*C*[2]*Rv*   offe|rt|sedĩ (rt *in marg. et* se *in spat. uac. relict. add. al. m.)* *C*   deus] dō *P*   filius] *om.* *P*[1]   18 si] *om.* *MC*[1]   19 omnes] *add.* isti *P*[2], omnes**** *M*   patris *a*   20 uerebamur] reuerebamur *P*[2]*Sv*, *add.* eos *P*[2]*Rv*   *uerba* non multo — — uiuemus *om.* *P*[1]   21 obtemperauimus *MC*[1] *(Amiat.)*

quidem in tempore paucorum dierum secundum uoluntatem suam erudiebant nos, hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. omnis autem disciplina in praesenti quidem uidetur non esse gaudii, sed maeroris. postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitiae. propter quod remissas manus et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans erret, magis autem sanetur. pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. contemplantes ne quis desit gratiae dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans inpediat et per illam inquinentur multi: ne quis fornicator aut profanus ut Esau, qui propter unam escam uendidit primogenita sua. Et alio loco: Caritas fraternitatis maneat. et hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc latuerunt quidam, angelis hospitio receptis. mementote uinctorum tamquam simul uincti, et laborantium tamquam et ipsi in corpore manentes. honorabile conubium in omnibus et thorus inmaculatus: fornicatores enim et adulteros iudicabit deus. sint mores sine auaritia, contenti praesentibus. ipse enim dixit: non te deseram neque derelinquam: ita ut confidenter dicamus: dominus mihi adiutor est, non timebo, quid faciat mihi homo. mementote praepositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt

12 cf. Gen. 25, 33 13 Hebr. 13, 1—18 19 cf. Ios. 1, 5 21 cf. Ps. 117, 6

1 paucorum] pacificorum C^1, paucocorum P^1 5 peccatis fimū M^1 exercitatis (ci *et* i *in ras.*) *P*, exercitatos *C*, ex'citatí *R* reddit P^1S: reddet MP^2CRav 6 remisas *M* erig&e M^1P^1 7 et *ante* gressus *om. a* facite] state *C* ut *in ras. M, om. initio lineae* C^1 claudicans *S (Amiat.)*: claudicans quis *MPCRav* 8 sequemini P^1 10 gratia P^1 11 germinas P^1 12 fornicatur M^1P^1 p unā *C* 13 primitiua *Sav* alia loca *M* fraternitas eis *C* 14 maneat] *add.* in uobis *RSav* hanc] hac P^1, *add.* enim P^2Rav latuerunt] placuerunt P^2RSa, p *add. ut sit* platuerunt M^2 15 uictorū M^1C 16 *uerba* simul — — tamquam *om. C* 17 manantes *MC* torus P^2 *(Am.)* 18 fornicatoris M^1P^1 adulteri M^1, ulteris P^1 19 non] ~~ne~~ *M* 20 desserā *M* ut] *om.* P^1 dicamaus *M*, dicā *C* 22 uestrorum *om. C*

uerbum dei: quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula. doctrinis uariis et peregrinis nolite abduci. optimum est gratia stabiliri cor, non escis, quae non profuerunt ambulantibus. habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. propter quod et Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. exeamus igitur ad eum extra castra, inproperium eius portantes. non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. beneficentiae autem et communicationis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur deus. oboedite praepositis uestris et subiacete eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes: hoc enim non expedit uobis. orate pro nobis. confidimus enim, quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene uolentes conuersari.

7 cf. Leu. 16, 27

1 corū M^1C 2 fidē ** *M* 3 optimum] *add.* enim P^2 est] *add.* enim *Rav* gratiaſ P^1 4 ſtabiliri P^1S *(cod. Am.)*: ſtabilire MP^1CRav *eſciſ *P* profuerunt (u *pr. in ras.*) *M* ambulantibus] *add.* in eiſ M^2PC^2RSav 8 crementur P^1 *uerba* propter q. e. I. u. s. p. s. s. p. e. p. passus est *om.* P^1 9 portam] caſtrā *C* 10 exeamus] & eam' *C* igitur] ergo *R* 11 non *om.* P^1 13 fructuſ MP^1CR nomine M^1C^1 14 beneficiae P^1, beneficientiae S^1 *(Am.)* cū muni ca cioniſ *M*, communicationeſ S^1, cōionis *R*, cōmunionis *av* 16 ſubicite P^2 ipsi *om.* P^1 *rationem *P* 17 redituri *M* facient *M*(?)*C* 18 gemanteſ P^1 non *om.* *P* 19 enim] autem *Pa* habeamuſ *MC* 20 | conuerſari. | INCIPIT DE EPISTOLA PETRI *(min.)* || *S*

XLIIII.

DE EPISTVLA PETRI PRIMA.

Modicum nunc si oporteat contristari in uariis temptationibus, ut probatum uestrae fidei multo pretiosius sit auro quod perit per ignem. Et alio loco: Propter quod succincti lumbos mentis uestrae, sobrii perfecte sperate in eam quae offertur uobis gratiam in reuelatione Iesu Christi: quasi filii oboedientiae, non configurati prioribus ignorantiae uestrae desideriis, sed secundum eum qui uocauit uos sanctum et ipsi sancti in omni conuersatione sitis, quoniam scriptum est: sancti eritis, quoniam et ego sanctus sum. et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus, in timore incolatus uestri tempore conuersamini. Et post aliquot uersus: Animas uestras castificantes in oboedientia caritatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite adtentius: renati. Et post paucos uersus: Deponentes igitur omnem malitiam et omnem dolum et simulationem et inuidias et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite. Et post

3 I Petr. 1, 6 et 7 5 ib. 13—17 10 cf. Leu. 11, 44 et 19, 2 et 20, 7 14 I Petr. 1, 22 17 I Petr. 2, 1 et 2

2 de eplā ſancti petri apoſtolí príma *R* 3 oportet *PSav* contriſtari (ri *in ras.) P* 4 probatu *P*¹, probatio *P*²*Rav* ueſtrum *M*¹ pretioſior *MPCRav* perit] probatur *P*² quod per ignem probatur *Rav* 5 qui *S* lūb; *M*, lūbiſ *C* 6 pfecti *Sa* offer*** *M*¹, offert *R* 7 reuelatione *Ca*: reuelationem (-cionē *M*) *MPRSv* filii *om. P*¹ 9 sed] *om. P*²*C* uos] eoſ *P*¹ ſanctoſ *P*² et] ut et *av* 10 in omni conuerſatione ſancti *a* sitis] eſtote *in ras. P* 11 et *ante* ego *om. Cav* patrē (e *in ras. al. m.) M* 12 iudica*t *(ras.* n) *M* 13 uro *S*¹ p *elut. ante* tempore *in M* 14 post aliquot uersus] p; aliq̄ loco *MC*, alio loco *R* aliquos *a* 15 oboedientie (-cie *M*) *MC* in *ante* fraternitatis *om. C* 16 renati *om. R* 17 omne *PC* *dolum *(ras.* &) *C* ſimulatione (-cione *M*) *MC*, ſimulationeſ (ſimilaciones *R*) *P*²*Rv* 18 modu* *P*¹ 19 racionabiliſ *M*, *rationabileſ (ſ *in ras.) P*¹, rationabile *P*²*av* post *om. M*

paucos uersus: Carissimi, obsecro [uos] tamquam aduenas et peregrinos abstinere uos a carnalibus desideriis, quae militant aduersus animam. conuersationem uestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detractant de uobis tamquam de malefactoribus, uos ex bonis operibus considerantes glorificent deum nostrum in die uisitationis. subiecti estote omni humanae ordinationi propter deum, siue regi quasi praecellenti, siue ducibus tamquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum — quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis inprudentium hominum ignorantiam —, quasi liberi, et non quasi uelamen habentes malitiae libertatem, sed sicut serui dei. omnes honorate, fraternitatem diligite, deum timete, regem autem honorificate. serui, subditi cum omni timore dominis uestris, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. haec est enim gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias, patiens iniuste. quae enim gloria est, si peccantes punimini et suffertis? sed si bene facientes patimini et patientes sustinetis, haec gratia apud deum. in hoc enim uocati estis: quia et Christus passus est pro nobis, relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius. Et alio loco: Similiter mulieres

1 I Petr. 2, 11—21 21 I Petr. 3, 1—17

1 pauc. uers.] paululum (-lolum S^1) *Sa* kmn *MPS*, cmn *C* uos *post* obsecro *om.* P^1C, *eras.* *M* 2 qua *P* 4 gente *M* eo quod] eo co q^u^o *M* detractent *R*, detrectant *v* 5 uos *punct. del.* P^2 ex bonis operibus uos *RSav* 6 deum] dnm *a* nostrum] urm *S*, *om.* *v* uisitationes (-ciones *M*) MPS^1 subiecti (ec *in ras.*) *M*, *add.* igitur P^2v 7 ordinatione S^1, creature *R* (*cf. r*), *in marg.* al creature S^2 8 pcelenti *M* 9 uero] uobis P^1 10 inprudentiam (-ciā *M*) MP^1C 11 ignoranciam (a *alt. ex* u) *M* uelamus P^1 13 timetē regē aut onorificate *M* autem] *om.* *PCRSc* 14 subditi] *add.* estote P^2RSav cum] in P^2RSc 15 discolis *M PCRS* 16 quis] qui *S* tristitiam P^1 17 punimini et] et colaphizati *av* 18 patienter M^2P^2RSav 19 haec] *add.* est enim P^2, *add.* est *RSav* 20 pro uobis M^2P^2C (*Amiat.*) uobis relinquens *av* 21 uestigia eius] *add.* qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste. qui peccata

subditae sint suis uiris, ut et si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo lucri fiant, considerantes in timore castam conuersationem uestram. quarum sit non extrinsecus capillaturae aut circumdatio auri aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, quod est in conspectu dei locuplex. sic enim aliquando et mulieres sanctae sperantes in deo ornabant se, subiectae propriis uiris, sicut Sarra oboediebat Abrahae dominum eum uocans: cuius estis filiae bene facientes et non timentes ullam perturbationem. uiri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori uaso muliebri inpertientes honorem tamquam et coheredibus gratiae uitae, ut ne inpediantur orationes uestrae. in fide autem omnes unianimes, conpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles, non reddentes malum pro malo uel maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes, quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. qui enim uult uitam diligere et uidere dies bonos, coerceat

9 cf. Gen. 18, 12 15 cf. Prou. 17, 13 18 cf. Ps. 34 (33), 12—16

nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiae uiuamus. cuius (huius *cdd.*) liuore sanati estis. eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum uestrarum *a (cf. v)* similiter] *add.* et P^2av

1 uiris ſuis *Rav* et] *om. S* credunt** (ur *eras.*) *M* 2 mulierem MP^1C 3 timorem *MC* non ſit *R* 4 capillatura RS^2 *av* circumdationiſ P^2: circumdatio MP^1CRSav indumenti* (i *ex* ū *per rasuram*) *M* 5 qui] quod *R* 6 incorruptilitatem (-te *S*) P^1S et] ac *a* quod] qui *Rav* 7 locupleſ P^1RSv sic] ſi *CR* ſanctae mulieres *av* 8 se] *om.* MP^1C 9 ſara PRS^1av habrahae (-he *C*) MP^1C cuius] *add.* uoſ P^2 10 non] *om.* P^1 pertimentes *av* 11 ſcientia (-cia *M*) *MC* 12 uaſi *R*, uaſculo S^2 *av* muliebri (bri *in ras.*) *S* impartientes *Rv* et] *om. R* 13 ne] non *av* 14 eſtote omneſ P^2 15 misericordes] *add.* modeſti *av* 15 redenteſ *M* 16 ł maledicto *M* ꝑ maledictū *C*, pro maledicto* (ſ *ras.*) *P* 17 here^{ditatē} *M*, hereditatē *C*, hereditatiſ P^1 poſedeatiſ *M* 18 et uidere *om.* P^1 dies uidere *Rv* bonuſ MP^1

linguam a malo et labia ne loquantur dolum. declinet autem a malo et faciat bonum, inquirat pacem et sequatur eam: quia oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum, uultus autem domini super facientes mala. et quis uobis noceat, si boni aemulatores fueritis? sed si quid patimini propter iustitiam, beati. timorem autem eorum ne timueritis, et non conturbemini. dominum autem Christum sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quae in uobis est spe: sed cum modestia et timore, conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt uobis, confundantur qui calumniantur uestram bonam in Christo conuersationem. melius est enim benefacientes, si uelit uoluntas dei, pati quam malefacientes. Et post aliquot uersus: Christo igitur passo in carne et uos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est carne desiit a peccatis, ut iam non hominum desideriis, sed uoluntate dei quod reliquum est in carne uiuat temporis. sufficit enim praeteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam, qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, uinolentiis, comissationibus, potationibus et inlicitis idolorum cultibus. Et post paucos uersus: Estote itaque prudentes et uigilate in orati-

6 cf. Es. 8, 12 14 I Petr. 4, 1—3 21 I Petr. 4, 7 19 et I Petr. 5, 1—11

1 linguam] *add.* ſuam *P²RSav* labia] *add.* eiuſ *P²Rav*, *add.* ſua *S* 2 inquiret *MC* 3 in *ante* preces] ad *R* 4 autem] *eras. M*, *om. P¹C* quis] ſi quiſ *C*, quiſ eſt qui *P²Sav* uobis *om. C* 5 sed] *add.* et *P²RSav* 6 beati] *add.* eritiſ *P²* 7 & *MCv*: ut *rell.* conturbimini *MP¹C* ihm xpm *P* 8 paratiſ *P¹* 9 in] *om. P¹* 10 bonam habenteſ *S* bona *M* 11 uobis] de uobiſ *C (cod. Am.)* 13 uell& *MP¹* dei uoluntas *a* 14 aliquā *C*, aliquos *a* 15 qui *om. C* carne] in carne *P²Sav* deſint *MC* deſiit a (it *et* a *in ras.) P* 16 ut iam] utinam *MC* ***deſideriiſ *M* uoluntati *P²RSav* 18 praeteritum] *om. C* 19 qui] hiſ quī *P²v* ambulauerunt] *add.* in uoluptatib; *P²* luxoriiſ *MPC* in deſideriiſ *P* cum miſſacionib; *M*, commeſſationib; *PCRS¹* 20 potationibus] *add.* ebrietatibus *a* cultibuſ (buſ *ex correctura) P* 21 paucos uers.] paululum *P*, aliquos uerſus *a*

onibus, ante omnia mutuam in uosmet ipsos caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum, hospitales inuicem sine murmuratione, unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiae dei. si quis loquitur, quasi sermones dei: si quis ministrat, tamquam ex uirtute, quam administrat deus, ut in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum, cui est gloria et imperium in saecula. carissimi, nolite mirari in feruore, qui ad temptationem uobis fit: nolite pauere quasi noui aliquid uobis contingat, sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in reuelatione gloriae eius gaudeatis exultantes. si exprobramini in nomine Christi, beati: quoniam gloriae et uirtutis dei spiritus super uos requiescit: ab illis blasphematur, a uobis autem honorificatur. nemo autem uestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor: si autem ut christianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine. quoniam tempus ut incipiat iudicium de domo dei. si autem primum a nobis, qui finis eorum qui non credunt dei euangelio? et si iustus uix saluabitur, impius et peccator ubi apparebit? itaque et hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei, fideli creatori

2 cf. Prou. 10. 12 19 cf. Prou. 11. 31

1 motuam *M* uosm&ipsus *M*, uobismetipsis *RS*[2]*av* 3 sinè mormura cione *M*, sine murmurationem *P*[1] accipit *P* 4 despensatores *M* 5 multiformes *CS*[1] 7 adminstra *P*[1], amministrat *S*[1] 8 Christum] *add.* dominum *a* saecula] *add.* sclorum. amen *P*[2]*v*, *add.* seculorum *a* xm̄i *MPRS*, cm̄i *C* 9 mirari] peregrinari *av* fit] *om.* *P*[1], sit *C* 10 no*ui *P* aliquid noui *a* uos *C* contigat *M*[1] 11 et *om.* *M*[1] reuelationem *P*[1] 12 exprobamini *MP*[1] in] pro *R* beati] *add.* eritis *av* 13 quoniam quod est honoris, gloriae et uirtutis dei, et qui est eius spiritus *av* requiescet *Sa* 14 *uerba* ab illis bl. a u. a. honorificatur *om.* *av* 16 appetitur *MP*[1] 17 glorificent *P*[1], glorificat *M*[1]*C* deum] dō *MC* isto] iusto *C* tempus] *add.* est *P*[2]*Rav* 18 de] di *C*[1] nobis *edd.* 19 qui] quis *v* fines *MP*[1] deo *P*[1] euangelium *MCR* si] *om.* *M* 20 saluatur *S* aparebit *M*, parebunt *CRav* 21 hi] i *M*, hii *P* qui *om.* *P*[1]

commendant animas suas in benefactis. Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro consenior et testis Christi passionum, qui et eius quae in futuro reuelanda est gloriae communicator, pascite qui est in uobis gregem dei, prouidentes non coactos, sed spontanee secundum deum, neque turpis lucri gratia, sed uoluntarie, neque dominantes in cleris, sed formae facti gregis ex animo. et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis inmarcescibilem gloriae coronam. similiter, adulescentes, subditi estote senioribus. omnes autem inuicem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis, omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum. quoniam ipsi cura est de uobis. sobrii estote, uigilate: quia aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens circuit quaerens quem deuoret. cui resistite fortes in fide, scientes eadem passionum ei quae in mundo est uestrae fraternitati fieri. deus autem omnis gratiae, qui uocauit nos in aeternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos

1 I Petr. 5, 1—11

1 commendent P^1Sv benefacientiſ P^1 qui *s. lin.* *M* 3 quae in] qui M^1 cūmcatur *M*, commonicatur *P*, cūdicat˜ *C*, cōmunicatur *S* in uobis eſt *av* 4 coactu *M*, coacto^ſ *P*, quoactoſ *C*, coacti* *S*, coacte *Rav* 5 ſpontanæe *M*, ſpontaneae P^2S deum] dñm M^1C 6 uoluntariae P^1S^1 ut dominantes *av* creriſ *M*, cleroſ S^1. clero S^2, ceteris *R* forma RS^2v gregi *R* 7 &ex *S* aparuit M^1, aparuerit S^1 principeſ *C*, princepſ (pſ *in ras.*) *S* paſtorũ (pa *in ras.*) *S* 8 inmarciſcibilem *MPC*, inmarce.... S^1 ſubditiſ P^1 9 autem] *om.* P^1 inuicem] *om.* S^1 humilitatem] *om.* P^1 10 inſinuantem *R* ſupboſ (-buſ *M*) *MC* humili^bꝰ *M* 11 potentia|ma manu (*corr. in marg.*) *M*, potiſſima manu P^1 12 ſoliti*nē (tudi *s. lin.*) *M* (*corr. al. m.*) 13 eom M^1 14 estote] *add.* et *RSv* diabuluſ MP^1 15 fortiſ *MP*, forte fortes *R* 16 *uerba* scientes — — fieri *om.* P^1 eſcienteſ *M* eadem P^2S^1: eandem MP^3CS^2av paſſionū MS^1: paſſionem P^2CRS^2av qui MCS^1 17 fraternitate *MCS* omneſ *M* gratiae] gloriae P^1 18 &ernum *S* paſſuſ M^2CS^1

ipse perficiet, confirmabit, solidabit. ipsi imperium in saecula saeculorum. amen.

XLV.

DE EPISTVLA EIVSDEM SECVNDA.

Per quae maxima nobis et pretiosa promissa donauit, ut per haec efficiamini diuinae consortes naturae, fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem. uos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. haec enim uobis cum adsint et superent, non uacuos nec sine fructu uos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitionem. cui enim non praesto sunt, caecus est et manu temptans, obliuionem accipiens purgationis ueterum suorum delictorum. quapropter, fratres, magis satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem et electionem faciatis. haec enim facientes non peccabitis aliquando. Et post paululum: Sicut et in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis et eum qui emit eos dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem.

5 II Petr. 1, 4–10 19 II Petr. 2, 1–3

1 confirmabit *s. l. M* solidabitque (-uitq; S^1) P^2CRSav ipsi gloria et *av* 2 EXPLICIT EPLA PETRI *(minio; add.* prior *al. m.)* INCIPIT DE SECVNDA *(minio)* | *S*, de eplā scī petri apostoli secunda *R* 4 secunda eiusdem *a* 5 quae] quem *av* maxime P^1 6 effugientes *R*, fugien|tes (ien *in ras.*) *S* 9 in scientiā .. in abstinentiā .. in patientiā .. in pietatē *M* 11 fraternitatis amorem *a* 12 haec (hec *M*) est enī *MC* que uob cū *C*, uobis si *R*, uobiscum *a*, si uobiscum P^2v 13 fructum M^1 14 cognitione *av* enim] *add.* haec P^2 sunt] *add.* haec *Sav* 15 accipiens *om. R* purgationes MP^1 19 paull. ū *C*, pauc. ū. *P*, paucos uersus *RS* et *om. P* erant MP^1C 20 introducentes *MPC* pditiones (-ci- *M*) M^1C emit] emisit *M*, enit (t *in ras.*) *P*, misit *C*, enit S^1 21 negantes P^2 deum negabunt *edd.*

et multi sequentur eorum luxurias. per quos uia ueritatis blasphemabitur et in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabuntur. quibus iudicium iam olim non cessat. perditio eorum non dormitat. Et alio loco: Nouit dominus pios eripere de temptatione. iniquos uero in die iudicii cruciandos reseruare. magis autem eos qui post carnem in concupiscentia inmunditiae ambulant dominationemque contemnunt. audaces. sibi placentes. sectas non metuunt, blasphemantes. ubi angeli. fortitudine et uirtute cum sint maiores. non portant aduersum se execrabile iudicium. hi uero uelut inrationabilia pecora naturaliter in captionem et in perniciem in his quae ignorant blasphemantes in corruptione sua et peribunt, percipientes mercedem iniustitiae. uoluntatem existimantes diei delicias. coinquinationes et maculae deliciis affluentes. in conuiuiis suis luxuriantes uobiscum, oculos habentes plenos adulterio et incessabiles delicti, pellicentes animas instabiles. cor exercitatum auaritiae habentes, maledictionis filii, derelinquentes rectam uiam errauerunt. Et post paucos uersus: Superbiam enim uanitatis

4 II Petr. 2, 9—15 18 II Petr. 2, 18—22

1 luxoriaſ *MP¹C* ueriτaſ *P¹* 2 *uerba* et in — — negotiabuntur *om. R* auariτiā *P* facτiſ *CS* 3 cessat] *add.* et *av* pdio *M¹* 5 de temptatione eripere *a (cf. v)* diem *av* reſeruare cruciandos *av* ſeruare *R* 6 eos *om. P¹* 7 conτempnunτ *PCRS* 8 meτuenτ *MC*, meτuunτ facere *RS²*, metuunt introducere *av* forτiτudinem *P¹* 9 cum ſinτ maioreſ & | uirτuτe *in ras. al. m. S* maioriſ *M*, maiori *P¹*, melioreſ *C* aduerſū ſeum (um *elut.*) *M*, aduerſum eoſ *P²*, aduerſuſeū *C* 10 uero] uobiſ *P¹*, *om. S* peccora *PCS* naτuliτer *M* 11 capτione *MC* in *ante* perniciem *om. edd.* qui *MC* 12 corrucτione *M*, corrupτionem *P¹* et *ante* peribunt *expunx. P²*, *om. av* 13 uolunτaτem *MPC*, uoluptatem *Sav*, *om. R* quoinquinaτioneſ *C*, coinquinaτioniſ *PRS²* 14 suis] *om. M¹*, *del. S²* luxorianτeſ *MP¹C* 15 adulterii *av* inceſſabileſ *CS¹*: inceſſabiliſ *MPS²av* 16 dilecτi *M*, delecτi *P¹* inceſſabili delicτo *R (cod. Amiat.)* pellicenτeſ (el *et* c *in ras. al. m.*) *M*, pellicienτeſ *CRav* inſτabiliſ *MPC* exerτiτaτū *M*, excecaτū *S¹* in auaritia *a*, auaritia *S²v* 17 malediτioneſ *MC* de*relinquenτeſ *M*, delinquenτeſ *P¹* 18 ſuperbia *P¹C (cod. Amiat.)*, ſuperba *P²S²v* uaniτaτe[ſ] loquenτiſ *P*

loquentes pellicent in desideriis carnis luxuriae eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis: a quo enim quis superatus est, huius et seruus est. si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri et saluatoris Iesu Christi his rursum inpliciti superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiae quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. contigit enim illis illud ueri prouerbii: canis reuersus ad suum uomitum, et: sus lota in uolutabro luti. Et post aliquantum: Cum haec omnia dissoluenda sint, quales oportet esse uos in sanctis conuersationibus et pietatibus, expectantes et properantes in aduentum diei dei. Et paulo post: Carissimi, haec expectantes satagite inmaculati et inuiolati inueniri in pace, et domini nostri longanimitatem salutem arbitramini. Et alio loco: Vos igitur, fratres, praescientes custodite, ne insipientium errore transducti excidatis a propria firmitate. crescite

10 cf. Prou. 26, 11   12 II Petr. 3, 11 et 12   14 ib. 14   17 ib. 17 et 18

1 pellicent* *S*, pelliciunt *av*   luxoriae (-rıe *MC*) *MP¹C*   paulū *P¹C*, paulolum *S*   4 ſeruoſ *M¹*   refugıens *R*   quoınquınatıoneſ *MC*   5 cognıtıone (nı *in ras.*) *P*   et] *om.* *Sa*   6 his] *add.* quı *P*   rurſuſ *P²Sav*   ınplıcataſ *P¹*, ınplıtıtıſ *M*, ınplıcıtıſ (ımpl. *S*) *CS¹*, ımplıcatı (ınpl. *P*) *P²Rav*   7 deterıora (ra *in ras. al. m.*) *M*, derıora *P¹*   prioribus *s. lin. add. al. m.* *M*   8 uıam********* (uerıtatıſ *elut.*) *M*   retroſum *M¹*   9 contıngıt *P¹*   10 uere *S¹*   prouerbıū *S²*   11 uomıtū ſuū *CS²a*   sus] ſuıſ *MC*, ſueſ (eſ *in ras.*) *P*   loto (o *pr. ex al. litt. corr. m. 2*) *M*, lota (a *ex* o) *P*   alıquando *P¹*, alıquanta *P²*   12 haec] *add.* ıgıt̃ *S²* (*cf. v*)   dıſſoluenda (da *in ras. al. m.*) *M*   sint] *om.* *MP¹C*, ſunt *P²*   qualeſ eſſe *P²*   oportet (et *ex corr.*) *P*   esse] *om.* *P*   13 pı&ate* *M¹*   14 diei] *lineola subducta del.* *S²*   dei] dñı *C¹*   kñı *MPRS*, cñı *C*   15 inuiolati] ımmolatı *P¹*   ınuenıre *MP¹C*, ınuenırı eı *P²*, ei inueniri *r*   16 & dñı nrı *s. lin. add. al. m.* *M*   17 p̃ſcıenſ *MC*, p̃ſcıencıas *R*   18 errore *om.* *S¹*   tranſductı (nſ *s. l. add.*) *M*, traſtuctı *P¹*, traducti *ar*   excedatıſ *MPC*

uero in gratia et in cognitione domini nostri et saluatoris Iesu Christi. ipsi gloria et nunc et in die aeternitatis. amen.

XLVI.

DE EPISTVLA IACOBI.

Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in temptationibus uariis incideritis, scientes quod probatio fidei uestrae patientiam operatur. patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. si quis autem uestrum indiget sapientiam, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter et non inproperat, et dabitur ei. postulet autem in fide, nihil haesitans: qui enim haesitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouetur et circumfertur. non enim aestimet homo ille quod accipiat aliquid a domino, uir duplex animo inconstans in omnibus uiis suis. glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos faeni transiet. exortus est enim sol cum ardore et arefecit faenum, et flos eius decidit et decor uultus eius deperiit: ita et diues in itineribus suis marcescet. beatus uir, qui suffert temptationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit deus diligentibus se. Et post pau-

5 Iac. 1, 2—12 15 cf. Eccli. 14, 18 et Es. 40, 6

1 uero (ero *in ras.*) *P* 2 diem *av* EXPLICIT EPISL PETRI ·II· | INCIPIT · DE EPL · IACOBI | (*minio*) *S* 4 Iacobi] *add.* apli *R* 5 temtationib; *P* 6 uariſ P^1 temptationeſ uariaſ S^2a (*cf. r*) incederitiſ MP^1 7 habet S^1av 8 ullo P^1 diffitienteſ *M* 9 intigat P^1 ſapiæn tientiā *M*, ſapientia *Rar* poſtulæt *M*, -lat *C* afluentur P^1 poſtulat *C* 10 autem *om.* P^1 fidem P^1 11 enim] autem *R* fluctui] tēptati M^1, tempeſtati M^2PR, tempeſtatiſ *C* quae *MPCS* 12 enim] ergo *MPCRv* exeſtimet (exe *add. al. m.*) *P* 13 ad dño *M* animo] *om.* *MC* inconstans] *add.* eſt *MCRv* 14 exultatione *MC* 15 humilitatem *MC* ſuam *C* 16 foeni *et* foenum *PS* tra ſi & *M*, tranſibit *Rv* 18 marcit M^1, marceſſit P^1, marceſcit M^2CS^1a, marceſſet *R* uir] *om.* *MPC* 19 coronam uitae] uitam *a* 20 quam] quia P^1 repromiſſit (miſſ *in ras.*) *M* paulolum *S*

lulum: Nolite itaque errare, fratres dilectissimi. omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Et post paucos uersus: Scitis, fratres mei dilecti: sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iracundiam. ira enim iustitiam dei non operatur. propter quod abicientes omnem inmunditiam et abundantiam malitiae, in mansuetudine suscipite insitum uerbum. quod potest saluare animas uestras. estote autem factores uerbi, et non auditores tantum fallentes uosmet ipsos. quia si quis auditor est uerbi et non factor, hic conparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suae in speculo: considerauit enim se et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit. qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis et permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. religio munda et inmaculata apud deum et patrem haec est: uisitare pupillos et uiduas in tribulatione eorum, inmaculatum se custodire ab hoc saeculo. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriae. Et post aliquot uersus: Audite, fratres mei dilectissimi: nonne deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide et heredes regni quod repro-

1 Iac. 1, 16 et 17 3 Iac. 1, 19—27 et Iac. 2, 1 4 cf. Prou. 17, 27 22 Iac. 2, 5–9

1 erra M^1P^1 fratres] *s. lin. add.* meı S^2(*v*) 2 obτımū MC^1 derurſum P^1 dıſcendenſ *M* 4 dılecτıſſımı M^2*Sav* uelux audıendum P^1 5 autem] *om. edd.* ıracondıam *M*, ıraſcendum *Sa*, ıram P^2*CRv* enim uiri $M^2P^2C^2S^2$*Rav* 7 abundenτıa *M*, habundanτıa *C* 8 poτerıτ P^1 ſτoτe M^1*C* 10 ıpſuſ *M* si quis] ſıcuτ *M*, ſıcuı *P* audıτur *et* facτur *M* est] *om. MC* (uerbi est *cod. Corb. ap. Sab.*) 11 nauıτaτıſ *M* 12 habuıτ *MC* 13 autem] enī *R* lege pfecτā lıberτaτē *C*, lege pfecτae lıberτaτıſ S^2*a* lıber *M* 14 permanserit] *add.* in ea *Rv* 15 relegıoſum P^1 17 huius] uıuſ MC^1 relegıum (l *ex* g *al. m.*) *M*, relegıo P^1 relegıo MP^1 19 eorum] *add.* eτ P^2*RSav* 21 alıquos *Ra* 22 pauperenſ (in *om.*) P^1 23 *post* diuites *uerba* in mundo *erasa in P* repromıſſıτ *M*, promıſıτ P^1

misit deus diligentibus se? uos autem exhonorastis pauperem. nonne diuites per potentiam opprimunt uos, et ipsi trahunt uos ad iudicia? nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super uos? si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis. si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. Et post paucos uersus: Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. superexaltat autem misericordia iudicio. Et post aliquantum: Nolite plures magistri effici, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. in multis enim offendimus omnes. si quis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir, potest etiam freno circumducere totum corpus. Et alio loco: Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena ueneno mortifero. in ipsa benedicimus deum et patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem dei facti sunt. ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. non oportet, fratres mei, haec ita fieri. Et post paucos uersus: Quis sapiens et disciplinatus inter

5 cf. Leu. 19, 18 8 Iac. 2, 13 10 Iac. 3. 1 et 2 14 Iac. 3, 8 -10 19 Iac. 3, 13—18 et Iac. 4, 1

1 exonaſꞇıſ M^1, exonoraſꞇıſ *C*, exhoneraſꞇıs *R*, exhonoraꞇıſ *S* 2 oprımunꞇ *MC*, obprımunꞇ *P* 3 nom̃ *s. lin. add. m. pr. M* nom̃ bonū *C* 4 nos *R* pſıꞇıꞇıſ M^1, pſecꞇıſ P^1, pſecıſꞇıſ M^2 *C* 5 dılıgıſ M^1P^1, dılıgeſ (e *in ras.*) *S* 6 oparamını *M* 7 redarguıꞇe M^1, redarguıꞇı M^2, redarguıꞇ *P*, ſedarguꞇı *C* 8 *uerba* illi qui n. f. m. s. a. misericordia *om.* P^1 facıꞇ S^2 9 misericordiam] mıſerıa (cordı *superscr.*) *M* (*corr. m. 1,*) mıſerıcordıa *C* superexultet *Erasmus* (superexultat *cod. Fuldensis*) mıſerıcordıam P^2 ıudıꞇıo *M*, (ın *superscr.*) ıudıcıo (ın *add. al. m.*) *S*, iudicium *v* 10 alıqua *R* effici] fıerı *Sav* 11 eſꞇıenꞇeſ *M* maius] magıſ *MC* ſūmıꞇıſ *M* 12 uerbo] lıngua *R* 13 poꞇe** M^1, poꞇerıꞇ P^1, poꞇenſ (ꞇeſꞇ *superscr.*) *S* etiam] enim *a* *uerba* Et alio loco: linguam — — potest *om. R* 14 poꞇerıꞇ P^1 15 ınquıꞇū M^1 uenenum P^1, ueneno (eno *in ras. al. m.*) *S* morꞇıferum S^1 16 et *ante* in *om. R* homınıſ M^1 *inter* ad *et* similitudinem *inser.* ımagınem et P^2 18 ita *om.* P^1 19 paucum P^1 quis] quı S^1 dıſcıplınaꞇoſ (u *superscr.*) *P* inter uos] *om. MPCR*

uos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. quod si zelum amarum habetis et contentiones in cordibus uestris, nolite gloriari et mendaces esse aduersus ueritatem. non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus prauum. quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, non diiudicans, sine simulatione. fructus autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem. Vnde bella et lites in uobis? nonne hinc, ex concupiscentiis uestris, quae militant in membris uestris? Item post paucos uersus: Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis uestris insumatis. adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est dei? quicumque ergo uoluerit amicus esse saeculi huius, inimicus dei constituitur. Et paulo post: Propter quod dicit: deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. subditi igitur estote deo: resistite autem diabolo, et fugiet a uobis. adpropiate deo, et adpropinquabit uobis. emundate manus, peccatores, et purificate corda, duplices animo. miseri estote et lugete. plorate: risus uester

13 Iac. 4, 3 et 4 17 Iac. 4, 6—11 cf. Prou. 3, 34

1 operam *a* 2 manſuetudɪnem P^1 sapientiae] pacɪencɪe *R* 3 conτenτɪoneſ *M* (ſ *add. al. m.*), conτenτɪoneſ ſunτ RS^2av 4 non eſt enim *av* 5 dɪſcendenſ *MP*, *add.* a patre luminum P^2 7 puca *M* 8 paτɪfica *M* ſuadebɪlɪſ P^1 9 mɪſericordɪae P^1Sa non] *om. Ra*, *del.* P^2S^2 deɪudɪcanſ *M*, ɪudɪcanſ P^2RS^2v ſɪmulaτɪa M^1 10 pacem P^1 11 lɪτɪſ *M* hinc] *om. a* 12 post pauc. uers.] paucum P^1, poſτ pauca P^2 13 p&ɪ*τɪſ (*ras.* ſ) *S* accɪpɪτɪſ (cɪ *in ras. al. m.*) *M*, accɪpɪ*τíſ (*ras.* e) *S* 14 ɪnſumaτɪſ (τɪſ *in ras. 6 litt.*) *P* adulτerɪ (ɪ *in ras.*) *P* 16 amɪcoſ *et* ɪnɪmɪcoſ *M* huius ſęculi *a* conſτueτ (e *in* ɪ *mut. m. al.*) *M* poſτ paul* *P* 17 dɪcɪτur *P* 18 igitur] ergo *av* 19 dɪablo M^1, dɪabulo *P* fugɪτ M^1 adpropɪaτe *MCS*: adpropɪ**aτe *P*, appropɪaτe *R*, appropinquate autem *a* deo] dño *S* et] *om. C* adppɪabɪτ (b *ex* u *m. pr.*) *S* 20 peccatores] *om.* MP^1CR, peccaτorɪſ *S* 21 duplɪceſ (ɪa *pro* eſ *pos. al. man.*) *M*, duplɪcɪ S^2 plorate] plureſ τe P^1, et plorate P^2av

in luctum conuertatur et gaudium in maerorem. humiliamini in conspectu domini, et exaltabit uos. nolite detrahere de alterutro, fratres. Et post paucos uersus: Vnus est legislator et iudex, qui potest perdere et liberare. tu autem quis es, qui iudicas proximum? ecce nunc qui dicitis: hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, et faciemus quidem ibi annum et mercabimur et lucrum faciemus — qui ignoratis, quid erit in crastinum: quae enim est uita uestra? uapor est ad modicum parens, deinde exterminatur — pro eo ut dicatis: si dominus uoluerit et si uixerimus, faciemus hoc aut illud. nunc autem exultatis in superbiis uestris: omnis exultatio talis maligna est. scienti igitur bonum facere et non facienti peccatum est illi. Age nunc, diuites, plorate ululantes in miseriis quae aduenient uobis. diuitiae uestrae putrefactae sunt, et uestimenta uestra a tineis comesta sunt. aurum et argentum uestrum aeruginauit, et aerugo eorum in testimonium uobis erit, et manducabit carnes uestras sicut ignis. thesaurizastis in nouissimis diebus. ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones uestras, qui fraudati sunt a uobis, clamant, et clamor ipsorum in aures domini sabaoth introiuit. epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis

3 Iac. 4, 12—17 et Iac. 5, 1—7

quaeritur in ecclesia et uerba illius cogitabunt in cordibus suis. Item illic: Homo pius in sapientia manet sicut sol: nam stultus quasi luna inmutatur. Item illic: Homo sensutus credit legi dei. Item illic: Vir peritus multos erudiuit, et animae suae suauis est. Item illic: Vir sapiens inplebitur benedictione, et uidentes illum laudabunt. Item illic: Sapiens in populo hereditabit honorem, et nomen eius erit uiuens in aeternum. Item in ecclesiaste: Cor sapientium in domo luctus, et cor insipientium in domo luxoriae. Item illic: Verba sapientium in requiem audientium. Item iob: Quoniam sapientia est timere dominum: abstinere autem se

Homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Item cap. XXII: Vir peritus qui multos erudiuit et animae suae suauis est. Item ibi: Vir sapiens inplebitur benedictione. Item ibi: Sapiens in populo hereditauit honorem. In ecclesiastic cap. II: Sapientis oculi in capite eius. Item cap. XI: Verba sapientium audiuntur in silentio. In iob cap. X: Quoniam sapientia est timere domi- α

Homo sanctus in sapientia manet usque stultus sicut luna inmutatur. Item cap. XXII: Vir peritus qui multos erudiuit et animae suae suauis est. Item cap. XXII: Vir sapiens implebitur benedictione et uidentes illum laudabunt. Item cap. XXI: Sapiens in populo hereditabit honorem et nomen eius erit uiuens in aeternum. In ecclesiaste cap. VII: Cor sapientium ubi tristitia est et cor stultorum ubi laetitia. Item cap. XI: Verba sapientium audiuntur in silentio. In iob cap. : Et dixit homini: ecce μ

2 Eccli. 27, 11 (12) 3 Eccli. 33 (36), 3 4 Eccli. 37, 19 (22) 5 ib. 24 (27) 7 ib. 26 (29) 8 Eccle. 7, 5 10 Eccle. 9, 17 11 Iob. 28, 28 15 Eccle. 2, 14

1 queritur *LC* in ecclesiam *SMC* illorum *C* cordibus (*om.* in) *MLC* 2 illic] in ecclesiastico *MLC* 3 quasi] ut *C*, sicut *v* inmutatur (imm- *M*) *SML*, mutatur *Cv* illic] ubi supra *MLC (5. 6)* sensutus *S*: sensatus *MLC* 4 illic] in ecclesiastico *MC*, ubi supra *L (8. 10)* peritus qui *αμ (cod. Amiat.)* erudiuit *MLCv*, erudibit *S* 5 implebitur *MLC* 7 sapiens *Sv*; uir sapiens *MLC* populo (*om.* in) *S* hereditauit *M* eius *om. M ab initio folii* 8 uiuens erit *MLC* 9 luxuriae *LC* 10 requie *MLC* iob *MLC*: illic *S* 11 timere deum *C*

a malis scientia est. Item tobi: Adtende autem tibi, fili, in omnibus operibus tuis, et esto sapiens in uniuersis sermonibus tuis: et quod nolueris tibi fieri, alio ne feceris. Item in prouerbiis: Sapiens timendo declinat a malo, stultus uero sibi confidens miscetur iniquo.

XXXVIIII.

DE CONVERSATIONE IVVENVM.

In psalmo CXVIII: In quo corrigit iuuenior uiam suam? in custodiendo sermones tuos. Item in prouerbiis solomonis: Scire sapientiam et disciplinam, et intellegere sermones prudentiae, ac percipere uersutias sermonum, atque intellegere iustitiam ueram, et iudicium dirigere iustum: ut det innocentibus astutiam, puero autem iuniori sensum et peritiam: his enim auditis sapiens sapientior erit. Item

α num. Tobias cap. : Adtende autem tibi, fili, in omnibus operibus tuis et esto sapiens. In prouerbiis cap. : Sapiens timendo declinat a malo.

XXXVIIII. DE CONVERSATIONE IVVENVM. In psalmo CXVIIII: In quo corregit iunior uiam suam? In prouerbiis cap. :

μ timor domini ipsa est sapientia usque intelligentia. In tobi cap. : Adtende tibi, fili, ab omni fornicatione usque uide, ne alteri tu aliquando facias. Item in prouerbiis cap. XIIII: Sapiens timet et declinat malum.

XXXVIIII. DE CONVERSATIONE IVVENVM. In psalmo CXXIII: In quo corrigit iuuenior uiam suam? In prouerbiis cap. I: Ad sciendam sapientiam et disciplinam usque sapiens sapientior

1 Tob. 4, 14 et 15 (16) 4 Prou. 14, 16 8 Ps. 118, 9 10 Prou. 1, 2—5

1 scientia (*om.* est) *C* attende *VC* 3 alio *SL (cod. Amiat.)*: alii *MVC*, alteri *v* facias *Mv* 8 salmo *V* CXVII *S, num. om. L* corrigit *SVLCv*: corriget *M* (κατορθώσει), *cf. 334, 3* iunior *C* 9 solomonis *om. MVLC* 10 et (*ante* intelleg.) *om. MVLC* 11 adq; *S* 12 dirigere] diligere *VLC* (κατευθύνειν) 14 enim *S*: autem *MVLC*

illic: Fili, non te conpraehendat mala cogitatio, quae dereliquit doctrinam adulescentiae, et testamentum diuinum oblita est. posuit enim aput mortem domum suam, et aput infernum cum terrigenis sunt cursus eius. omnes qui uadunt per illam, non reuertentur, sed in paenitentiam uenient. Item illic: Fili, ne deficias: serua autem meum consilium et cogitationem: ut uiuat anima tua semper et gratia sit circa tuam ceruicem. tunc sanitas erit carnibus tuis et diligentia ossibus tuis. Item illic: Vias impiorum noli ingredi, neque aemuleris uias iniquorum: in quocumque loco castra constituerint, non eas illuc: diuerte autem ab eis et declina. Item illic: Omni custodia serua cor tuum: ex his enim exitus sunt uitae. aufers a te prauum os, et iniqua labia longe expelle a te. oculi tui recta uideant, palpebrae autem tuae adnuntient iusta. recta itinera fac tuis pedibus, et uias tuas dirige: nec

At scientiam et disciplinam. Item cap. VI: Fili mi, adtende α
sapientia mea. Item cap. VIIII: Fili mi, custode sermones meos. Item cap. VIII: Nunc ergo, fili, audi me et adtende uerba oris mei. Item cap. V: Omni custodia serua cor tuum. In eccle-

erit. Item cap. III: Fili mi, si susceperis sermones meos usque μ
omnes qui ingrediantur ad eam non reuertentur. Item cap. III: Fili mi, ne obliuiscaris legis meae usque et inrigatio ossuum tuorum. Item cap. V: Non delecteris semitis impiorum usque declina et desere eam. Item cap. V: Omni custodia serua cor

1 Prou. 2, 16—19 6 Prou. 3, 1—8 9 Prou. 4, 14 et 15 12 ib. 23—27 16 Prou. 5, 1 17 Pr. 7, 1 18 ib. 24 20 Pr. 2, 1. 19

1 ubi supra *MVLC (9. 11)* conpraehendat *SMV,* compreh- *LC* cogitatio mala *L* dereliquid *S,* derelinquit *MVLC* 2 et *om. MVLC* 4 terregenis *SMV*[1] 5 illic] in prouerbiis *MVLC* 6 consilium meum *C* 7 tuam ceruicem *S*: tuum collum *MVL,* collum tuum *C* 9 emuleris *VLC* 10 in *om. MVLC* quocumquae *S* constituerint castra *V* 11 deuerte *MV* autem *om. C* 12 sunt *om. MVLC* 13 aufers *SML,* aufer* (*rasa* s) *V*: aufer *C* 13 *uerba* prauum os et i. l. e. a te *om. M* repelle *VLC* 14 palphebrae *SM*[1] (h *rasa in M*) annuntient *MVC* 15 nec] ne *MC*

declines in dextram uel in sinistram, auerte autem pedem tuum a uia mala. Item illic: Ornamentum adulescentibus sapientia, gloria autem seniorum cani. Item in ecclesiastico: Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam, et usque ad canos inuenies sapientiam. quasi is qui arat et seminat accede ad illam, et sustine bonos fructus illius. in opere enim illius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius. quam aspera est nimium indoctis: et non permanebit in illa excors. Item illic: Cum sancto adsiduus esto, quemcumque cognoueris conseruantem timorem domini. Item illic: In multitudine presbiterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde coniungere: et omnem narrationem dei uelis audire, et prouerbia laudis non effugiant te. uidens sensutum euigila ad illum, et gradus ostiorum illius exprimat pes tuus. cogitatum habe in praeceptis dei, et in mandatis eius adsiduus esto: et ipse cor dabit tibi, et concupiscentia sapientiae dabi-

α siastico cap. V: Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam. Item ibi: In multitudine presbiterorum prudentium sta. Item cap.

μ tuum usque auerte pedum tuum a malo. Item cap. XXI: Exultatio iuuenum fortitudo eorum, et dignitas senum canities. In ecclesiastico cap. V: Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam usque et non permanebit in illa excors. Item cap. XXI: Cum uiro sancto maxime assiduus esto usque timorem domini. Item cap. V: In multitudine praesbyterorum prudentium sta usque

2 Prou. 20, 29 4 Eccli. 6, 18—21 9 Eccli. 37, 12 (15) 10 Eccli. 6, 34 (35)—37

1 dexteram *VLC* uel] neque *MVLC* senestram *S*, sinistra *M* pedum *S* 2 *uerba* Item — Ornamentum — — *(p. 474, l. 14)* misericordiae suae *om. V* 5 his *SM* adcede *M*, accedit *L* 6 fructos *S* 9 *et* 10 illic] ubi supra *MLC* assiduus *MLC* 10 dei *MC* multitudinem *S* 11 praesbiterorum *SM* sta *S*: insta *MLC* 12 uellis *M* 13 effugient *L* uidens *S*: et si uideris *MLCv* sensutum *S*: sensatum *MLCv* 14 ostiorum *MLC*: os|tuorum *S* exprimat *S*: exterat *LCv*, extiterat *M* cogitatum *MLCv*: agitatum *S* 15 in praeceptis eius maxime assiduus esto *MLC* (*om.* dei et in mand.)

tur tibi. Item illic: Fili, in uita tua tempta animam tuam: et si fuerit nequa, non des ei potestatem. non enim omni animae omne genus placet. Item illic: Adulescens, loquere in tua causa uix interrogatus. habeat caput responsum tuum. in multis esto quasi inscius simul et quaerens. in medio magnatorum ne praesumas, et ubi sunt senes non multum loquaris. ante grandinem praecedit coruscatio, et ante hominem uerecundum praecedit gratia. et si hora est surgendi, non trices. praecurre autem prior in domum tuam: illic auocare, illic lude et age conceptiones tuas, et non in delictis aut uerbo superbo, sed in benedicendo eum qui te benedixit, qui te repleuit bonis suis et satiat te bonis suis. Item in ecclesiaste: Laetare, adulescens, in iuuentute tua, et bene disponat cor tuum in diebus adulescentiae tuae: et ambula in uia cordis tui sine macula et non in audacia in aspectu

: Fili, in uita tua tempta anima tua usque qui te benedixit α
bonis suis. In ecclesiasten cap. XI: Laetare, iuuenis, in adu-

dabitur tibi. Item cap. XVIII: Adulescens, loquere in tua causa μ
uix usque ab omnibus bonis suis. Item cap. XXI: Fili, in uita tua tempta animam tuam usque omne genus placet. In ecclesiaste cap. XI: Laetare ergo, iuuenis, in adulescentia tua

1 Eccli. 37, 27 et 28 (30 et 31) 3 Eccli. 32 (35), 7—13 (10—17) 13 Eccle. 11, 9 et 10 et Eccle. 12, 1

1 illic] in ecclesiastico *MLC* tempta enim animam *S* 2 nequam *MLCv* potestatem | omni *S* (*om.* non enim *ab initio lineae*) 3 omni genus *S* item illic *om. MLC* adolescens (adhol- *C*) *MLC*, adobscent *S* 4 in tua causa uix *MLC*: intuitu *S* abeat *M*[1] 5 querens *SC* 7 grandine *M* choruscatio *MC* 9 trices *MLC*, *om. S*, te trices *v* precurre *LC* prior *Sv*: *om. MLC* illic auocare *MLCv*, illic aduocare *C*, illico uocare *S* 10 delectis *S* 12 *uerba* qui te r. b. s. e. s. te *om. MLC* replebit *S* 13 eccl, *S*, ecclesiastico *MC*, ubi supra *L* laetare (let- *LC*) *MLC*: *om. S* adulescens *SM*, adol- *L*, iuuenis *Cv* iuuentute] adholescentia *C*(*v*) 14 adolescentiae (adhol- *C*) *LC*, iuuentutis *v* et ambula *MLCv*, ambula *S* 15 in audacia | aspectu (*om.* in *ab initio lineae*) *S*

oculorum tuorum. et scito, quod super haec omnia adducet te deus in iudicium. repelle iram a corde tuo, et remoue nequitiam a carne tua, quia adulescentia et stultitia uanitas est. et memor esto eius qui te creauit in diebus adulescentiae tuae. Item in hieremia propheta: Sors mea dominus, dixi: ideo sustinebo ipsum. bonus est dominus sustinentibus eum. anima, quae quaesierit eum, bonum est sustinere et sperare in salutare dei. bonum est uiro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua: sedebit singulariter et silebit, quia tulit super se iugum graue. dabit in fossa os suum: si tamen est spes patienti. dabit percutienti maxillam suam, et satiabitur in obprobriis: quia non repellet me in aeternum dominus. quia cum humiliauerit, miserebitur secundum multitudinem misericordiae suae. Item tobi: Tu autem in omnibus diebus uitae tuae, fili, time deum tuum, et ne uelis peccare uel praeterire praecepta eius: quoniam misericordia et ira ab ipso est. diligens autem iustitiam in omnibus diebus uitae tuae bene facito coram ipso, et noli ambulare in uiis iniqui-

α lescentia tua. In hieremia cap.   : Sors mea dominus, dixi usque secundum multitudinem misericordiae suae. In tobi cap.   : Tu autem in omnibus diebus uitae tuae, fili, time dominum.

μ usque in diebus iuuentutis tuae. In lamentatione hieremiae cap.   : Pars mea dominus, dixit anima mea usque secundum multitudinem miserationum suarum. In tobi cap.   : Omnibus autem diebus uitae tuae in mente habe deum usque praecepta dei

5 Thren. 3, 24—32   14 Tob. 4, 5 (6)

3 adulescentiae et *M*   4 aduliscentiae *S*, adolesc- *L*, adholesc- *C*   5 iheremia *C*   propheta *om. MLC*   7 quesierit *LC*   8 uiro cum] ut uir cum uir *C*   9 sedebit singularis et tacebit quoniam tulit *MLC*   10 grauae *M*   11 patiendi *C*   12 obprobriis (*om.* in) *MLC*   repellet *MLCv*, repellit *S*   13 miserebitur] exaltabitur *C*[1]   14 misae|ricordię *S*   15 dn̄m *MVL*   uellis *M*   16 eius] *add.* et *S*   17 dirigens autem ad iustitiam *MV LC*, diligens autem iustitiam *S*, *cf. 368, 2*   18 iniquitatib; *S*

tatis. Item illic: Et nunc, filioli, hoc est quod mando uobis, ut in quo instituo uos seruiatis deo et faciatis coram illo quod placet illi. sed et uos mandate filiis uestris ut operentur iustitiam et facientes elemosynam memores sint dei in omnibus uiis suis et benedicant nomen illius in omni tempore in ueritate et in tota uirtute sua. Item apostolus ad timotheum: Iuuenalia autem desideria fuge: sectare uero iustitiam, fidem, caritatem, pacem cum his qui inuocant deum de corde puro.

XL.

NON PERIVRANDVM.

In leuitico: Non iurabitis nomine meo iniuste, et non profanabitis nomen sanctum: ego sum dominus uester. Item in psalmo XIIII: Qui iurat proximo suo et non decipit

Item cap. : Et nunc, filioli, usque in ueritate et tota uirtute tua. Ad timotheum cap. : Iuuenilia autem desideria fuge. α
XL. NON PERIVRANDVM. In leuitico cap. : Non iurabitis in nomine meo iniuste et non prophanabitis nomen sanctum meum: ego dominus deus uester. In psalmo XIIII: Qui iurat proximo

nostri. Item in tobi cap. : Audite ergo, filii, patrem uestrum, seruite domino in ueritate usque et tota uirtute sua. Ad timotheum II ⟨II *s. l. add.*⟩ cap. III: Iuuenilia autem desideria fuge usque de corde puro. μ
XL. NON PEIVRANDVM. In leuitico cap. XI: Non peierabis in nomine meo nec pollues nomen dei tui: ego dominus. In psalmo XIIII: Qui iurat proximo suo. In XXIII: Qui non accipit in

1 Tob. 14, 10 et 11 7 II Tim. 2, 22 12 Leu. 19, 12 14 Ps. 14, 4

1 *uerba* Item — Et nunc — — uirtute sua *om. V* illic] tobi *MLC* 3 ut *SL*: et *MC* 4 elymosynam *S*, elemosinā (ael- *M*) *MLC* 6 item apostolus *om. V* apostolus] paulus *L* 7 iuuenilia *MLv*, iuuenialia *VC* 9 dn̄m *MVLCv* de puro corde *V* 12 leuuitico *S* iurabis *L*, periurabis *Cv* nomine *S*, in nomine *MVLCv* iniustae *SM* 13 prophanabis *C*, pollues *v* sanctum] *add.* meum *MVLC* dominus] *add.* deus *MVLC* 14 decipit *MVLCv*: decepit *S*

eum. Item in psalmo XXIII: Qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit proximo suo in dolo, hic accipiet benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo. Item in libro sapientiae: Aut enim dum laetantur, insani fiunt, aut uaticinantur falsa, aut uiuunt iniuste, aut periurant cito. dum enim confidunt in idola, quae sunt sine anima, male iurantes laedi se non sperant, et iniuste iurauerunt, ficte contemnentes iustitiam. Item in zacharia propheta: Et iuramentum falsum nolite diligere, quia haec omnia odiui, dicit dominus omnipotens.

XLI.

NON IVRANDVM.

In ecclesiastico: Iurationi non adsuescas os tuum: multi enim casus in illa. et nominibus non admiscearis, quo-

α suo. In XXIII: Qui non accipit in uanum animam suam. In sapientia cap. VIIII: Aut uiuunt iniuste aut periurant cito. In zaccharia cap. : Et iuramentum falsum nolite diligere.
XLI. NON IVRANDVM. In ecclesiastico cap. XI: Iurationi

μ uanum animam suam. In sapientia cap. VIIII: Aut enim dum laetantur insaniunt aut uaticinantur falsa usque in dolo contempnentes iustitiam. In zacharia cap. : Et iuramentum mendax ne diligatis.
XLI. NON IVRANDVM. In ecclesiastico cap. XII: Iurationi non adsuescat ⟨t *in ras.*⟩ os tuum usque et si in uacuum iura-

1 Ps. 23, 4 et 5 4 Sap. 14, 28—30 9 Zach. 8, 17 13 Eccli. 23, 9—11 (9—14)

1 eum *om. MVLCv* Item in prouerbiis Accendit falsa testis iniquus et immittit iuditia inter fratres. Item in psalmo uicesimo tercio Qui non accipit — *C* XXIIII *V* uanum *L* 2 suam *om. C* iurabit *L*, iurat *s. l. V*[2] in dolo proximo suo *MVLCv* accepiet *S* 5 fient *MV*[1]*C*, fiant *L* uatiginantur *S* iniustae *SM* 7 anima male (-læ *V*) *MVLC*: animale *S* iurantis *L* ledi *SVLC* in iustę *S*, iniustae *M* iurauerunt] *add.* et *MVLC* 8 fictae *SM* contempnentes *MVC* item *om. V* 13 adsuescat *MLC(v)*, adquiescat *V* 14 nominibus *om. MVLC*

niam non eris inmunis ab eis. sicut enim seruus interrogatus adsidue a liuore non minuetur, sic omnis iurans et nominans in toto a peccato non purgabitur. uir multum iurans inplebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga: et si uane iurauerit, non iustificabitur. Item illic: Loquella multum iurantis horripilationem statuet. Item secundum matthaeum: Audistis quia dictum est: non periurabis, sed reddes domino iuramenta tua. ego autem dico uobis, ne omnino iuretis, neque per caelum, quia sedes dei est, neque per terram, quia scabillum est pedum eius, neque per hierusolymam, quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes ullum capillum album facere aut nigrum. sit autem sermo uester: est est, non non: quod autem amplius est, a malo est.

non adquiescat os tuum. Secundum matheum cap. : Au- *α*
distis quia dictum est: non periurabis.

uerit, non iustificabitur. Item cap. XIIII: Loquella multum *μ*
iurans horripilationem capitis statuet. Secundum matheum cap. IIII: Audistis quia dictum est antiquis: non peiarabis ⟨s *in ras. compl. litt.*⟩ usque quod autem his abundantius est a malo est.

5 Eccli. 27, 14 (15) 7 Matth. 5, 33–37

1 inmunis *MC* 2 adsiduae *S*, assidue *MVLC* labore *V* non *MVLCr*, *om. S* minuetur *MVLC*, minuitur *Sr* 3 implebitur *MVLC* 4 discedet *Cr*: discedat *S*, discedit *MVL* 5 uanae *S* iustificabitur *Sr*: iustificatur *MVLC* item *om. V* illic] ubi supra *MVLC* loquella *M*, loqui illa *S*, loquela *VLC* 6 horrepilationem *S*, obripilationem *MVC*, oppilationem *L* statuat V^1 in euangelio secundum *MLC* 7 math *S*, matheum *LC* perierabis *S* 8 iuramentum tuum (tuum *om. V*) *VC* 9 iuratis *S* celum *S* sedis *S* 10 scabillum *S*, scabellum *MVLC* hierosolimam *ML*, ierosolimam *V*, iherosolimam *C* 11 regis magni *V* nequae *S* 12 iuraueris *om. C* ullum] unum *Mr* facere album *MVLC*

XLII.

NON DICENDVM FALSVM TESTIMONIVM.

In exodo: Non dices falsum testimonium aduersus proximum tuum. non consenties cum iniusto fieri testis iniustus. Item in psalmo XXXIIII: Exurgentes testes iniqui quae ignorabam interrogabant me, retribuebant mihi mala pro bonis. Item in prouerbiis: Accendit falsa testis iniustus et inmittit iudicia inter fratres. Item illic: Testis autem uelox linguam habet iniquam. Item illic: Eripiet de malis animam testis fidelis, incendit autem falsa dolosus. Item illic: Vir mutabilis lingua incidet in mala. Item illic:

α XLII. NON DICENDVM FALSVM TESTIMONIVM. In exodo cap. LXXXI: Non dices falsum testimonium. In psalmo XXXIIII: Exsurgentes testes iniqui quae ignorabam interrogabant me. In prouerbiis cap. VII: Testem fallacem et eum qui seminat inter fratres discordia. Item cap. XIII: Qui autem testis est repentinus concinat linguam mencii. Item cap. XIII: Testis fidelis non mentietur, proferet autem mendacium dolosus. Item cap. XV: Liberat animam testis fidelis, profert mendacium uersipellis. Item

μ XLII. NON DICENDVM FALSVM TESTIMONIVM. In exodo cap. XI: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. In psalmo XXXIIII: Exsurgentes testes iniqui quae ignorabam interrogabant me. In prouerbiis cap. VII: Testem fallacem et eum qui seminat inter fratres discordia. Item cap. XIII: Qui autem testis est repentinus concinnat linguam mendacii. Item cap. XIII: Testis fidelis non mentietur, proferet autem mendacium dolosus. Item cap. XV: Liberat animam testis fidelis, profert

3 Exod. 20, 16 et Exod. 23, 1   5 Ps. 34, 11 et 12   7 Prou. 6, 19   8 Pr. 12, 19   9 Pr. 14, 25   11 Pr. 17, 20   17 Pr. 14, 5

5 tricesimo tercio *C*   exsurgentes *MV²LC*   7 Item — Accendit — — fratres *om. hoc loco (exhib. supra 476, 1) C*   *uerba* Item — Accendit — — Testis — — habet iniquam *om. V*   ascendit *L*   falsus *L²*   inmittet *L*, immittet (et *in ras.*) *M*   8 illic] in prouerbiis *MC*, ubi supra *L*   9 in prouerbiis *MVC*, ubi supra *L*   10 *uerba* Item — Vir — — Testis f. — — Testis m. — — *(479, 3)* loquetur *om. V*   11 ubi supra *ML*, in prouerbiis *C*   incidet *ML*, incadet *S*   *om.* incidet — falsus *C*   ubi supra *ML*

Testis falsus non erit inpunitus: qui autem accusat iniuste, non euadet. Item illic: Testis mendax peribit, uir autem oboediens caute loquetur. Item illic: Noli esse testis mendax in ciuem tuum, neque dilateris labiis tuis. Item illic: Claua et gladius et sagitta perniciosa sunt: sic et uir, qui aduersus amicum suum testimonium falsum dicit. Item illic: Lingua mendax odit ueritatem, os autem incontinens facit seditiones.

XLIIII.

NON MENTIENDVM.

In exodo: Non facietis furtum, et non mentiemini, nec calumniam faciet quisquam proximo suo. Item in libro sapientiae: Os autem, quod mentitur, occidit animam. Item in ecclesiastico: Noli narrare mendacium aduersus fratrem

cap. : Testis falsus non erit inpunitus. Item cap. XX: α
Testis iniquus deridet iudicium. Item cap. XXVII: Lingua fallax non amat ueritatem.

XLIII. NON MENCIENDVM. In exodo cap. XLII: Non facies furtum et non menciemini. In sapientia cap. V: Os autem quod mentitur occidit anima. In ecclesiastico cap. : Noli

mendacium uersipellis. Item cap. XX: Testis falsus non erit μ
impunitus. Item cap. XX: Testis iniquus deridet iudicium. Item cap. XXVII: Lingua fallax non amat ueritatem.

XLIIII. NON MENTIENDVM. In leuitico cap. XI: Non facietis ⟨tis *ex corr.*⟩ furtum et non mentiemini. In sapientia cap. I: Os autem quod mentitur occidit animam. In ecclesiastico cap. V: Noli narrare mendacium aduersus fratrem tuum usque

1 Prou. 19, 5 2 Prou. 21, 28 3 Prou. 24, 28 5 Prou. 25, 18 7 Prou. 26, 28 11 Leu. 19, 11 13 Sap. 1, 11 14 Eccli. 7, 12 (13) 16 (22) Prou. 19, 28

1 iniustae *S* 2 euadit *L* in prouerbiis *MC*, ubi supra *L* 3 obaediens *S* loquitur *MLC* ubi supra *MLC* 4 dilateris *MVLC*, delateris *S* ubi supra *MVLC* 6 falsum testimonium *V* 7 in prouerbiis *MVC*, ubi supra *L* ////tinens *V*[1], timens *V*[2] 10 mentium *S* 11 in exodo *SMLC*, in prouerbiis *V* 12 faciat *L* 13 occidet *M*

tuum, neque in amico similiter facias. Item illic: Noli uelle mentiri omne mendacium: adsiduitas enim illius non bona. Item illic: Superuacuitas nequa homini mendacium: in ore indisciplinatorum adsidue erit. Item in hieremia propheta: Mendacium et non fides inualuit super terram, quia a malis mala exierunt, et me non cognouerunt. Item illic: Melior est pauper ambulans in ueritate quam diues mendax. Item paulus apostolus ad ephesios: Deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra. Item ad colossenses: Nolite mentiri inuicem, spoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis. Item iohannes apostolus: Omne mendacium non est de ueritate.

α narrare mendacium. Item cap. V: Noli uelle mentiri. In hieremia cap.   : Mendacium et non fides inualluit super terram. Item cap.   : Melior est pauper ambulans in ueritate quam diues mendax. Ad effesios cap.   : Deponentes mendacium. Ad colosenses cap.   : Noli mentiri inuicem. Iohannes cap.   : Omnem mendacium non est de ueritate.

μ assiduitas enim illius non bona. Item cap. XI: Obprobrium enim nequam in homine mendacium et in ore indisciplinatorum assidue erit. In hieremia cap.   : Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii usque et me non cognouerunt, dicit dominus. In prouerbiis cap. XX: Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua quam diues torquens labia insipiens. Paulus ad ephesios cap. V: Propter quod deponentes mendacium usque sumus inuicem membra. Ad colosenses cap. IIII: Nolite mentiri inuicem usque ** ueterem hominem cum actibus suis. Item iohannes I epistula cap. VII: Omne mendacium ex ueritate non est.

1 Eccli. 7, 13 (14)   3 Eccli. 20, 24 (26)   5 Hier. 9, 3   7 Prou. 19, 1   8 Ephes. 4, 25   11 Coloss. 3, 9   12 I Ioh. 2, 21

1 ubi supra *MVLC (sic l. 3)*   2 mentire *L*   assid. *MVLC*   non] *add.* est *V²Cv*   3 *uerba* Superuacuitas — — Mendacium — — Melior — — Deponentes — — membra Item ad colossenses *om. V*   nequa *SM*, neq; *L*, nequā *C*   4 adsiduae *S*, assidue *MLC*   iheremia *C*   5 propheta *om. MLC*   7 in hieremia *MLC*   8 apostolus *om. MLC*   efesios *S*, effesios *LC*   9 unusquisquae *S*   10 colosenses *MLC*   12 Item ioh. apost.] ad colosenses *V*   ioħ *S*   apostolus *om. MLC*   13 de ueritate *MVL*, ex ueritate *Cv*, ueritatem *S* (*om.* de)

XLIIII.

DE INTERDICTV IDOLATRIAE.

In exodo: Descendit autem moyses ad populum. et dixit illis: locutus est dominus omnia haec uerba. dicens: ego sum dominus deus tuus. qui eduxi te de aegypto. de domo seruitutis. non erunt tibi dii alii praeter me: non facies tibi idolum, nec cuiusquam similitudinem. quaecumque in caelo sunt sursum aut quaecumque in terra deorsum: non adorabitis eos, neque seruietis illis: ego sum dominus deus uester. Item illic: Et dixit dominus ad moysen: haec dices domui iacob, et testaberis filiis israhel. dicens: uos uidistis quoniam de caelo locutus sum ad uos: non facietis uobis deos argenteos neque deos aureos, nec facietis uobis ipsis idolum. Item illic: Sacrificans diis eradicabitur nisi domino soli. Item illic: Et nomina deorum alienorum non recordabitis.

XLIIII. DE INTERDICTV IDOLATRICIAE. In exode cap. XLII: Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra aegipti de domo seruitutis: non habebis deos alienos. Item cap. XLIII: Non facies deos argenteos nec deos aureos. Item cap. : Non α

XLIIII. DE INTERDICTV IDOLATRIAE. In exodo cap. XI: Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra aegypti de domo seruitutis: non habebis deos alienos usque neque coles. Item cap. XII: Non facietis deos argenteos nec deos aureos. Item μ

3 Exod. 19, 25 et Exod. 20, 1–5 10 Exod. 20, 22 et 23 14 Exod. 22, 20 15 Exod. 23, 13

2 interdicto *L* idolatriae *SMVLC* (ydol- *C*) 3 discendit *S* 4 loquutus *M* uerba haec *L* 6 alii dii *V* preter *S* 7 cuiusquam *S*, ullam *MVLC*, omnem *v* 8 susum *S*[1] et quae in terra *MVLCv* adorabis *Vv* 9 illis] eis *MVLC* deus *om. C* 10 illic] in exodo *MVLC (sic infra)* dicis *S* 11 istrahel *S* quoniam] quomodo *C* 12 celo *L* 13 ipsis *om. MVLC* 14 *uerba* Item — Sacrificans — — *usque ad (p. 483, l. 13)* deus uester *om. V* nisi] preter *L (cf. cod. Amiat.)*, praeterquam *v* 15 illic] ubi supra *MC*, in exodo *L*

nec audiantur de ore uestro. Item illic: Non adorabitis deos eorum, neque seruietis illis. non facies secundum opera illorum, sed depones et exterminabis et confringes simulacra eorum, et seruietis domino deo uestro. et benedicam panem tuum et aquam tuam, et auertam infirmitatem a uobis. Item illic: Adtende tibi, ne casu disponas testamentum ⟨his⟩ qui sedent super terram, in quam intraturus es, ne sit offensio eorum in uobis. aras illorum destruetis, et titulos illorum comminuetis, et lucos eorum excidetis. non enim adorabitis deo alio: ego enim sum dominus deus tuus: zelo nomen, deus zelans est. ne casu disponas testamentum his qui sedent super terram, et forniceris post deos eorum, et inuitent te et manduces de sacrificiis eorum: et sumatis ex filiabus illorum filiis uestris, et filias uestras detis filiis illorum: et fornicentur filiae tuae post deos eorum. et deos fusiles non facietis uobis. Item in leuitico: Non seruietis

α adorabis deos usque infirmitatem a uobis. Item cap. : Adtende tibi ne casu ponas usque dominus deus uester. Item

μ cap. XII: Non adorabis deos eorum usque et auferam infirmitatem de medio tui. Item cap. XII: Non inibis cum eis foedus usque quod tibi certo erit in scandalum. Item cap. XVI: Caue ne umquam cum habitatoribus terrae illius iungas amicitias usque deos conflatiles non facies tibi. In leuitico cap. XVI: Non facietis

1 Exod. 23, 24 et 25 6 Exod. 34, 12—17 16 Leu. 19, 4
20 Ex. 23, 32 et 33

1 audiatur *ML¹C* illic] in exodo *MLC (6)* 6 disponas *S* (*διαθῃ cod. Alx.*), ponas *MLC* (*θῇς*) 7 his *om. SMLC* 8 eorum (*om.* in uobis a. i. d. e. t. illorum) *M* aras eorum *Lv* titulos eorum *LC* 10 deo alio *S* (*θεῷ ἑτέρῳ cod. Alx.*): deum alienum *MLCv* ego enim sum dominus deus tuus *S (cf. Exod. 20, 5)* zelo nomen deus zelans est *S* (*ζηλωτὸν ὄνομα, θεὸς ζηλωτής ἐστιν, uidetur interpres legisse ζηλῶ τὸ ὄνομα . .*) ego . . . zelans est] ego enim sum dominus deus zelans nomen est mihi *MLC*, dominus zelotes nomen eius, deus est aemulator *v* 11 ne casu disponas *MC*, ne casu disponans *S*, nec asiduis ponans (iduis *in ras. m. 2*) *L* his *S*, cum his *MLC* 13 ex] de *L* 14 illorum] earum *(bis) L* 16 *uerba* Item — Non s. i. e. d. f. n. facietis uobis *om. MLC* leuuitico *S*

idolis, et deos fusiles non facietis uobis: ego sum dominus deus uester. Item illic: Nolite manducare in montibus: non auspicabitis, non augurabitis. Item illic: Non sequemini uentriloquos et incantatoribus non adherebitis, ut coinquinemini in eis: ego sum dominus deus uester. Item illic: Et anima, quae secuta fuerit uentriloquos aut incantatores, ita ut fornicentur sectando eos, et constituam uultum meum super animam illam et perdam illam ex populo suo, et eritis sancti, quia sanctus sum ego dominus deus uester. Item illic: Non facietis uobis idola manu facta, neque sculptilia, neque stantes lapides constituetis uobis, neque lapidem sculptum perspicuum ponetis in terra uestra, ut adoretis ea: ego sum dominus deus uester. Item in numeris: Et auferetis speculas eorum, et omnia simulacra eorum conflatilia perdetis, et omnes lapides statutos eorum auferetis. Item in deute-

cap. : Noli manducare in montibus. Item cap. : Non α
sequimini uentri. Item cap. : Et anima quae secuta fuerit uentri usque dominus uester. Item cap. : Non facietis uobis idola. Item cap. in nostro: Et auferetis speculas eorum. In deuteronomio cap. : Videte ne faciatis iniqui-

uobis idolum usque ego enim sum dominus deus uester. In μ
exodo cap. XII: Per nomen externorum deorum non iurabitis neque audietur ex ore uestro. Item in exodo cap. XII: Qui inmolat dis occidetur praeter domino soli. Item in leuitico cap. XII: Anima quae declinauerit ad magos et hariolos usque sanctus sum dominus deus uester. Item cap. XI: Non augurabimini usque ego dominus. Item cap. XI: Ne declinetis ad magos nec ab hariolis ⟨*uerba* nec ab hariolis *in rasura*⟩ usque ego dominus deus uester. In deuteronomio cap. IIII: Non

2 Leu. 19, 26 3 ib. 31 6 Leu. 20, 6 et 7 10 Leu. 26, 1 13 Num. 33, 52 22 Ex. 23, 13 23 Ex. 22, 20 29 Deut. 5, 7—9

2 illic] in exodo *MLC* *(sic infra)* *uerba* Item — Nolite — — augurabitis *om. L* 3 aruspicabitis *C* augorabitis *S*, auguriabitis *C* sequimini *MLC*, sequem in *S* 4 uentrilocos *L* quoinquinemini *M* 7 fornicetur *MLC*, fornicentur *S* 11 constitutis *M* 12 respicuum *M* 13 sum *om. M* 15 deuteronomium *C*

ronomio: Videte, ne faciatis iniquitatem, neque faciatis uobis ipsis sculptile simulacrum masculi neque feminae, aut simulacrum omnis pecoris, quae sunt super terram, aut similitudinem auium uolantium sub caelo, aut similitudinem serpentium super terram, aut simulacrum piscium, quae sunt in aquis sub terra, et ne respicientes in caelum et uidentes solem et lunam aut stellas et omnia ornamenta caeli exerretis et adoretis ea, et seruiatis illis quae disposuit deus omnibus gentibus, quae sunt sub caelo. uos autem adsumpsit deus et eiecit de fornace ferrea ex aegypto, ut essetis populus in sortem in hunc diem. Item illic: Adtendite uobis, ne obliuiscamini testamentum domini dei uestri, quod disposuit ad uos, et faciatis uobis ipsis sculptile simulacrum omnium quae praedixit uobis dominus deus uester: quia dominus deus uester ignis concremans est et zelans. Item illic: Aras eorum deponetis, et titulos eorum comminuetis, et lucos eorum excidetis, et sculptilia eorum cremabitis igni: quia plebs sancta es domino deo tuo, et te sibi elegit dominus deus tuus, ut esses ei populus aeternus super omnes gentes, quae

α tatem usque populus in sorte in hunc diem. Item cap. : Adtendite uobis ne obliuiscamini. Item cap. : Aras eorum

μ habebis deos alienos in conspectu meo usque ego enim sum dominus deus tuus. Item cap. V: Aras eorum subuertite usque qui

1 Deut. 4, 16—20 11 ib. 23 et 24 15 Deut. 7, 5 et 6

1 neque] uel *VL* 2 femine *ML* 3 similitudine auium *M* 5 quae] qui *C* 6 sub terram *MVLC* 7 exerretis *S*, exercetis *L*, exerceritis *M*, exercertus V^1, exercitus V^2, exercueritis *C* 9 assumpsit *MVC* 11 in sorte *MVLC* (ἔγκληρον) ubi supra *MVLC* 12 dispossuit *S*, *add.* deus *L* 14 *om.* quia d. d. uester *M* (*in initio lineae*) 15 *uerba* Item — Aras — — (*p. 487, 10*) uocem eius audiemus *om. V* in deuteronomium *MC* 16 comminuetis *MLC* 17 succidetis *L* 18 es *MLC*, *om. S* sibi elegit dn̄s ds̄ tuus *S*: dn̄s sibi elegit *MLC* 19 ut *MLC*: et *S* (*cf. 393, 10* aperiamus thensauros ut faciamus)

sunt super faciem terrae. Item illic: Sculptilia deorum illorum cremabis igni. non concupisces argentum uel aurum ex illis, et non accipies tibi ipsi, ne delinquas propter illud: quia abominatio est domino deo tuo. nec inferes spurcitiam in domo tua. eris anathema, sicut et illud est. odio odietis, et abominatione abominabitis illa. quia anathema est. Item illic: Et erit, si oblitus fueris dominum deum tuum et abieris post deos alienos, et seruieritis illis et adoraueritis eos, ecce testor uobis hodie caelum et terram quia perditione peribitis: sicut et ceterae gentes, quas dominus deus perditurus est a facie uestra, sic perietis, si non audieritis uocem domini dei uestri. Item illic: Si fili estis dei, non timebitis, et non uaticinamini. Item illic: Maledictus homo

deponetis usque super faciem terrae. Item cap. : Sculptilia α
deorum usque quia anathema est. Item cap. : Et eris si oblitus fueris usque domini dei uestri. Item cap. : Filii estis dei. Item cap. : Maledictus homo usque fiat, fiat.

sunt super terram. Item cap. V: Sculptilia eorum igne conbures μ
usque quia anathema est. Item cap. V: Sin autem oblitus domini dei tui sequutus fueris usque uoci domini dei uestri. Item cap. V: Caue diligenter, ne obliuiscaris domini usque deus aemulator. Item cap. VII: Cauete ne forte decipiatur cor uestrum et recedatis a domino seruiatisque dis alienis. Item cap. VIII: Dissipate aras eorum usque atque donaria. Item cap XV: Maledictus homo qui facit sculptile usque et dicet amen. Item

1 Deut. 7, 25 et 26 7 Deut. 8, 19 et 20 12 Deut. 14, 1 13 Deut. 27, 15 21 Deut. 4, 23 et 24 22 Deut. 11, 16 24 Deut. 12, 3—6

1 ubi supra *MLC* 2 illorum *MLC*, *om. S* (τῶν ϑεῶν αὐτῶν) 3 ipse *L* 4 abhominatione abhominabitis *LC* 7 ubi supra *MLC* erit *S*, eris *MLC* 8 seruietis *S* eis *MLC* 9 hodię *S* 10 sicut et *M* (καϑὰ καὶ), sicut (*om.* et) *LC*, et (*om.* sicut *ab init. lin.*) *S* quas *MLC*, quos *S* deus] *add.* uester *C* 11 facię *S* 12 in deuteronomiū *MC*, ubi supra *L* fili *S* 13 et non uaticinamini *MLC*: et non uacionabitis *S*, οὐ φοιβήσετε *cod. Alexandr.* ubi supra *MLC (sic infra)*

qui fecerit sculptilem aut conflatilem abominationem deo et opus manuum artificum, et posuerit illud in absconso. et respondens dicit omnis populus: fiat, fiat. Item illic: Sacrificauerunt daemoniis et non deo, deos quos non nouerant. noui uenerunt, quos nescierunt patres eorum. Item illic: Videte, uidete quoniam ego sum, et non est deus praeter me. ego occidam et uiuere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est qui eripiat de manibus meis. Item in libro hiesu naue: Et ideo inualescite uehementer custodire et facere omnia quae scripta sunt in libro legis moysi, uti ne egrediamini dextera uel sinistra. et ne intrantes ad gentes istas, communicetis eis. et nomina deorum illorum nec nominentur in uobis, neque deseruiatis illis, aut adoretis illos, sed adherebitis domino deo uestro, sicut fecistis usque in hunc diem. et ipse dominus exterminauit illos a facie uestra. Item illic: Et dixit hiesus ad populum: si seruieritis diis alienis, non poteritis seruire domino, quia Dominus sanctus est: et

α Item cap.   : Sacrificauerunt daemoniis. Item cap.   : Videte, uidete quoniam ego sum dominus. In hiesu naue cap.   : Et ideo inualescite usque a facie uestra. Item cap.   : Et dixit hiesus ad populum: si seruieritis usque uocem eius audiem.

μ cap. XVIII: Immolauerunt daemoniis et non deo usque patres eorum. Item cap. XVIII: Videte quod ego sim solus usque possit eruere. Item in hiesu naue cap. XI: Tantum confortamini et estote solliciti usque nullus uobis resistere poterit. Item cap. XI: Dixitque iosue ad populum: non poteritis seruire

3 Deut. 32, 17   6 ib. 39   9 Iosue 23, 6—9   16 Ios. 24, 19—24

1 sculptile *MC* (scupt. *C*), sculptilia *L*   conflatile *MLC*   abhominationem *LC*   3 dicet *LC*   fiat *alt.*] stat *S*   4 demoniis *LC*   deos quos *SMC*: diis quos *Lv*   nouerunt *et* uenerant *S*   6 uidete uidete *M*: uidete *SLCv*   sum] *add.* dominus *ML*[2] *C*   8 mes *M*   hiesu *et* hiesum *M*: ihu *et* ihm *rell.*   10 scribta *S*   uti ne egrediamini *M*, utinam egr. *S*, ut ne egr. *L*, ut ingrediamini *C*   11 dextra *MLC*   senestra *S*   12 eis *om.* *S*   14 usque *om.* *M*   15 exterminauit *SMLC, cf. cod. Alx.*   16 ubi supra *MLC*   17 *uerba* quia d. s. est *om.* *L*

cum zelauerit uos, non sustinebitis patienter peccata uestra: sed in qua die reliqueritis dominum, superueniens ira uexabit uos et exterminabit uos. quare diis alienis seruiatis, cum ille in omnibus bene fecerit uobis? et respondit populus ad hiesum dicens: non adorabimus diis alienis, sed seruiemus deo nostro. et dixit hiesus ad populum: testes ergo estis uos ipsi, quia uos elegistis seruire domino. et nunc auferte deos alienigenarum qui sunt in uobis, et dirigite cor uestrum ad dominum deum israhel. et respondit omnis populus ad hiesum, dicens: domino seruiemus, et uocem eius audiemus. Item in regnorum I: Et locutus est samuhel ad omnem domum israhel, dicens: si in toto corde uestro uos conuertitis ad dominum, auferte deos alienos de medio uestrum, et excidite lucos eorum, et praeparate corda uestra ad dominum, et ipsi seruite soli, et liberabit uos de manu alienigenarum. et his auditis abstulerunt fili israhel bahalim, et auerterunt lucos astaroth, et seruierunt domino soli. Item in psalmo LXXX: Audi, populus meus, et loquar, israhel, et testificabor tibi.

In regnorum libro I cap. : Et loquutus est samuhel usque domino deo soli. In psalmo LXXX: Audi, popule meus usque α

domino usque oboedientes erimus praeceptis eius. In libro samuhel I cap. XVIIII: Ait autem samuhel: si in toto corde uestro usque et seruierunt domino soli. In psalmo LXXX: Audi, populus meus, et loquar israhel usque de terra aegypti. μ

11 I Regn. 7, 3 et 4   18 Ps. 80, 9–11

2 reliquerunt *S*, requiretis *MLC*   uexauit *et* exterminauit *M*   3 serui eratis *M*, seruieratis *LC*   5 adoramus *MLC*   seruimus *MC*   deo] dn̄o dō *MLC*   7 alieniginarum *S*, alienorum *L*   8 ad dominum deum *MLC*, *om. S*   9 *et* 12 istrahel *S*   10 item in regnorum libro primo (I *L*) *MLC*, lib̄ regnorum I *V*   11 loquutus *M*   samuel *V*   12 conuertistis *MVC*   13 dominum] deum *M*   de medio uestro *L*, de medio uestri *C*   14 ipsi soli seruite *MVLC*   15 liberauit *MV*[1]   alieniginarum *S*, alienarum *V*   16 filii *MLC*   filiis istrahel *S*   bahalim *SV*, baalim *MLC*   uerterunt *M*, euerterunt *VLC*   feruierunt *S*   17 domino] *add.* deo *MVLC*   18 istrahel *(bis) S*

israhel, si me audieris, non erit in te deus recens, nec adorabis deo alieno: ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra aegypti. Item in psalmo XCV: Quoniam omnes dii gentium daemonia, dominus uero caelos fecit. Item in psalmo XCVI: Confundantur omnes qui adorant sculptilibus, qui gloriantur in simulacris suis. Item in psalmo CXIII: Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum: os habent, et non loquentur: oculos habent, et non uidebunt: aures habent, et non audient: nares habent, et non odorabunt: manus habent, et non palpabunt: pedes habent, et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo, neque enim est spiritus in ore ipsorum. similes illis fiant omnes qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis! Item in libro sapientiae: Neque operibus adtendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem aut lunam rectores orbis terrae deos putauerunt: quorum si

α in terra aegipti. In XCV: Quoniam omnes dii gentium. In XCVI: Confundantur omnes. In XCIIII: Simulacra gentium usque qui confidunt in eis. In libro sapientiae cap. : Neque

μ Item in psalmo XCV: Quoniam omnes di gentium daemonia. In psalmo XCVI: Confundantur omnes qui adorant sculptilia. In psalmo CXIIII: Simulacra gentium usque qui confidunt in eis. In libro sapientiae cap. VIII: Neque operibus adtendentes agnouerunt, quis esset artifex usque haec omnia constituit.

3 Ps. 95, 5 5 Ps. 96, 7 7 Ps. 113, 4—8 14 Sap. 13, 1—3

2 deo alieno *S* (θεῷ ἀλλοτρίῳ): deum alienum *MVLCv* sum *om. MVLC* ęduxi *S* 3 egipti *(sequitur lacuna 20 fere litterarum)* memores estote *(in initio seq. lin. sine rubro) V, om.* Item — Quoniam — — *(491, 11)* peccata tua Item illic. 4 demonia *LC* uero] autem *MLCv* 5 sculptilia *MLCv* (scupt. *C fere semper*) 7 centesimo tercio decimo *C* simulagra *S* manum *S* 8 loquuntur *SM*: loquentur *LCv* 11 gutthurae *M* 12 fiant qui (*om.* omnes) *MLCv* 15 quis] *add.* eorum *MLC* spiritum *MLC*, primitum *S* aut *ante* gyrum] et *MLC* 16 girum *ML* 17 deos] ds̄ *S* si *om. M*

propter speciem hoc aestimauerunt, sciant quanto his dominus speciosior est: speciei enim generator haec omnia constituit. Item illic: Infelices autem sunt et inter mortuos spes illorum hominum est, qui appellauerunt deos opera manuum suarum, aurum et argentum et artis inuentionem et similitudinem animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquae. Item illic: Non erubescet loqui cum eo qui sine anima est: et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, pro uita autem mortuum rogat, et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: et de adquirendo et de operando et de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus inhabilis est. Item illic: Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, et adinuentio illorum corruptio uitae est. Item in esaia propheta: Et abominabis simulacra inargentata et inaurata: minutata facies, et uentilabis tamquam aquam mulieris inmundae, et ut stercus auferes ea. tunc erit pluuia semini terrae tuae, et panis generationis terrae

operibus adtendentes usque manus inique. Item cap. : α
Non erubescit loqui usque inanis est. Item cap. : Initium enim fornicationis. In esaia cap. : Et abominabilis simulacra

Item in libro sapientiae cap. VIIII: Infelices autem sunt et μ
inter mortuos spes illorum usque manus antiquae. Item in libro sapientiae cap. VIIII: Non erubescit loqui cum eo qui sine anima est usque qui in omnibus est inutilis. Item illic cap. VIIII: Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum usque corruptio uitae est. In esaia cap. : Et contaminabis

3 Sap. 13, 10 7 ib. 17—19 12 Sap. 14, 12 14 Es. 30, 22 et 23

1 estimauerunt *LC* 2 specior *S* generator] creator *LC* hec omnia instituit *C* 3 illic] in libro sapientiae *MLC* 4 manum *S* 5 aurum *om. S* 6 inulitem *S* antique *SM* 7 ubi supra *MLC* 9 et *post* rogat *om. MLC* 11 ab eo] habeo *S* inabilis *S*, inanis *MLC*. inutilis *v* 12 ubi supra *MLC* enim *om. C* exquisitiui dolorum *S* 13 uite *S* est] inter est *C* 14 propheta *om. MLC* abhominabis *LC* argentea *C* 15 minutatim *MLC (λεπτά)* uentilabis] *add.* eā *C* 16 inmundi *L* 17 seminae *L*

tuae, et erit in saturitate et pinguedine. Item illic: Adpropient et adnuntient uobis quae uentura sunt, aut priora quae fuerunt dicite, et intendemus mente, et cognoscemus quae erunt nouissima et quae uentura sunt in nouissimo, et sciemus quoniam dii estis. benefacite uel nocete, et mirabimur, et uidebimus. etenim unde estis uos, et unde fabricatio uestra? de terra abominationis elegerunt uos. nam ex gentibus ecce nemo est, nec a simulacris eorum qui nuntient. et si interrogauero: unde estis? non respondebunt mihi: sunt enim qui uos faciunt, et qui uane seducunt uos. Item illic: Erubescite rubore qui confidentes in sculptilibus, qui dicitis conflatilibus: uos estis dii nostri. surdi, audite, et caeci, respicite, ut uideatis. et qui caeci, nisi pueri mei? et qui surdi, nisi qui dominantur eorum? et excaecati sunt serui dei. Item illic: Nonne ab initio audistis, et nuntiaui uobis?

α usque et pinguedine. Item cap. : Adpropient et adnuntient usque seducunt uos. Item cap. : Erubescite usque seruimus. Item cap. : Nonne ab initio audistis usque peccata

μ lamminas sculptilium argenti tui usque et panis frugum terrae erit uberrimus. Item cap. : Accedant et nuntient nobis quaecumque uentura sunt usque ecce omnes iniusti et uana opera eorum, uentus et inane simulacra eorum. Item: Confundantur confusione qui confidunt in sculptili usque quis caecus nisi seruus domini. Item: Ex tunc audire te feci et adnuntiaui. uos estis

1 Es. 41, 22—24. 28. 29 10 Es. 42, 17—19 15 Es. 44, 8—11. 20—22

1 in saturitatem et in pinguedinem *L* illic] in esaia *MLC* (is- *L*, ys- *C fere semper*) adpropient et adnuntient (ann- *M*) *ML*, annuntient et appropient *C* 3 intendimus . . . cognoscimus *MLC* 4 *uerba* et quae u. s. i. nouissimo *om. MLC* sciemus *MLCv*, scimus *S (γνωσόμεθα)* 6 et (*ante* unde) *om. MLC* 7 eligerunt *S* 8 et] ei *ML* interrogauero] *add.* illos *ML (αὐτούς)* 10 uanae *SC* *uerba* Item — Erubescite — — serui dei *om. L* in esaia *MC* 11 robore *M* qui confidentis *S (οἱ πεποιθότες)*: qui confiditis *MC* 12 ceci *SC (bis)* 14 excecati *S*: caecati *M*, cecati *C* dei] mei *MC* 15 in esaia *MLC* (is-, ys-), *sic infra* nuntiaui] nunc annuntiaui *MC*, nunc adnunciaui *L*, annuntiaui *v*

testes uos estis, si est deus praeter me. et tunc non erant qui fingerent et sculperent deum. omnes uani, qui faciunt ea quae placent animis suis, quae non prodeerunt eis: sed erubescent uniuersi qui fingunt deum et sculpunt inutilia. et omnes unde facti sunt aruerunt: sunt enim surdi ab hominibus. Scitote quoniam cinis est cor eorum et errant. et nemo potest eripere animam eorum. uidete ergo. non dicetis quia mendacium est in dextera mea. memor esto horum. iacob et israhel. quia puer meus es tu: et israhel. ne obliuiscaris mei. ecce enim deleui ut niuem iniquitates tuas et ut caliginem peccata tua. Item illic: Memores estote horum et ingemiscite: paenitentiam habete. qui erratis: conuertimini ex corde. et rememoramini priorum ab aevo. quod ego sum dominus et non est praeter me. Item illic: Populus iste qui me inritat contra me semper: isti sacrificant in hortis et incendunt super lateres daemoniis quae nihil sunt. et in monumentis et in speluncis dormiunt propter somnia. qui

tua. Item cap. : Memores esto horum et ingemescite. Item α
cap. : Populus iste qui me usque carnes uillas. In hiere-

testes mei usque deleui ut nubem iniquitates tuas et quasi nebu- μ
lam peccata tua. Item: Mementote istud et fundamini usque
quoniam ego sum deus et non est ultra deus. Item: Populus
iste qui me irritat usque qui comedunt carnem suillam. In hie-

11 Es. 46, 8 et 9 14 Es. 65, 3 et 4

1 deus *om.* *C* tunc non erat qui fingeret aut sculperet *MLC* (*οὐκ ἦσαν τότε οἱ . . . Alex.*) 3 placet *L* animis] amicis *C* proderunt *MLC* 4 omnes sculpunt *C* 5 facti sunt *om.* *MLC* hominibus *SM*, omnibus *LC* 6 et errant *MLC*: et terra *S* (*καὶ πλανῶνται*) 8 est *S*, *om.* *MLC* (*gr.*) 9 istrahel *S* (*bis*) 12 ingemescite *ML* penitentiam *SLC* 13 recordamini *MVL Cv* ab aeuo (euo *V*) *MVLC*: habeo *S* 14 dominus *om.* *L* ubi supra *MVLC* 15 irritat *MVLC* ortis *LC* 16 demoniis *VLC* 17 in speluncis *S*, in sepulchris (-cris *V*) *VC*, sepulchris (saep- *M*) *ML* propter *MVLC*: praeter *S*

1 cetera] alia cetera *MLC* narrabant ei *S*: narrantes *MLC* faci**ebat *S* cum esset *S*, *om. MLC*, *οἶσα* 2 cum eis *MLC* ponens *Sv*: posuit *MLC* 3 ie*nua *S* et orauit *M*[1] tabitha (thabita *LC*) exsurge *MLC* 4 nostri *om. C* ad *S* apperuit *M* 5 et uiso petro resedit *MLCv* dansquae *S* 6 uiuam *om. MLCv* 7 uiuentem *S*, uiuam *MLCv* autem *om. MLC* 10 apostoli cum *L*, apostolorum *V* laborandum] operandum *VC* 11 item *S* item paulus apost. *om. MVLC* efesios *S*, effesios *LC* 12 locum dare *MCv* diabulo *S* 13 operando (-dum *L*) manibus *MVLC* 13 unde tribuere *MLC*, u. retribuere *V*: unde tribuat *Sv* 14 Item — Memores — gloriam Item *om. V* thesalonicenses *ML*, colossenses *S* prima *MC* 15 erumnam *S*, aerumna (er- *LC*, -mpna *C*) *MLC*

nocte ac die operantes ad hoc ne quem uestrum grauaremus praedicauimus in uobis euangelium dei. nos testes estis et deus, quam sancte et iuste et sine querella fuimus uobis qui creditis: sicut scitis qualiter unumquemque uestrum sicut pater filios suos obsecrantes uos et consolantes, ut ambuletis digne deo, qui uocauit uos in regnum suum et gloriam. Item illic: Hortamur autem uos, fratres, abundare magis et studium habere silendi et quietos esse, et operari manibus uestris quod bonum est, sicut uobis praecepimus, ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt et nullius quidquam desideretis. Item ad thessalonicenses II: Praecepimus autem uobis, fratres, in nomine domini nostri iesu christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre inordinate ambulante et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis. ipsi enim scitis

fratres, laborem nostrum usque in suum regnum et gloriam. Item cap. : Ortamur autem uos, fratres, habundare magis et studium habere silendi. In epl II cap. : Praecipimus autem uobis, fratres karissimi domini iesu christi, ut subtrahatis α

onis nocte ac die operantes usque qui uocauit uos in suum regnum et gloriam. Item illic cap. V: Rogamus autem uos, fratres, ut abundetis magis et operam detis, ut quieti sitis et uestrum negotium agatis usque et nullius aliquid desideretis. Item ad thesalonicenses II cap. III: Denuntiamus autem uobis, fratres, in nomine domini nostri iesu christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre μ

7 I Thess. 4, 10 et 11 11 II Thess. 3, 6—13

1 diae *S* ad hoc *S*: *om. MLCv* (πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι) uestrum] nrm *S* euuangelium *S* 3 sanctae et iustae *SML* quaerella *S*, querela (quaer- *M*) *MLC* in uobis *LC* credites *S*, credidistis *MLCv* (τοῖς πιστεύουσιν) scitis *S*: creditis *MLC*, οἴδατε 5 consulantes *S* 6 digni *M* uos *MLC*: nos *S* suum regnum *MLCv* 7 illic] ubi supra *MVLC* habundare *V LC* 8 habere] *add.* magis *L* silendi *MVLC*: silentii *S* 9 praecipimus *MC* honestae *M* 10 quidquam *S*: aliquid *MV LCv* 11 Item — Praecepimus — Paulus — fabri Item *om. V* tessalonicenses *SC*, thesal- *ML* secunda *MC* precipimus *C* 13 inordinatae *S*, inquiete *MLC*, ἀτάκτως 14 acciperunt *S*, accepistis *C* ipsis *S*

quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquiete uiximus inter uos nec gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione, nocte ac die operantes, ne quem uestrum grauaremus. non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam uobis daremus ad imitandum nos. nam et cum essemus aput uos, hoc denuntiauimus uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. audiuimus enim quosdam inter uos inquiete ambulare, nihil operantes, sed curiose agentes. his autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et hortamur in domino iesu christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent. uos autem, fratres, nolite deficere bene facientes. Item in actibus apostolorum: Paulus autem agnitus erat aquilae, eo quod essent unius gentis et unius artis, et mansit aput eos opus faciens: erant enim arte fabri. Item illic paulus apostolus: Argentum et aurum aut uestimentum nullius uestrum concupiui. ipsi scitis quia ad ea quae mihi necessaria erant in omni usu meo et eorum qui mecum sunt manus istae praesto fuerunt.

α uos usque bene autem facientes non deficiamus. In actibus apostolorum cap. : Paulus autem agnitus erat aquile, eo quod esset unius gentis. Item cap. : Aurum et argentum et uestimentum nullus uestrum concupiuit.

μ ambulante inordinate usque uos autem, fratres, nolite deficere bene facientes. In actibus apostolorum cap. XLVIIII: Et inueniens quendam iudeum nomine aquilam usque quia eiusdem erat artis, manebat apud eos et operabatur. Item illic cap. LV: Argentum aut aurum aut uestem nullius concupiui usque beatius est magis dare quam accipere.

13 Act. 18, 2 et 3 15 Act. 20, 33—35

1 quemammodum *M* emitari *S* quia *MC* inquietae *S* 2 aliquo] *add.* uestrum *MLC* 3 nocte ac nocte *S*, nocte et die *MLCv* 4 habentes *C* 5 nosmet ipsos *Sv*: nos *MLC* emitandum *S* 6 et *om. MLC* denuntiabamus *L* (*v*) 9 curiosae *SM* egentes *S* 10 ortamus *M* 13 aquile *S* esset *M LC* 14 mansi *L* apud eum *MLC* 15 illic] ubi supra *M VLC* paulus apostolus *om. MVC* 17 quia] qui *S* 18 sunt] erant (ant *in ras.*) *V* iste *SM* presto *SVL*

omnibus uobis demonstraui quoniam sic laborantes oportet auxiliari infirmis et memores esse uerborum domini nostri iesu, quia ipse dixit: beatius est magis dare quam accipere.

LXXXIIII.

ALTIORA SCRVTARI NON OPORTERE NEQVE AVDIRI HAERETICOS.

In deuteronomio: Non adicietis ad uerbum hoc, quod ego praecipio uobis hodie, neque minuetis ex eo. Item in apocalypsi: Testor ego omni audienti uerba prophetiae libri huius. si quis adiecerit supra haec, inponet deus super eum plagas, quae scriptae sunt in hoc libro: et si quis abstulerit uerba prophetiae libri huius, auferet deus partem eius de ligno uitae et de ciuitate sancta. Item in prouerbiis: Bibe aquam de tuis uasis et de puteorum tuorum fonte. et nemo extraneus communicet tibi. Item illic: Qui fidet

LXXXIIII. ALTIORA SCRVTARI NON OPORTERE ET AD DOCTRINA HERETICORVM CAVENDVM ESSE. In deuteronomio cap. : Non adicietis ad uerbum hoc. In apocalipsi cap. : Testor ergo omni audienti uerbum prophetice libri huius. In prouerbiis cap. VI: Bibe aqua de cisterna tua. Item cap. XXIII: *a*

LXXXIIII. ALTIORA SCRVTARI NON OPORTERE NEQVE ADIRE HERETICOS. In deuteronomio cap. III: Non addetis ad uerbum quod uobis loquor neque auferetis ex eo. In apocalypsi cap. XLVII: Contestor enim omni audienti uerba prophetiae libri huius usque partem eius de libro uitae et de ciuitate sancta. In prouerbiis cap. VI: Bibe aquam de cisterna tua usque nec sint alieni participes tui. Item cap. XI: Qui nititur mendaciis, hic *u*

6 Deut. 4, 2 8 Apoc. 22, 18 et 19 13 Prou. 5, 15 et 17 14 Prou. 10, 4 et 5

1 lauorantes *S* 3 iesu] *add.* xp̄i *MVLC* 5 non scrutari *C* audire *VL*, aadire *M*, adire *C* hereticos (-thicos *C*) *SMV C*, hereticum *L* 6 deutero nomium *C* addicietis *C ut solet* 7 neque minuetis *MVLC*: ne quem inuestigetis *S*, nec auferetis *v* item in ap. *om. V* 8 apocalipsi *S*, -lipsis *M* 11 auferet et *C* 12 ligno] libro *Cv* et *MVLCv*: *om. S* Item — Bibe — Qui — sterilitatem Item *om. V* 14 illic] ubi supra *MLC*

in falsis, hic uentos pascit: idem autem ipse sequitur aues uolantes: dereliquit enim uiam uineae suae et orbitas culturae agri sui errauit: perambulat autem per arida et deserta et terram constitutam in siccitatibus. congregat autem manibus suis sterilitatem. Item illic: Recede ergo ab aqua aliena et a fonte alieno noli bibere, et multo uiues tempore, et adicientur tibi anni uitae. Item illic: Qui sectatur uana, eget sensibus. Item illic: Noli adicere ad mandata eius, ne arguaris et mendax sis. Item in ecclesiastico: Altiora te ne quaesiueris, et fortiora te ne perscrutaueris: sed quae praecepit tibi dominus, illa cogita semper: et in pluribus operibus eius non eris curiosus. multos enim seduxit suspicio eorum, et in uanitate detinuit sensus illorum. Item

α Qui cogitat mala facere stultus uocabitur. In ecclesiastico cap. III: Altiora te ne quesieris usque non fueris curiosus.

μ pascit uentos usque stertit aestate filius confusionis. Item cap. : Qui sectator uana eget sensibus. Item cap. XXX: Ne addas quicquam uerbis illius et arguaris inueniarisque mendax. In ecclesiastico cap. III: Altiora te ne quaesieris usque et

5 Prou. 9, 18 7 Prou. 12, 11 8 Prou. 30, 6 9 Eccli 3, 21. 22. 24 (22 et 26) 14 Prou. 24, 8

1 sequetur *L* 2 dereliquid *S*, derelinquit (-quid *L*) *MLC* orbita sculpturę agri sui errauit *S*, aborbitas (ab|orbita *C*) culturae suae errauit *MLC* 4 congrega *S* 5 sterelitatem *SM* in prouerbiis *MVLC* recede . . .] ἀπὸ δὲ ὕδατος ἀλλοτρίου ἀπόσχου καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας μὴ πίῃς, ἵνα πολὺν ζήσῃς χρόνον, προστεθῇ δέ σοι ἔτη ζωῆς. *apud Augustinum:* ab aqua aliena abstine te et de fonte alieno ne biberis *ep. 108, 1, 1 et 2, 6. in ep. Ioh. ad Parth. tract. VI 3, 11 (bis). de unit. eccles. 23, 65. cf. supra p. 49, 10* 6 a *S*: de *MVLC* et . . uiues . . et adicientur *S*: ut . . uiuas . . et adiciantur *MVLC* 7 Item ubi supra Qui sectatur uana eget sensibus *MVLC*, *om. S* 8 ubi supra *MVLC* 9 e[c]clesiastico *S*, prouerbiis *L* 10 quaesieris (ques- *LC*) *MVLCv* praescrutaueris *MV*, perscrutatus fueris *L*, scrutatus fueris *Cv* 11 deus *MVLCv* 13 in uanitatem detenuit *S* eorum *V* Item — Non — Cui — Diff. — O — saeculorum *om. V*

illic: Non te uentiles in omnem uentum, et non eas omni uia, ut prosequatur te uerbum pacis et scientiae. Item illic: Cui sufficit nuntiare opera illius? non est minuere neque adicere neque inuenire magnalia dei. Item in libro sapientiae: Difficile aestimamus quae in terra sunt, et quae in prospectu sunt inuenimus cum labore: quae autem in caelis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam? Item apostolus ad romanos: O altitudo diuitiarum et sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae ipsius! quis enim cognouit sensum domini? aut quis illi consiliarius fuit? aut quis prior dedit ei et reddetur illi? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. ipsi gloria in saecula saeculorum.

Item cap. IIII: Non uentiles te in omni uentu. Item cap. : α
Cui sufficit ieiunantiare opera illius. In libro sapientia cap. IIII: Difficile aestimamus quae in terra sunt usque nisi tu uideris sapientia. Paulus ad romanos cap. XXXVI: O altitudo diuitiarum usque in secula seculorum.

de uanitate detinuit sensus illorum. Item cap. IIII: Non te μ
uentiles in omnem uentum usque uerbum pacis et iustitiae. Item cap. X: Quis sufficit enuntiare opera illius usque nec est inuenire magnalia dei. In libro sapientiae cap. IIII: Difficile aestimamus quae in terra sunt usque nisi tu dederis sapientiam. Paulus ad romanos cap. XIIII: O altitudo diuitiarum usque in saecula saeculorum.

1 Eccli. 5, 9 (11 et 12) 3 Eccli. 18, 2 et 4 (2. 5) 5 Sap. 9, 16 et 17 9 Rom. 11, 33—36

1 ubi supra *MLC* in omni uento *MLC* omni (i *in ras. litt.* em) *S*, in omni *L* 3 illic] in ecclesiastico *MLC* nontiare *S*, enuntiare *MLC* 5 aestimauimus *L* 6 *alt.* sunt *om. MLC* que *S* 7 inuestigauit *MC* 8 scit *MLC* 9 et *ante* sapientiae *om. MLCv* 10 ipsius *MLC*: eius *Sv (cf. 297, 3)* 11 illi consiliarius *S*: consiliarius eius *MLCv* 12 retribuetur *MLCv* 13 in ipso sunt *SMLCv*: *legendum* in ipsum *cf. 297, 5* (*εἰς αὐτόν*) 14 saeculorum] *add.* amen *Cv*

LXXXV.

DE IEIVNIO.

In ecclesiastico: Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lauatio eius? sic et homo qui ieiunat in peccatis suis et iterum eadem facit, quid proficit humiliando se? orationem eius quis exaudiet? sacrificium salutare adtendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. Item in esaia propheta: Non est gaudere impiis, dicit dominus. exclama uehementer, et ne parcas: sicut tuba exalta uocem tuam, et nuntia populo meo peccata eorum et domui iacob iniquitates eorum. me de die in diem quaerunt, et cognoscere meas uias desiderant. tamquam populus qui iustitiam fecerit et iudicium dei non dereliquerit: postulant a me nunc iudicium iustum, et adpropriare deo concupiscunt, dicentes: quid quod ieiunauimus, et non uidisti? humiliauimus animas nostras, et non scisti? in diebus enim ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluntates uestrae, et omnes subditos uobis conpungetis. an in iudicia et lites ieiunatis, et percu-

α LXXXV. DE IEIVNIO. In ecclesiastico cap. : Qui baptizatur a mortuo usque et discedere ab omni iniquitate. In esaia cap. : Clama, ne cesses, dicit dominus usque in secula secu-

μ LXXXV. DE IEIVNIO. In ecclesiastico cap. XX: Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit eum usque orationem illius quis exaudiet? In esaia cap. : Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam usque et aedificabuntur in te deserta saecu-

3 Eccli. 34, 30. 31 et Eccli. 35, 2 8 Es. 57, 21 et Es. 58, 1—12

3 mortuo] *add.* et iterum tangit mortuum *C*, et it. t. illud *V*[2] 8 ęsaia *S* 10 et domui iacob iniquitates eorum *MVLC*: *om.* *S* 11 iniquit.] peccata *v* 12 uias meas *MVCv* (meas *om.* *L*), *μου τὰς ὁδούς* desiderant] uolunt *Cv* 13 dereliquerint *LV*[2], derelinquerint *V*[1], derelinquerent *M* 14 nunc *om.* *MVLC* appropriare *MV*, adpropiare (appr- *C*) *LC* concupescunt *M* 15 quid quod] quid cotidie *L*, quid*ẽ quod *C*, quare *v* 18 conpungitis *MVC* iudicio (-tio *MC*) *MVLC* percutitis] *add.* pugno *Cv*

titis proximum inique? et ut quid mihi ieiunatis, ut hodie audiatur in clamore uox uestra? non hoc ieiunium elegi, dicit dominus, ut humiliet animam suam. nec si flectas ut circulum ceruicem tuam, et cilicium et cinerem substernas, nec sic uocabis ieiunium acceptum. non tale ieiunium ego elegi, dicit dominus: sed solue omne uinculum iniquitatis, dissolue obligationes potentium conmutationum, dimitte confractos in requiem, et omnem conscriptionem iniquam disrumpe. frange esurientibus panem tuum, et egenum sine tecto induc in domum tuam. si uideris nudum, uesti: et domesticos seminis tui non despicias. tunc erumpet temporaneum lumen tuum, et sanitates tuae cito orientur, et praeibit ante te iustitia, et maiestas dei circumdabit te. tunc clamabis, et dominus exaudiet te: dum adhuc loqueris, dicit: ecce adsum. si auferas a te uinculum iniquitatis et obligationem et uerbum murmurationis, et des esurienti panem tuum ex animo, et animam humiliatam satiaueris, tunc orietur tibi in tenebris lumen, et tenebrae tibi erunt ut meridies. et erit deus tuus tecum semper, et satiaberis prout desiderat anima tua, et ossa tua pinguescent, et erunt sicut hortus ebrius et sicut fons cui non deficit aqua. et aedificabuntur deserta tua, et erunt fundamenta tua aeterna in saecula saeculorum. Item in euangelio secundum matthaeum: Cum autem

lorum. In matheo cap. V: Quum autem ieiunatis, nolite esse *α*
usque qui uidet in occulto, reddet uobis.

lorum. In matheo cap. V: Quum autem ieiunatis, nolite fieri *μ*

23 Matth. 6, 16—18

1 iniquae *M*, impie *Cv* hodiae *S* 3 nec (*ante* si) *om. L* 5 uocabis] uobis *MVL* 7 potentum *C* conmutationum *om. MVLC* 8 conscribtionem *S* dirrumpe *M* 9 esurienti *M* aegenum *SC* sine tectum duc *S* 10 uesti et] uesties *L* 11 dispicias *S* temporanum *S* 12 sanitas tua c. orietur *L* preibit *S* dī *MVLC*: dn̄i *Sv* (*τοῦ θεοῦ*) 13 et tunc *MVLC* 14 loquaeris *M* 15 et *MVLC*, *om. S* obligatione *MLC* 17 anima humiliata *MV*[1]*LC* satiaberis *L* 18 tenebre *S* tibi] tuę *Cv* meridiae *SM*, meridie* (*rasa* s) *V* 19 dns ds *C* 20 ortus *MLC* 21 flons *S* deficit aquae *M*, deficient aquae *Lv* 22 saeculorum] *add.* amen *MV* 23 Item — Cum — uobis *om. V* euuanḡ *S* mattheum *S* autem *om. C*

ieiunatis, nolite esse sicut hypocritae tristes: exterminant enim faciem suam, ut pareant hominibus ieiunantes. amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. uos autem cum ieiunatis, unguite caput uestrum et faciem uestram lauate, ut non uideamini hominibus ieiunantes, sed patri uestro, qui est in caelis: et pater uester, qui uidet occulta, reddet uobis.

LXXXVI.

HOMINEM EXEMPLO FORMICAE VEL APIS SINE PIGRITIA OPERARI DEBERE QVAE BONA SVNT.

In prouerbiis· Vade ad formicam, o piger, et aemulare uidens uias eius, et esto illa sapientior: illa enim cum agrum non possideat, neque conpellentem se habeat, neque sub domino sit, quomodo parat aestate alimenta, copiosam autem facit in messe repositionem! uel uade ad apem, et disce quam laboriosa est, operationem etiam quam sanctam mercatur: cuius labores reges et mediocres ad sanitatem offerunt: grata est autem omnibus et gloriosa, et cum sit uiribus infirma, sapientiam praedicans producta est. usque quo, piger,

α LXXXVI. HOMINEM EXCELSO FORMICE VEL LAPIS SINE PIGRITIA OPERARI DEBERE QVAE BONA SVNT. In prouerbiis cap. VII: Vade et formicam, o piger, et considera uias eius. Item cap.

μ sicut hipocrytae tristes usque pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi.

LXXXVI. HOMINEM EXEMPLO FORMICAE VEL APIS SINE PIGRITIA OPERARI DEBERE QVAE BONA SVNT. In prouerbiis cap. VII: Vade ad formicam, o piger, usque et egestas longe fugiet a te.

10 Prou. 6, 6—11

1 hipocritę *S*, hypochritae *L* 3 perciperunt *S* 4 ungite *M* 6 ue^{s}*ter (*rasa* r, *corr. m. 2*) *S* occulta *S*, in occulto *M L C*, ἐν τῷ κρυφαίῳ 13 parata ¦ estate elimenta *S* copiosa *M V L C* 14 facit autem *M V L C* 15 est *S*, sit *M V L C* operatione *M V L C* etiam] et *M V L C* sancta *M V L C* 16 sanitatem *M V L C*: s̄citatem *S*, ὑγίειαν 17 autem est *C* 18 predicans *L* producta est *om. M V L C* usquae *S*

iacebis? quando autem de somno surgis? modicum quidem dormis, modicum autem sedes, modicum quidem dormitas. modicum autem manibus conplecteris pectus: deinde adueniet tibi sicut malus uiator paupertas, inopia autem sicut bonus cursor. si autem inpiger fueris, ueniet tibi sicut fons messis tua, inopia autem sicut bonus cursor refugiet te. Item illic: Pigrum deicit timor: animae autem effeminatorum esurient. Item illic: Increpatus piger non erubescit: similiter autem qui mutuatur triticum in messe. Item illic: Desideria pigrum occidunt: non enim destinant manus eius facere aliquid. Item illic: Occasiones quaerit piger et dicit: leo in uiis est, in plateis autem homicidae. Item illic: Sicut ostium in cardine uertitur, ita piger in lecto suo. Item illic: Sapientior piger sibi uidetur quam qui in pleni-

XIII: Vult te non uult piger, anima autem operantium inpugnabitur. Item cap. XX: Abscondit piger manus sub ascella. Item cap. XXI: Propter frigus piger arare noluit. Item cap. XXVI: Dicit piger: leena in uia, leo in itineribus usque sapientior si *α*

Item cap. XVIIII: Pigrum dei*cit timor, animae autem effeminatorum esurient. Item cap. XXI: Desideria occidunt pigrum usque manus eius operari. Item cap. XXVI: Abscondit piger manus sub ascella usque sapientior sibi piger uidetur septem uiris loquentibus sententias. Item cap. XXVI: Sicut ostium uertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Item cap. XIII: Vult et non uult piger: anima autem operantium inpinguabitur. Item cap. XXII: Dicit piger: leo est foris, in medio platearum occidendus sum. Item cap. XXI: Propter frigus piger arare noluit usque non dabitur ei. Item cap. XXVI: Dicit piger: leaena in *μ*

7 Prou. 18, 8 8 Prou. 20, 4 10 Prou. 21, 25 11 Prou. 22, 13 13 Prou. 26, 14 14 ib. 16 15 Prou. 13, 4 16 Prou. 19, 24 18 Prou. 26. 13. 16 21 ib. 15 et 16

2 sedes modicum quidem dormitas modicum autem *MVLC*: *om. S* dormittas *C* 6 te *om. MVLC* 7 illic] in prouerbiis *MVLC* 8 Item — Increpatus — Desid. — Occas. — Sicut — Sap. — nuntium *om. V* illic] ubi supra *MLC (et ita lin. 11. 13)* 9 tri[ti]cum *S* messem *SM* illic] in prouerbiis *MLC (lin. 14)* 12 leo est in uia *C* 13 osteum *S* 14 sibi piger *Cv*

tudine perfert nuntium. Item in ecclesiastico: In lapide luteo lapidatus est piger: et omnis loquitur de aspernatione eius. de stercore boum lapidatus est piger: omnis qui tetigerit illum excutiet manus.

LXXXVII.

SINE TIMORE HOMINVM MANDATA DEI PRAEDICANDA.

In ezechihel propheta: Et tu, fili hominis, ne timueris eos, neque paueas a facie eorum, quia insanient et conuenient aduersum te in circuitu. uerba eorum ne timeas, et a facie eorum ne paueas, quia domus exasperans est. Item illic: Ecce dedi faciem tuam potentem aduersus facies eorum, et constantiam tuam confortabo aduersus contentiones eorum, et erit fortior petra constantia tua. Item illic: Et ne timueris ab eis, neque terrearis a facie eorum, quia domus

α inpiger uidetur. In ecclesiastico cap. XI: In lapide luteo lapidatus est piger.
LXXXVII. SINE TIMORE HOMINVM MANDATA DEI PRAEDICANDA. In ezechielo cap : Et tu, fili hominis, ne timueris eos neque paueas a facie eorum. Item cap. : Ecce dedi faciem tuam potentem. Item cap. : Et ne timueris ab eis neque

μ uia, leo in itineribus usque sapientior sibi piger uidetur. In ecclesiastico cap. XI: In lapide luteo lapidatus est piger usque qui tetigerit eum excutiet manus.
LXXXVII. SINE TIMORE HOMINVM MANDATA DEI PRAEDICANDA. In ezechil cap. : Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos neque sermones eorum usque quia domus exasperans est. Item ibi cap. : Ecce dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum

1 Eccli. 22, 1 et 2 7 Ezech. 2, 6 11 Ezech. 3, 8 13 ib. 9

3 eius] ei *S* bouum *M* eum *MVLCv* 7 eczechiel *S*, ezechihelo *M*, ezechielo *V*, hiezechł *L*, iezech *C* proph. *om. MV LC* 8 faciae *S (et sic infra bis)* 10 Item — Ecce — Et — est Item *om. V* 11 ubi supra *MLC* 13 petrae *L* in ezechiel (iez- *C*, hiezechielo *L*) *MLC*

exasperans est. Item in euangelio secundum matthaeum: Quod dico uobis in tenebris. dicite in lumine, et quod in aure auditis, praedicate supra tecta et in plateis. nec timeatis eos qui occidere corpus possunt. animam autem non possunt interficere: timete autem magis eum qui potest animam et corpus occidere in gehennam.

LXXXVIII.

DE STVLTO.

In prouerbiis: Vir stultus et iniquus uadit uias non bonas: ipse autem adnuit oculo et significat pede. Item illic: Vir stultus mala sibi fabricat. in suis autem labiis thensaurizat ignem. Item illic: Non conueniunt stulto labia

terrearis. In euangelio math i cap.   : Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine. α

LXXXVIII. DE STVLTO. In prouerbiis cap. XVI: Stultus inridet disciplina patris sui. Item cap. XV: Viis suis replebitur stultus et super eum erit uir bonus. Item cap. XVII: Non dicent stulto uerbo conposita nec principem labium mentiens. Item

usque quia domus exasperans est. Secundum matheum cap. X: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine usque qui potest animam et corpus perdere in gehennam. μ

LXXXVIII. DE STVLTO. In prouerbiis cap. VII: Homo apostata uir inutilis, graditur opere peruerso usque digito loquitur. Item cap. XXVII: Graue est saxum et onerosa harena, sed ira stulti utroque grauior. Item cap. XVI: Stultus inridet disciplinam patris sui. Item cap. XIIII: Viis suis replebitur stultus et super eum erit uir bonus. Item cap. XVII: Non decent stultum uerba

2 Matth. 10, 27 et 28 9 Prou. 6, 12 et 13 11 Prou. 16, 27 12 Prou. 17, 7 15 Prou. 15, 5 16 Prou. 14, 14

1 euuangelio *S* mattheum *S* 3 aure *MLC*: *om. S* audistis *L* super *MVLCv* platheis *M (saepius)* 4 occidunt corpus *Cv* 5 interficere *SMVL*: occidere *Cv (441, 6)* 6 gehenna *L* 10 annuet *MV* 11 ubi supra *MVLC* 12 in prouerbiis *MVLC*

fidelia, neque iustis labia mendacia. Item illic: Vt quid abundant diuitiae stulto? possidere enim sapientiam insensatus non poterit. Item illic: Ira est patri filius insipiens, et dolor matris eius. Item illic: Non desiderat sapientiam, cui deest sensus: magis enim ducitur inprudentia. Item illic: Os hominis stulti contritio est ei, labia autem eius laqueus animae ipsius. Item illic: Stultitia uiri exterminat uias eius, dominum autem causatur corde suo. Item illic: Stultitia inest cordi iuuenis, uirga autem et disciplina longe est ab eo. Item illic: Grauis est lapis et uix portabilis harena, ira autem stulti grauior ambobus. Item illic: Tamquam ager uir insipiens, et sicut uinea homo cui deest

α cap. XVIII: Qui prodest diuitias habere stulto? Item * ibi: Ira patris filius stultus. Item cap.   : Non recipit stultus uerbo prudentiae. Item * ibi: Os stulti contritio eius. Item cap. XX: Stultia hominis subplanta gressus eius. Item ibi: Non decent stulto dilicie. Item cap. XXII: Stultia conligata est in corde pueri. Item cap. XXV: Per agrum hominis pigri transiui. Item

u conposita nec principem labium mentiens. Item cap. XVIII: Quid prodest habere diuitias stulto, quum sapientiam emere non possit. Item cap. XVIII: Ira patris filius stultus usque quae genuit eum. Item cap. XVIII: Non recipit stultus uerba prudentiae usque in corde eius. Item cap. XVIII: Os stulti contritio eius et labia ipsius ruinae animae eius. Item cap. XX: Stultitia hominis subplantat gressus eius et contra deum feruet animo suo. Item cap. XX: Non decent stultum deliciae usque principibus. Item cap. XXII: Stultitia conligata est in corde pueri usque effugabit eam. Item cap. XXV: Per agrum homi-

1 Prou. 17, 16 3 ib. 25 4 Prou. 18, 2 6 ib. 7 7 Prou. 19, 3 9 Prou. 22, 15 10 Prou. 27, 3 12 Prou. 24, 30 et 31 16 (26) Prou. 19, 10

1 Item — Vt — — *p. 599, 15* os illorum Item *om.* V ubi supra *MLC (lin. 4. 7. 10)* 2 habundant *SLC* 3 in prouerbiis *ML C (lin. 6. 9. 11)* 4 matri *MLC* 5 in inprudentiam *L*, ἀφροσύνῃ 6 ei *MLC*: *om. S* 8 autem *S*: enim *MLC* in corde *MC* 11 haraena *S*, arena *LC*

prudentia: si reliqueris eum inplebitur spinis et in faenum fiet et erit desertus, et maceriae parietum eius effodientur. Item illic: Sicut canis cum conuertitur ad uomitum suum odibilis efficitur, sic stultus malitia sua conuersus in peccatis suis. Item in ecclesiastico: Cum fatuis ne consilium habeas: non enim poterunt continere. Item illic: Qui minoratur corde, cogitat inania, et uir inprudens et errans cogitat stulta. Item illic: Ex ore fatui inprobabilis parabola, non enim dicit illam in tempore. Item illic: Cor fatui quasi uas confractum, et omnem scientiam non tenebit. Domus clausa fatuo sapientia, et scientia ⟨in⟩sensati inenarrabilia uerba. Item illic: Conpedes in pedibus stultorum doctrina et quasi uinculum manus dexterae. fatuus in risu exaltat uocem suam, et uir sapiens uix tacite ridebit. Item illic: In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum.

cap. XVI: Sicut canis quae reuertitur ad uomitum suum. In ecclesiastico cap. X: Qui minuratur corde, cogitat insanie. Item cap. VII: Cum fatuis ne consilium habeas. Item cap. XI: Ex ore fatui reprobabitur parabola. Item ibi: Cor fatui quasi uas confractum. Item ibi: Compedes in pedibus stulto α

nis pigri transiui usque et maceria lapidum destructa erat. Item cap. XXVI: Sicut canis qui reuertitur usque iterat stultitiam suam. In ecclesiastico cap. VII: Cum fatuis ne consilium habeas, non enim poterunt continere. Item cap. X: Qui minoratur corde cogitat insania usque cogitat stulta. Item cap. XI: Ex ore fatui inprobabilis parabola usque in tempore suo. Item cap. XI: Cor fatui quasi uas confractum usque inennarrabilia uerba. Item cap. XI: Conpedes in pedibus stulti doctrina usque et uir sapiens uix tacite ridebit. Item cap. XI: In ore μ

3 Prou. 26, 11 5 Eccli. 8, 17 (20) 6 Eccli. 16, 23 8 Eccli. 20, 20 (22) 9 Eccli. 21, 14 (17) 11 ib. 18 (21) 12 ib. 19 et 20 (22 et 23) 15 ib. 26 (29)

1 prudentia *S*: sapientia *MLC* reliqueris *S*, relinqueris *ML* faenum *MLC*, foenum *S* 2 maceriae (*rasa* h) *S* 3 ubi supra *ML C (lin. 6. 14)* 5 nec *S* 8 in ecclesiastico *MC*, ubi supra *L* 9 illa *MLC* ubi supra *ML*, in ecclesiastico *C* 10 tenebit *Sc*: continebit *MLC* 11 sensati *SMLC* inennarrabilia *M* 12 in ecclesiastico *MLC* compedes *MLC* 13 dextrae *ML* 15 in cor *ML*

Item illic: Harenam et sal et massam ferri facilius est portare quam hominem inprudentem et fatuum et impium. Item illic: Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis denuntiat de illo. Item illic: Praecordia fatui quasi rota carri. et quasi axis uersatilis cogitatus ab illis. Item illic: Sapientiam qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam. Item illic: Narratio fatui quasi sarcina in uia. Contribulant minae cor sapientis: stultus autem flagellatur et non sentit. Qui docet puerum stultum. contumeliam facit aequitati. Item in prouerbiis: In risu stultus agit nefaria. Item illic: Ex ore stultorum baculus contumeliae. labia autem sapientium custodiunt eos. Item illic: Omnia contraria sunt uiro insipienti. arma uero intellectus labia sapientiae. Item illic: Sapiens timendo de-

α doctrina. Item cap. XI: Arenam et salem et massam ferri facilius est portare quam hominem inprudentem. In prouerbiis cap. : Sapiens timendo declinat a malo, stultus uero. In

μ fatuorum cor illorum et in corde sapientium os illorum. Item cap. XI: Harenam et salem et massam ferri usque fatum et impium. Item cap. XI: Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enuntiant de illo. Item cap. XVIIII: Praecordia fatui quasi rota carri usque cogitatus illius. Item cap. XI: Qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam. Item cap. XI: Narratio fatui quasi sarcina in uia usque contumeliam facit aequitati. In prouerbiis cap. : In risu stultus agit nefaria. Item cap. XIIII: In ore stulti uirga superbiae, labia autem sapientium custodiunt eos. Item cap. XIIII: Vade contra uirum stultum et nescit labia prudentiae. Item cap. XIIII: Sapiens

1 Eccli. 22, 15 (18) 3 Eccli. 19, 30 (27) 4 Eccli. 36 (33), 5 6 Eccli. 22, 7 7 Eccli. 21, 16 (19) 8 Prou. 17, 10 9 Prou. 9, 7 10 Prou. 10, 23 11 Prou. 14, 3 13 ib. 7 14 ib. 16

1 ubi supra *MLC (lin. 3. 6. 7)* arenam (-na *L*) *VL* salem C^2v 3 Item — Amictus — *lin. 14* sapientiae Item *om. V* 4 denuntiat *ML*, enuntiat *S* (enuntiant *v*), indicat *C*, ἀναγγέλλει in ecclesiastico *MLC* precordia *LC* 5 quas iaxis *S* ab illis *S*, illius *MLCv* 6 conglutinet testa *ML* 8 flagellatur et *MLC*: flagellat ut *S* 10 equitati *S* 11 nefarię agit *C* illic] in prouerbiis *MLC (lin. 13. 14)*

clinat a malo, stultus uero sibi confidens miscetur iniquo: seruiet autem stultus prudenti. Item in esaia propheta: Stultus enim stulta loquetur, et cor eius uana intellegit, ut consummet iniqua et loquatur ad dominum errorem, ad dispargendas animas esurientes et ut animas sitientes inanes faciat. consilium enim malorum iniqua cogitauit, disperdere humiles in sermonibus iniquis et dissipare uerba humilium in iudicio. nam pii iustitiam cogitauerunt et hoc consilium manebit. Item in ecclesiastico: Datus fatui non erit utilis tibi: oculi enim illius septemplices. exigua dabit et multa inproperabit, et apertio oris illius inflatio est.

LXXXVIIII.

IRACVNDIAM DEPONENDAM.

In prouerbiis: Anima benedicta omnis simplex: uir autem animosus uel iracundus non honeste agit. Item illic: Stul-

esaia cap. : Stultus enim stulta loquitur usque et hoc consilium manebit. In ecclesiasten cap. : Datus fatui non erit inutilis. *α*
LXXXVIIII. IRACVNDIA DEPONENDA. In prouerbiis cap. : Abominabile domino cor prauum. Item cap. XIII: Fatuus statim indicat iram suam usque qui permittit quasi gladio pugitur.

timet et declinat malum, stultus transilit et confidit. In esaia cap. : Stultus enim fatua loquitur et cor eius usque et ipse super duces stabit. In ecclesiastico cap. XI: Datum insipientis non erit utile tibi, oculi enim illius septemplices sunt. *μ*
LXXXVIIII. IRACVNDIA DEPONENDA. In prouerbiis cap. XII: Abominabile domino cor prauum usque non erit innocens. Item cap. XIII: Fatuus statim indicat iram suam usque quasi gladio

3 Es. 32, 6—8 9 Eccli. 20, 14 et 15 14 Prou. 11, 25
15 Prou. 12, 16 19 Prou. 11, 20 Prou. 12, 16. 18

2 Item — Stultus — manebit Item *om. V* ęsaia *S* 3 loquitur *MLC* intelleget *M* 4 consumet *SMLC* 5 dispergendas *MLC* esurientes et ut *MLC*: esuriente sicut *S* satientes *S* 6 faciat *S*: fiant *MLC* 7 uerba *MLC*: *uir *S* 9 fatuae *L* 10 illius *MVLv*, eius *C*, illis *S* dabit *MVLCv*: debit *S*, dedit *Mai* 11 inproperauit *SMLV*[1] (impr- *M*) 13 iracundia deponenda *MVL* 15 illic] in prouerbiis *MVLC*

tus ipsa eadem die pronuntiat iram suam, occultat autem suam contumeliam astutus. Item illic: Iracundus agit sine consilio, uir autem prudens multa sustinet. Item illic: Ira perdet etiam sapientes, responsum autem humile auertit iram. Item illic: Vir iracundus parat lites, patiens autem etiam futuras mitigat. Item illic: Noli esse amicus uiro animoso, cum amico autem iracundo noli conmorari, ne forte discas uias eius et sumas laqueum animae tuae. Item illic: Totam iram suam profert stultus, sapiens autem dispensat eam per partes. Item illic: Vir animosus fodit contentionem, uir autem iracundus exobruet peccata. Item in ecclesiastico: Homo iracundus incendit litem, et uir peccator

α Item cap. XV: Iracundiam eius inutilis sustinebit. responsio mellis frangit ira. Item cap. XVI: Vir iracundus prouocat rixa. Item cap. XXIII: Noli esse amicus homini iracundo neque ambules cum uiro furioso. Item cap. XXVIIII: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt et reseruat in posterum. Item ibi: Vir iracundus prouocat rixas. In ecclesiastico cap. XV: Homo

μ pungitur conscientiae. Item cap. XIIII: Astutus omnia agit cum consilio usque aperiet stultitiam. Item cap. XV: Qui patiens est multa gubernatur usque exaltat stultitiam suam. Item cap. XVI: Vir iracundus prouocat rixas usque mitigat suscitatas. Item cap. XXIII: Noli esse amicus homini iracundo usque et sumas scandalum animae tuae. Item cap. XXVIIII: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt et reseruat in posterum. Item cap. XVII: Vir impius fodit malum usque separat principes. In ecclesiaste cap. VII: Ne uelox sis ad irascendum usque in sinu stulti requiescit. In ecclesiastico cap. XV:

2 Prou. 13, 16 3 Prou. 15, 1 5 ib. 18 6 Prou. 22, 24 et 25 8 Prou. 29, 11 10 ib. 22 12 Eccli. 28, 8 et 9 (11) 13 Prou. 14, 35 et 15, 1 19 Prou. 13, 16 20 Prou. 14, 29 26 Prou. 16, 27 et 28

2 astutus] *add.* Item ibi Sunt qui loquendo uulnerant ut (in *V*) gladio *MVLC (Prou. 12, 18)* illic] ubi supra *MVLC* 3 Item — Ira — *p. 603, 10* multiloquium Item *om. V* in prouerbiis *MLC (lin. 6. 8. 10)* 4 humilem *M* 5 ubi supra *MLC* 9 iram suam *om. MLC* proferet *ML* dispensat ea *MLC*: *om. S (ταμιεύεται)* 10 contentiones *MLC (509, 11)*

turbabit amicos et in medium pacem habentium inmittet delaturam. Item illic: Zelus et iracundia minuet dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus. Item in ecclesiaste: Noli festinare in spiritu tuo irasci, quia ira in sinu stultorum requiescit. Item apostolus ad ephesios: Irascimini autem et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam uestram. Item illic: Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia auferatur a uobis cum omni malitia. Item illic: Nunc autem deponite uos omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, multiloquium. Item iacobus apostolus: Sit uero omnis homo citatus audire et tardus loqui, piger in iracundia: iracundia enim uiri iustitiam dei non operatur. Item in euangelio se-

enim iracundus incendit litem et uir peccator turbabit amicos. Item cap. XVI: Zelus et iracundia minuent dies. Ad effesios cap. XVIII: Irascimini et nolite peccare: sol non occidat. Item cap. XVIIII: Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a uobis. Iacobus cap. III: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iram. Secundum matheum cap. IIII: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. α

Homo enim iracundus incendit litem et uir peccator turbabit amicos. Item cap. XVI: Zelus et iracundia munuent dies usque cogitatus. Ad ephesios cap. V: Irascimini et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam uestram. Item cap. V: Omnis amaritudo et ira usque tollatur a uobis cum omni malitia. In epistula iacobi cap. IIII: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum usque ira enim uiri iustitiam dei non operatur. Secundum μ

2 Eccli. 30, 26 4 Eccle. 7, 10 6 Eph. 4, 26 7 ib. 31 9 Col. 3, 8 11 Iac. 1, 19 et 20

1 turbauit *ML* immittit *MC* 2 delaturam *MLC*: delatorem *S (cf. 520, 10)* ubi supra *MLC (lin. 7)* iracundiam *S* 3 ecclesiastico *M* 5 apostolus *om. MLC* efesios *S*, effesios *LC* 6 super iracundia ura *M* 8 blasfemia *M* 9 illic *S*: ibi *MLC* uos *om. MLC*, et uos *r* omnia *MLCr* 10 ira *M*, iram et *L* blasfemiam *S* 11 apostolus *om. MVLC* 12 in *om. V* 13 euuang sec. mattheum *S (sic pag. 604, lin. 12)*

cundum matthaeum: Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. quicumque autem dixerit fratri suo: racha, reus erit concilio. quicumque uero dixerit: fatue, reus erit gehennae ignis.

XC.

QVOD HOMO A DEO FACTVS HVIVS GENVS VEL NATVRA DICATVR CVIVS OPVS FVERIT IMITATVS SIVE DEI SIVE DIABOLI.

In deuteronomio: Haec domino retribuistis sicut plebis fatua et non sapiens? nonne hic ipse pater tuus possedit te et creauit te et fecit te? Item illic: Dominum, qui te genuit, dereliquisti et oblitus es deum, qui te nutriuit. Item in euangelio secundum matthaeum baptista iohannes: Videns autem multos ex pharisaeis et sadducaeis

α XC. QVOD HOMO A DEO FACTVS HVIVS GENVS NATVRA DICATVR, CVIVS OPVS FVERIT IMITATVS. In deuteronomio cap. CXV: Haeccine reddes domino, populus stulte et insipiens. Item ibi: Domini te genuit, dereliquisti et oblitus es. Secundum matheum cap. II: Videns autem iohannes multos ex phariseis usque

μ matheum cap. IIII: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio usque reus erit gehennae ignis.

XC. QVOD HOMO A DEO FACTVS HVIVS GENVS NATVRA DICATVR, CVIVS OPVS FVERIT IMITATVS. In deuteronomio cap. XVIII: Haecine reddis ⟨dis *in ras.*⟩ domino, popule stulte ⟨e *in ras.*⟩ et insipiens usque fecit et creauit te. Item illic cap. : Deum, qui te genuit, dereliquisti et oblitus es domini creatoris tui. Secundum matheum cap. II: Videns autem multos pharisaeorum

1 Matth. 5, 22 8 Deut. 32, 6 10 ib. 18 13 Matth. 3, 7—10

1 omnis qui *MVLCv* frasi *S* sine causa *om. MVLCv* 2 quicumquae *S* racha *MVLC*, raccha *S* 3 fatuae *SMV* 6 uel *om. MVLC* 7 emitatus *S* siue dei siue diaboli *S*: *om. MVLC (293, 15)* 8 deutero nomium *M* plebs *MVL*, ples *C* 9 possidet *SL* 10 ubi supra *MVLC* genuit te *C* 11 derelinquisti *MV*[1] dn̄m *V* 12 bapt. ioh. *om. MVLC* 13 iohannis *S* autem] *add.* iohannes *MVLC* phariseis *VC* saduceis (sadd- *L*) *MVLC*

uenientes ad baptismum suum dixit ad eos: progenies uiperarum, quis ostendit uobis fugire ab ira uentura? facite ergo fructus dignos paenitentiae. et ne dixeritis intra uos: patrem habemus abraham. dico enim uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae. iam enim securis ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in igne mittetur. Item illic: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum. si ergo filius uos liberauit, uere liberi eritis. scio quia semen abrahae estis, sed quaeritis me interficere, quia sermo meus non capit in uobis. ego quod uidi aput patrem meum loquor, et uos quae uidistis aput patrem uestrum facitis. Item illic: Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris uestri facere uultis: ille enim homicida fuit ab initio, et in ueritate non stetit, et ueritas non est in eo. Item illic: Qui est ex deo, uerba

arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et igne mittetur. α
Item cap. II: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum seruus est usque et uos quae uidistis apud patrem uestrum facietis. Item cap. II: Vos ex patre diabolo estis. Item ibi: Qui est ex deo uerba dei audit: ideo uos non audistis, quia ex

et sadducaeorum uenientes ad baptismum suum dixit eis: progenies μ
uiperarum usque excidetur et in ignem mittetur. Secundum iohannem cap. VIII: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati usque et uos quē uidistis apud patrem uestrum facitis. Item illic cap. VIII: Vos ex patre diabolo estis usque quia non est ueritas in eo. Item illic cap. VIII: Qui est ex deo, uerba dei audit usque ex deo non estis.

8 Ioh. 8, 34—38 14 ib. 44 17 ib. 47

1 ad eos] eis *Cv*, *αὐτοῖς* 2 fugire *SM*: fugere *VLC* 3 fructos *M*[1] penitentiae *VLC* 4 abraam *V* quoniam *Sv*: quia *MVLC* 5 filius *S* 6 que *S* 7 igne *S*: ignem *MV LC (cap. CXIIII)* 8 ubi supra *MVLC* 10 uos filius *MVL* 11 eritis *SCv*: estis *MVL* 13 meum patrem *L* 14 Item — Vos — *p. 607, 6* uitae *om. V* ubi supra *MLC (lin. 17)* 15 diabulo *SL* 16 et ueritas *S*: quia ueritas *MLC*

dei audit. ideo uos non auditis, quia ex deo non estis. Item apostolus ad ephesios: Et uos cum essetis mortui delictis et peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum huius mundi, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae, in quibus et nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis et cogitationum, et eramus natura filii irae sicut et ceteri. Item ad colossenses: Et uos qui aliquando eratis alienati et inimici sensus eius in operibus malis, nunc autem reconciliati in sanguine carnis eius per mortem ipsius, exhibete uos sanctos et inmaculatos et sine crimine coram ipso. Item illic: Nolite mentiri inuicem, spoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius, et induite nouum, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui illum creauit. Item petrus apostolus I: Gratia uobis et pax adimpleatur in recognitionem domini nostri iesu

α deo non estis. Ad efesios cap. III: Et uos cum essetis mortui delictis et peccatis uestris et eramus natura filii ire sicut et ceteri. Ad colosenses cap. III: Et uos cum essetis aliquando alienati et inimici sensui usque et inreprehensibiles quoram ipsis. Item cap. XIII: Nolite mentire inuicem spoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis. In epistula petri I cap. I: Gratia uobis

μ Ad ephesios cap. II: Et uos quum essetis mortui delictis usque et eramus natura filii irae sicut et ceteri. Ad celosenses cap. II: Et uos quum essetis aliquando alienati usque et inreprehensibiles coram ipso. Item ad colosenses cap. IIII: Nolite mentiri inuicem usque secundum imaginem eius qui creauit eum. Petrus in epistula II cap. I: Gratia uobis et pax adimpleatur

2 Ephes. 2, 1—3 8 Col. 1, 21 et 22 12 Col. 3, 9 et 10 15 II Petr. 1, 2—4

2 apost. *om.* *MLC* effesios *LC* 3 delectis *S* 8 colo[s]senses *S*, colosenses *MLC* 9 qui aliquando *MLC*: quando *S* (ποτὲ ὄντας) 11 ipsius *om.* *Cv* exibite *S*, exibete *L* 12 ad colosenses *MLC* 13 eius *S*: suis *MLCv* (480, 12) et *om.* *MLC* 14 agnitione *C* 15 creauit illum *MLCv* apostolus *S*: in epistola *MLC* prima *MC* 16 re | gionem *S*

christi, qui nunc omnia nobis diuina uirtute sua quae ad uitam et pietatem pertinent donauit per agnitionem eius qui nos uocauit sua inlustri uirtute, per quam honorifica et maxima nobis promissa donantur, ut per haec sitis diuinae consortes naturae post euasionem quae est in mundo in cupiditate perditae uitae. Item iohannes apostolus I: Filioli, nemo uos seducat. qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est. qui facit peccatum, a diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. et in hoc apparuit filius dei, ut solueret opera diaboli. omnis qui natus est ex deo non peccat, quia semen eius in ipso manet, et non potest peccare, quia de deo natus est. hinc apparent filii dei et filii diaboli. omnis qui non est iustus non est ex deo et qui non diligit fratrem suum.

XCI.

SAPIENTER RESPONDENDVM VERBVM INTERROGANTI.

In ecclesiastico: Esto mansuetus ad audiendum uerbum, ut intellegas: et cum sapientia loquere responsum uerum.

et pax multiplicetur usque custodimini per fidem in salutem iam α
paratam. Iohannes in epistula I cap. X: Filioli, nemo uos seducat. qui facit iustitiam iustus est usque omnis qui non est iustus non est ex deo.

XCI. SAPIENTER RESPONDENDVM VERBVM INTERROGANTI. In ecclesiastico cap. IIII: Esto mansuetus ad audiendum uerbum

usque fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corrupti- μ
onem. Iohannes in epistula I cap. VIIII: Filioli, nemo uos seducat usque et qui non diligit fratrem suum.

XCI. SAPIENTER RESPONDENDVM VERBVM INTERROGANTI. In ecclesiastico cap. IIII: Esto mansuetus ad audiendum uerbum

7 I Ioh. 3, 7—10 17 Eccli. 5, 13

1 diuina] donauit *MLC* 2 donauit *om. MLC* 3 in sua *MLC* 4 ut *om. MLC* diuine *S* 6 cupiditatem *S (cf. cap. CIII)* iohannis *S* apost. *om. MVLC* 7 fecit *S* 8 et *Sv*: *om. MVLC* a *S*: de *M²VLC (om. M¹)*, ex *v* diabulo *et lin. 10* -buli (*sed* -bolus *et lin. 12* -boli) *S* 9 adparuit *S* 11 semen] sensus *MV (σπέρμα)* 12 filii *alt.*] fili *S* 13 omnis *om. C* 18 loquaris *MVLC* uerbum *S*

Item tobi: Adtende autem, fili, in omnibus operibus tuis, et esto sapiens in uniuersis sermonibus tuis. Item ad colossenses: Sermo christi habitet in uobis abundanter in omni sapientia et omni intellectu spiritali: docentes et castigantes uosmet ipsos psalmis, hymnis, canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus uestris deo. omnia quaecumque facitis in uerbo uel in opere, omnia in nomine domini nostri iesu christi, gratias agentes deo patri per ipsum. Item illic: Sermo uester in gratia dei sale sit conditus, ut sciatis quemadmodum oporteat uos unicuique respondere. Item ad corinthios I: Et uos quoniam aemulatores estis spiritalium, ad aedificationem ecclesiae quaerite ut abundetis. Item illic: Cum conuenitis autem, unusquisque uestrum

α dei, ut intelligas. In tobi cap. : Adtende autem, fili, in omnibus operibus tuis et esto sapiens in uniuersis sermonibus tuis. Ad colosenses cap. XV: Verbum christi habitet in uobis habundanter usque gratias agentes deo et patre per spū. Item cap. XXIII: Sermo uester semper in gratia dei sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. Ad corinthios I cap. LXII: Cum conuenitis, unusquisque uestrum psalmum

μ dei, ut intelligas. In tobi cap. : Adtende autem, fili, in omnibus operibus tuis et esto sapiens in omnibus sermonibus tuis. Ad colosenses cap. V: Verbum christi habitet in uobis abundanter usque gratias agentes deo et patri per ipsum. Item cap. VI: Sermo uester semper in gratia dei sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. Ad corinthios I cap. XVI: Quid ergo est, fratres? quum conuenitis, unusquisque

1 Tob. 4, 14 3 Col. 3, 16 et 17 9 Col. 4, 6 11 I Cor. 14, 12 13 ib. 26

1 *Tob. 4, 14* πρόσεχε σεαυτῷ, παιδίον, ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἴσθι πεπαιδευμένος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου autem *om. V* 2 Vbi supra *V* 3 colo^{s}senses *S*, colosenses *MLC* habundanter *SMLC* 4 intellectus *S* et castigantes *om. MVLC* 5 uos *V* ymnis *LC* 6 deo *om. C* 8 christi] *add.* facite *s. lin.* V^2 Item — Sermo — *(p. 609, 2)* uobis Item *om. V* 9 ubi supra *MLC* uester] semper *add. MLCv* 10 quemammodum *M* 11 ad corintios prima *M* Et uos — abundetis Item illic *om. MLC* 12 aecclesiae quaeritae *S*

psalmum habet, doctrinam habet, interpretationem habet. omnia ad aedificationem fiant uobis. Item petrus apostolus in epistula I: Parati semper ad confessionem omni poscenti a uobis uerbum de fide et spe, quae in uobis est: cum modestia et timore conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detractant de uobis confundantur, uidentes uestram bonam in christo conuersationem.

XCII.

DE SERVO FIDELI ET PRVDENTE ET COMMONITIONE DOMINORVM.

In prouerbiis: Seruus prudens obtinebit dominorum inprudentiam, et inter fratres diuidit partem. Item illic: Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi

habet usque omnia ad aedificationem fiant. Petrus in epistula I cap. XI: Parati semper estote ad confessionem omni poscenti usque uidentes uestram in christo conuersationem. α

